

# CONSVLTATIONES MEDICO-CHIRVURGICAE

A V T H O R E

FRANCISCO DE ROMA, SEV ROMANO  
Philosophiæ, & Medicinæ Doctore

PATRITIO CONTURSINO.

## OPVS POSTHVMMVM.

Non solùm Medicis, atque Chirurgis valdè necessarium, sed omnibus  
priuatæ valetudinis studiosis magnopere proficuum.

*Adsumt etiam in calce cuiuslibet consultationis appendices, seu adnotationes,  
quæ cum materia de qua agitur connectuntur.*

Cum Indice quoquè, & Summarijs locupletissimis.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM

# DON FELICEM LAZINA

V L L O A,

SVPREMI CONSILII CASTRI CAPVANI

REGNI NEAPOLIS PRÆSIDEM VIGILANTISSIMVM.



NEAPOLI, Apud Nouellum de Bonis Typogr. Archiepisc. 1669.

SUPERIORVM LICENTIA.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DON FELICI LAZINA

V L L O A ,

SVPREMI CONSILII CASTRI CAPVANI

PRÆSIDI VIGILANTISSIMO.

ANTONIUS, ET IANVARIUS DE ROMA SEV ROMANI  
*V.I.D. Dant Dicant, & Consecrant.*



Ntiquissima, & inueterata est omnium temporum consuetudo, atque laudabilis tam veteris, quàm nostræ ætatis vsus, vt rerum scriptores, in quocumque artium, vel scientiarum genere opus aliquod in lucem edunt, eorum patronos, & fautores in fronte præscribere soleant, vt eiusmodi præsidio tutius in publicum prodire valeat, & mordaces detractorum aculeos excutere. Hunc igitur nos morem sequuti, Tibi Illustris. Præses, librum hunc Cōsultationum Medicinalium, & Chirurgarum Patris nostræ dicamus, & nostræ obseruantix testimonium tibi ostendimus; cum iam diù nobis tua benignitate protegendis, propenso te esse animo agnouerimus, & ob recepta à te beneficia plura, & maiora debeamus. Fecisset idemque hunc sequutus morē Pater noster, & operis author, nisi morte præuentus, relictum ingenij fætum, quasi posthumum parente orbatum, alienę curę demũ tradere coactus, opus hoc fideicōmisso oneravit par-



tu post funerali edendum. Sed licet tali ex causa tibi Nostro Numini Tutelari tale opus dirigimus, alijs etiam ex rationibus tibi hæc, & maiora debentur, ob tuas videlicet innatas, & eximias virtutes in quibus excellis, omnesq; superemines. Tu enim in Nobilissimo Conchensi Collegio à quo insignes in Iurisprudētia, & alijs scientijs viri exiueres, alumnus extitisti, postea in Salmaticensi Vniuersitate Doctoratus laurea fuisti insignitus, deindè post varios transactos labores, & innumera literarum experimenta, prius decretalium cathedrã, postea Clementinarum, & demum Vespertinæ primariam foeliciter rexisti; Cumque vti publicè eruditus summoperè commēdabaris, atque tibi discreto præceptori meritos accumulabant honores, à Domino nostro Rege Philippo Quarto recolendæ memoriæ, nostri Sacri Regij Consilij Consiliarius electus fuisti, postea inter Senatores Regiæ Cancellariæ adscriptus. Interim omnia summi fastigij munera nostri Parthenopæi Regni expertus fuisti, scilicet Præsidentum Prouinciarum Capitanatæ, & Comitatus Molisij, Gubernium Regiæ Dohanæ Mene Pecudis Apuleæ, Regiæ Camera Summaria Temporale Regni, Præfecturam Annohæ, atque suprema Cura Regalis Iurisdictionis tibi commendata fuit, posthac Fiscus Patronus in Supremo Italia Consilio electus fuisti, tandem ad Præsidentis nostri Sacri Regij Consilij supremum

mum


num Magistratum conscēdisti , & vti fulgentissimum Hispaniarum sydus ex Aula Madridensi tanquam è cœlo huc iterum ad nos submissum , Solis ipsius Iberi Vicariam exhibes facem , quæ afflictis quassatisque Regni totius rebus pacem inducit præluceatque ad Tranquillitatem . Tale igitur munus Præsidis Sacri Consilij , cum tanto rerum negotiorumque ex vniuerso occurrentium congestu, ita animosè substines , vt ne ipse quidem Atlas, aut Hercules fortioribus humeris , vt est in fabulis cœlum sustentauerint , & veluti in medio vasti furentis pelagi obluētantiumque fragorū placida statione persistis . Tu publicis commodis inuigilas , vigilijs cōmunibus libenter te mancipas , omnibus intētus singulis prouides , tua labor omnium est Otium , Tuę industrię omnium delicię , communis omnium vacatio tua vnus cura , adeo vt omnibus dicatus tibi videaris ereptus; ideoque vere dici potest de te , id quod Populus Romanus Alexandro Seuero dixit , Omnes rectè faciunt omnia, quia tu rectè imperas . Ad has præclaras, & eximias virtutes accedit affabilis tua planè admirabilis in Principe Viro humanitas , quæ ita tibi imperat , vt videatur ad huius virtutis exemplar Te prouida natura genuisse . Sed quid dicā de Nobilissima Familia tua, in qua V L L O V V M Gentes non minus pacatę doctrinę, quam bellicę fortitudinis ita claruerunt , vt perpetuam eorum famam,

nomen, ac gloriam in omnem posteritatem propaga-  
uerint, quorum singulos referre, & de eis laudes texere,  
gloriosaque facta narrare, aliud requirerent eloquen-  
tiæ flumina, aliud spatium, quam ea epistolari angu-  
stia circumscribere, sufficit dumtaxat annuere Nobi-  
lissimã Familiã tuã fuisse genetricẽ Comitũ de Mon-  
te Regio, Comitum de Villalõso, Marchionum de la  
Mota, & Marchionum de Malagon, quorum præcla-  
ra gesta loquuntur hispanici annales, Tuæ enim Gentes  
Tedas celebrarunt iugales, cum Hispaniæ Familijs  
non solum Procerum, & Magnatum, verum etiã Re-  
gijs. Fulgeat igitur Tua Familia tanquam Aethereũ  
firmamentum, & si istud syderum emicat splendori-  
bus, illa viris sago, & Toga claris, à qua Te prodijisse  
fortune fuit, ab auita Nobilitate vitæ meritis non de-  
generasse, Tuæ id opus virtutis est. Suscipe ergo Præses  
Illustris. læta frontis serenitate opus hoc, tibi omni iu-  
re debitum, illaque præsertim humanitate, in qua credi  
vix potest quãtũ excellis, hilari fronte gratoq; animo  
accipe, vti mētis tibi deuotę pignus, & monumentũ,  
nosque Tua perpetuum beneuolentia prosequi ne  
desistas. Interim Te Deus non nostro solum, sed & vė-  
turis seculis præstet incolumem, vt nulla sit ætas, quæ  
tuo, vel aspectu, vel beneficio non fruatur. Vale.

PRÆ-

P R A E F A T I O  
A D L E C T O R E M

THOMÆ MORESE PHILOSOPHIÆ,  
ET MEDICINÆ DOCTORIS.



*Moris magna est vis, prodigiosi sui effectus, potentissimumque suum imperium, ita ut Orbis uniuersi Respublica in Dominum illum recognoscat, tamque festinanter Telluris Viatores illi parent, ut toto conatu suam naturam, ac mores imitari studeant. At quippe, cum varias sciat fingere formas ingeniosus Amor, ad varias quoque actiones se metipso eius subditi demittunt. Non ne audiuius Sansonem à Dalida collo pendere, ut suæ satisfaceret voluptati. Paridem rapuisse Helenam quoque audiuius, ut Grecia splendorem acquireret. Non ne videmus Papilionem sponte sua ad ignem in holocaustum Amoris vi praberetur. Muranam quoque per spicimus gemmatum, ac crystallinum relinquere regnum, & ab illo tamquam ab Hoste aufugere, & ad desertam, arenosamque terram se conducere, ut Amatum respiciat Anguem. Agnoscens itaque tanti Numinis potentiam noster Auctor, Amori se dicauit, haud Pharetrato, sed illi, quo parentes natos prosequuntur, & ut Amantissimorum seu Alumnorum voto satisfaceret, toto corde se totum laboribus dedit, & diu, nocturnaque laborans, bis centum studuit efformare Consilia Medica Chirurgo, ut ea amatis elargiretur Discipulis. At quia Fatum mortalibus semper in auge superuenit, nil mirum, si Diuino, ac immenso imperscrutabili iudicio suum ultimum clausisset diem, & optatum, opus perficere non valuerit, ut potiore assequeretur finem. Proinde centum tantum, & viginti Consilia iam completa fuere relicta; qua non solum Tyronibus, verum etiam benignis Lectoribus, ab eius parentibus in lucem traduntur. Hosce igitur (benigne Lector) perlege labores, & si tuo non arident ingenio morti tribue, & memento quod Tyronum amore exarati fuere, Tibi si legenti dissonum minime respondent Spirabili Numini redde grates. Vale.*

AD

Ad Dominum Franciscum Romanum, insignem Medicinæ,  
& Chirurgiæ Professore[m],

BLASII CVSANI.

Carmina.

**I**Nfontis formam subiens Epidaurius Anguis,  
Accessit Romam: Romuleusque fuit.  
Quæque venenatis lacerauerat unguibus Urbem,  
Protinus excessit dilacerata, Lues.  
At propriam referens Hominis, Diuique figuram,  
Heros Phæbeus Menia nostra petit.  
Et nostras quamquam Tyrrhenas appulit oras,  
Huc quoque Romana nomen ab Vrbe gerit.  
Quæ perijs Syren, Itiaco fugiente per undas,  
Romani aduentu iam rediuiua canit.  
Hippolytum perimant rursus Neptunia Monstra;  
Virbius hic alter Parthenopensis erit.  
Et quoniam Phabi Soboles clypeata resulget  
Lauris, incassum fulmina cuncta ruent.  
Fulmineas nubes ROMANVS transuolat Ales;  
Quin iaculanda Ioui fulmina, & ipse trahit.  
Quique alios rapuit toties è faucibus Orci,  
Se quoque fulminibus subtrahet ipse Iouis.

In

In Posthumum Opus Medici Excellentissimi, Domini  
Francisci Romani à Filijs editum .

EPIGRAMMA.

**T**E quoque nox subdit, sacli labentis Apollo,  
Et Vita Artificem Mors inimica premis!  
Sed cadis, haud cedis: tumulo bellaris ab ipso,  
Atropos, & Capto Spicula ab Hoste dolet.  
Vosquè pium Genus, haec vitalia scita Parentis  
Dum Mundo infertis, gloria quanta manet!  
Hocce Pelargais exemplar legibus adde  
Gracia: quo tantum iure perennet Opus.  
Mortales Pater hos genuit: Patriquè vicissim  
Immortalis ab his posthuma vita datur.

Magister Fr. Thomas de Antonijs à Neap. Ord. Min.  
Conuent. amicabile Memorij testimonium D.

Ad eundem.

NICOLAI RANDELLI A.M.D.

Authoris Discipuli.

Epigramma.

**Q**uem tu Phaeo scribis dictamine, Librum,  
Temporis incassum dira sagitta ferit.  
Aeternam viuet, mortalia vulnera spernet:  
Quippe medendi artes exhibet ipse malis.  
Fama dabit Libro immortalis stamina vita,  
Cum mortis doceat frangere tela Liber.  
Tot ferisse viros bellatrix Roma superbit,  
Gloria ROMANI est tot rapuisse neci.

Do-

Domino Francisco Romano Philosophiæ, & Medicinæ  
Doctori.

VINCENTII GRANITA

Philosophiæ, & Medicinæ Doctoris.

**A** Tropos incaſum ROMANI forſice ſcindis  
Stamina, ſi chartis viuere iure poteſt.

Mortuus eſt, fautor, ſed poſtuma ſcripta per Orbem

Noſcat, qui Medica præualeat arte diu.

Quæ reſponſa dabunt, quamis hæc doctæ ſcatebunt

Fructibus, hæc propæta, perlege, volue ſtudent.

Ad Eundem.

BERNARDI DE ELIA

Archipræſbyteri Scigliani.

**H**erbis ad ſuperos, Titanis, lumine caſſum,  
Progenies reuocat, Mortuus: ecce loquor.

Verbis ROMANVS, ſunt hæc perplena, ſaluti

Ægrum conſignat, Languo: ſurgo valens.

Fulmine proſternit ſobolem Paſer vnus Olympi

(Eſt Deus), ad vitam non reuocare potes.

Tollitur in Rhama Centuria laude perenni

Quis Præco? ræum. ſplendeat Orbe Sophus.

Ad

Ad Perillustrem Virum Franciscum Romanum Medicum  
Peritissimum, & Celeberrimum.

FÆLIX SICONDOLFVS NOLANVS

Physicus, atque Chirurgus.

**H**erculea obruncata manu capita illa fuere  
Septem, quæ Lerna Bellua seua tulit;

*Ulcerata tu sapiens curas, quæ cætera turba  
Non bene curavit, putrida facta nimis.*

*Illum homines superique simul stupuere micantem  
Te Medicum gentes, Numina, & artis opus.*

*Ille decus magnum meruit, meruitque coronam,  
Tu breuibus dictis dogmata vera doces.*

*Illi post fatum in terra posuere sepulchrum  
Tu in Cælo Felix, quippè locandus eris.*

*Herculeæ ergo tibi cedat celeberrima Virtus,  
Pellenti morbos pestiferamque luem.*

Ad Eundem pro dignitate professionis, Idem

FÆLIX SICONDOLFVS.

**C**æsaribus mundi Imperium concessit habere,  
Vt Regerent homines per sua iura Deus.

*Hippocratem pariter Felicem prædicat orbis.  
Dum reperit primum, cuncta fugare mala.*

*Imperium in mortem Medicis concessit & Author  
Tam citò ne raperet mors truculenta Viros.*

*Est igitur Medicus quouis vel Cæsare maior  
Orbis sit Dominus, Cæsar & ipse licet.*

Ad

EGREGIO VIRO  
FRANCISCO ROMANO

Militi primum acerrimo, Medico deinde præstantissimo.

THOMAS MORESE CONSANGVINEVS D. D.

I.

**I**am pridem Miles, Chirurgus at indè peritus,  
Vt gemina, è gemina munere palma foret.  
Tam bene, qui posse dare vulnera non eris, ullus,  
Tam bene, qui cures vulnera, nullus eris.

II.

Mars bella inuenit, pulcher medicamina Phæbus  
Ille neces, medica at iste repertor Opis.  
E' Martis signis, Phæbum ROMANE, secutus,  
Que dederas Bello vulnera, pace fugas.  
Glorus utrobique & ferro spe standus utroque,  
Hinc Mars, hinc Phæbus, Cesar ubique nites.

EIVSDEM

AD EUNDEM

**S**languet duris atas delassa grabatis  
Posthuma, languores pellens, Centuria pradi;  
Perquisis causam, Franciscus surgit, at inde  
In Bello magnus, Medica sic maximus arte.  
Quod nomen, gestum depromit stemmate claro.  
Præfatus in partes, per partes ritè vetustus,  
Per totum facili ROMANVS tramite dicit.  
Prælum rumpe moras, agitur de cerperis axe.  
Hoc duce, sublimis curans, per deum ceca  
Non traheris, prope, memorandum in re videbis.



§

In

**I**N Congregatione habita coram Eminentiss. Dño Cardinali Philamirino Archiepiscopo Neapolit. sub die 16. Maij 1664. fuit dictum, quod A. M. D. Pellegrinus de Pellegrinis reuideat, & in scriptis referat eidem Congreg.

*Paulus Carbinatus Vic. Gen. Neap.*

*Can. D. Mattheus Renzi S. T. D.*

*Eminentiss. ac splendidiss. Princeps.*

**A**D Vestre Eminentie Nutum Operi oculos dedi Magnifici Francisci Romani, cui inscribitur tit. Consultationū Medico Chirurgarū Centuria; Non solū cōtra fidem, bonosq; mores nihil inueni; sed quām peruitile omnibus, & elegans existit: lingua exprimere non valeo, Quapropter meo quidem iudicio prælo depromi potest. Neap. 13. Ianuarii 1666.

*Vestre Eminentie*

*Obsequatiss. seruulus*

*Pellegrinus de Pellegrino Philosophie, & Medic. Doctor.*

**I**N Congregatione habita coram Eminentiss. & Reuerendiss. Dño Cardinali Philamirino Archiepiscopo Neap. fuit dictum, quod stante relatione supradicti Reuiforis Imprimatur.

*Paulus Carbinatus Vic. Gen. Neap.*

*Can. D. Mattheus Renzi S. T. D. & Conf. S. Off.*

*Excellentiss. Signare.*

**I**L Dottor Fisico Francesco di Roma, onero Romano, supplicando espone à V. E. come desidera dare alle Stampè due Centurie di Consigli Medicinali, & Chirurgici; per tanto supplica V. E. commettere la reuisione di quelle à chi meglio li pare, & à V. E. lo hauera à gratia vt Deus.

*Magnificus Protomedicus videat, & referat*

**Galeota Reg.**

**Vilhoa Reg.**

**Nauarra Reg.**

*Prouisum per S. E. Neap. die 12. Maii 1664.*

*Anastasius.*

*Excellentiss. Princeps.*

**C**onsilia Medica-Chirurgica, duabus comprehensa Centuriis à Magnif. Francisco Romano Phil. & M. D. exarata, quidē perlegenda sunt illa cetero, ut typorum beneficio aquis eripiantur obliuionis: Alterum habet etas nostra Virum, qui in re dicendus in vtroq; Cæsar; dum quē vitali egit ferro Romanus, erudito auxit Cōmentario. Neap. 3. Iulij 1664.

*Exc. Tuæ*

*Devotiss. Seruus*

*Carolus Pignatarus Archiater.*

*Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione seruetur Reg. Pragm.*

**Galeota Reg.**

**Carrillus Reg.**

**Nauarra Reg.**

**Ortiz Cortes Reg.**

*Prouisum per Suam Em. Neap. die 4. Februarii 1666.*

*Lombardus.*

IN-

# I N D E X

## Consultationum Medico-Chirurgarum, quæ in hac prima Centuria continentur.

Numerus paginam denotat.

- C**onsultatio 1. De Vulnere Musculi Temporalis, pro quodam Nobilissimo Viro. pag. 1.  
Consult. 2. De Syncipitis vulnere cū ossis introessione pro quadam honesta muliere. 6.  
Consult. 3. De Occipitis vulnere pro quadam nobilissima puella. 8.  
Consult. 4. De Syncipitis contusione absq; vulnere pro quodam Magnifico viro. 10.  
Consult. 5. De Polypo pro quodam nobilissimo viro. 12.  
Consult. 6. De narium vlceribus pro quadam nobili muliere. 17.  
Consult. 7. De Gallicis Pustulis in yniuersa capitis regione pro quodam nobili Viro. 19.  
Consult. 8. De Tinea pro quodam nobilissimo Viro. 23.  
Consult. 9. De Gallicis vlceribus ad syncipitis regionem, alijsque affectionibus. pro quadam muliere. 27.  
Consult. 10. De Ophthalmia pro quadam Reuerēda Moniali. 38.  
Consult. 11. De Strumis pro quadam nobilissima puella. 41.  
Consult. 12. De magno ceruicis abscessu pro quadam Reuerēda Moniali. 44.  
Consult. 13. De Epulide pro quadam nobili muliere. 47.  
Consult. 14. De dolore dentium pro quodam nobili muliere. 49.  
Consult. 15. De commotione, atque dentium dolore pro quodam illustri viro. 52.  
Consult. 16. De vlcere auris dextrę pro Magnifico quodam Aromatario. 55.  
Consult. 17. De fistula lacrymali pro quodam nobilissimo puero. 58.  
Consult. 18. De maligna, ac pestilenti angina pro quadam nobilissima puella. 61.  
Consult. 19. De penetrante Thoracis vulnere pro quodam nobilissimo viro. 67.  
Consult. 20. De Empiēmate pro quodam nobilissimo viro. 74.  
Consult. 21. De Cancro incipiente sinistrae mammillę pro quadam honestissima muliere. 78.  
Consult. 22. De capitis, aliarumq; partium doloribus, tuberculis, et maciē, pro quadam vulgari puella. 83.  
Consult. 23. De articulorum doloribus, frontis tuberibus, vlceribusq; serpentibus, pro quodam nobili adolescentulo. 86.  
Consult. 24. De oculi dexteri, nariumq; vulneribus, pro quodam egregio viro. 88.

- Consult. 25. De vulnere genæ sinistrae pro quadam honesta muliere Puteolana. 90.
- Consult. 26. De ulcere fordido, ac putrido frontis ex malè curato vulnere p̄ quodā nobili viro. 93.
- Consult. 27. De sinuoso Occipitis ulcere, totiusque capitis tumore pro quadā honesta muliere. 96.
- Consult. 28. De fractura cranei absq; vulnere, pro quodam excellentissimo viro. 100.
- Consult. 29. De grauissima Capitis contusione absq; vulnere pro quodam nobili puero. 104.
- Consult. 30. De putrido occipitis vulnere pro quodam nobilissimo viro. 107.
- Consult. 31. De erysipelate phlegmenoso totius capitis, ac faciei pro quodam Reuerendo Sacerdote. 109.
- Consult. 32. De deflunio capillorum, & carie pro quodam strenuo milite. 112.
- Consult. 33. De luxatione maxillæ ex utraq; parte pro quadam nobilissima muliere. 117.
- Consult. 34. De carbūculo in vertebriis colli pro quodam nobili viro. 119.
- Consult. 35. De parotide symptomatica dextra pro quodam nobilissimo viro. 124.
- Consult. 36. De critica parotide pro quadā Reu. Moniali. 129.
- Consult. 37. De bronchocela, seu hernia gutturis pro quadam Reuerenda Moniali. 130.
- Consult. 38. De ranula pro quadā nobili muliere. 134.
- Consult. 39. De inflammatione sinistrae mammæ, pro quadam nobiliss. muliere Hispana. 137.
- Consult. 40. De tuberculo duro dextræ mammillæ pro quadam Reuerenda Moniali. 140.
- Consult. 41. De ambarum mammarum tumore pro quadā honesta muliere. 142.
- Consult. 42. De canchro ulcerato dextræ mammillæ pro quadam nobili muliere. 144.
- Consult. 43. De fistula ad posteriorem partem thoracis pro quodam nobili viro. 147.
- Consult. 44. De vulnere lienis pro quodam nobilissimo viro. 150.
- Consult. 45. De vulnere renis dextri pro quodam perill. viro. 152.
- Consult. 46. De carie gallica, inflammatione preputij, & gonorrhæa, pro quodam excellentissimo viro. 154.
- Consult. 47. De Bubone ulcerato, glanduloso, & putrido, pro quodam nobilissimo viro. 159.
- Consult. 48. De suffusione pro quadam nobilissima muliere. 163.
- Consult. 49. De scyrrho abdominis pro quadam Reuerenda Moniali. 167.
- Consult. 50. De sinuoso ulcere in regione lumborum pro quadam nobili puella. 171.
- Consult. 51. De vulnere abdominis penetrante pro quodā egregio viro. 173.
- Consult. 52. De bubone gallico incipiente, pro quodam nobilissimo viro. 179.
- Consult. 53. De bubone gallico pertinaci pro quodā nobili adolescentē. 182.

Con-

- Consult. 54. De antiquo vteri vlcerati prolapsu, pro quadam nobilissima muliere. 187.
- Consult. 55. De vlceribus vteri pro quadam nobili muliere. 190
- Consult. 56. De bubonocele pro quodam Magnifico viro. 192.
- Consult. 57. De dolore coxendico pro quodam Reuerendo Sacerdote. 196.
- Consult. 58. De foemoris luxatione pro quadam honesta muliere. 200.
- Consult. 59. De genu sinistri luxatione, pro quadam nobilissima muliere. 201.
- Consult. 60. De Roseolis saltantibus pro quadam nobili adolescentula. 203.
- Consult. 61. De colli vesicæ vlceribus ex inueterata gonorrhœa productis, pro quodam nobili viro. 206.
- Consult. 62. De vlcere sinuoso perinei, inueterata gonorrhœa, & macie totius corporis pro quodam nobili. 208.
- Consult. 63. De inflammatione scroti, & mentulæ pro quodam nobilissimo viro. 210.
- Consult. 64. De hernia carnosâ pro quodâ V.I.D. & nobili viro. 213
- Consult. 65. De hernia aquosa testis sinistri pro quodam nobili, ac V.I.D. 216.
- Consult. 66. De hernia vêtosa, pro quodam Reuerendo Sacerdote Hispano. 219.
- Consult. 67. De vrinæ suppressione, pro quodam clarissimo viro. 222.
- Consult. 68. De lapide vesicæ pro quodam nobili puero. 224.
- Consult. 69. De vlceribus penis pro quodam nobilissimo viro. 226.
- Consult. 70. De carbunculis virgæ pro quodam nobilissimo viro. 229.
- Consult. 71. De gonorrhœa gallica pro quodam egregio viro. 232.
- Consult. 72. De antiquo vlcere intestini recti pro quodam egregio viro. 236.
- Consult. 73. De fistuloso inguinis vlcere pro quodam nobili adolescente. 238.
- Consult. 74. De abscessu ani pro quodam nobilissimo viro. 240.
- Consult. 75. De ani procidetia pro quodam Reuerendo Sacerdote. 242.
- Consult. 76. De hemorrhoidibus siccis, & dolorosis, pro quodam nobilissimo viro. 245.
- Consult. 77. De hemorrhoidibus apertis pro quodam Reuerendo Sacerdote. 247.
- Consult. 78. De ani vlcere canceroso pro quodam nobili adolescente. 252.
- Consult. 79. De thymis gallicis, atque rhagadibus ani, pedum, & preputij pro quodâ nobili puero. 255.
- Consult. 80. De ani fistula pro quadam nobilissima, ac honestissima Matrona. 259.
- Consult. 81. De sanguinis fluxu immodico ex hemorrhoidibus pro quodam nobiliss. viro. 265.
- Consult. 82. De ani vlcere maligno, & virulento pro quodam clarissimo viro. 267.
- Consult. 83. De tumore, atq; vlceri-

- ribus feroti, & testiculi pro quodam nobili iuvene. 270.
- Consult. 84. De ulcere putrido vuluæ ex difficili partu pro quadam honestissima muliere. 273.
- Consult. 85. De vulnere cruris pro quodam magnifico viro. 275.
- Consult. 86. De ulcera putrido, ac corrosiuo dextri cruris pro quodam Reuerendo. 276.
- Consult. 87. De vulnere circa supernam cruris sinistri regionem pro quodam nobili viro. 278.
- Consult. 88. De ulcere herpetico dextri cruris, pro quadam illustri muliere. 280.
- Consult. 89. De abscessu dextri cruris pro quodam nobiliss. viro. 282.
- Consult. 90. De vulneribus dextri cruris ex morsu canis pro quodam egregio viro. 284.
- Consult. 91. De morsu canis rabidi in dextro crure, pro quodam magnifico viro. 286.
- Consult. 92. De cruris ulcere cum
- offis corruptione pro quadam honestissima muliere. 289.
- Consult. 93. De gangrena dextri cruris pro quodam nobilissimo viro. 293.
- Consult. 94. De sphacelo sinistri cruris pro quodam egregio viro. 300.
- Consult. 95. De contractione articuli Tibiæ, pro quodam nobili puero. 304.
- Consult. 96. De scyrrhoso tumore articuli tibiæ, pro quadam nobilissima muliere. 306.
- Consult. 97. De herpete miliari dextri tibiæ articuli pro quodam nobili viro. 309.
- Consult. 98. De spinæ ventositate pro quadam nobiliss. puellula. 312.
- Consult. 99. De ambustione pedum pro quodam viro rustico. 315.
- Consult. 100. De gangrena sinistri pedis pro quadam nobilissima muliere. 318.

# I N D E X

## Consultationum Medico-Chirurgarum, quæ in Secunda Centuria continentur.

- C**onsult. 1. De luxatione vertebrarum cervicis pro quadam Reuerenda Moniali. 321.
- Consult. 2. De ulcere cæcerofo linguæ pro quodam Reuerendo Religioso. 322.
- Consult. 3. De sclopeti vulnere ad thoracis regionem pro quodam magnifico Viro. 324.
- Consult. 4. De vulnere sclopeti ad anticam thoracis regionem pro quodam nobili viro. 335.
- Consult. 5. De vulnere thoracem penetrante, & perforate ex vtraque parte, ex pila plumbea illato pro quodam nobili viro. 337.
- Consult. 6. De fistula thoracis pro quodam nobilissimo viro. 339.
- Consult. 7. De Empyemate ex vulnere, pro quodam Excellentissimo Viro. 342.
- Consult. 8. De ulcere canceroso sinistrae mammae pro quadam nobili muliere. 344.
- Consult. 9. De articuli cubiti distortionem pro quadam Reuerenda Moniali. 347.
- Consult. 10. De dextri cubiti luxatione pro quodam nobili Viro. 350.
- Consult. 11. De panericio indicis dextræ manus pro quadam nobili muliere. 351.
- Consult. 12. De abscessu abdominis pro quadam honesta muliere. 353.
- Consult. 13. De vteri procidentia pro quadam Reuerenda Moniali. 355.
- Consult. 14. De scyrrhoso tumore sinistrae coxæ, pro quadam nobili muliere. 357.
- Consult. 15. De Oedematoso erysipelate cruris, & pedis pro quodam nobili Viro. 360.
- Consult. 16. De abscessu dextri articuli tibiæ pro quadam Reuerenda Moniali. 364.
- Consult. 17. De tibiæ articuli atheromate pro quodam Reuerendo Religioso. 367.
- Consult. 18. De articulorum ulceribus pro quodam Magnifico Viro ex podagra. 369.
- Consult. 19. De ulcere cacoetico malleoli pro quodam nobilissimo Viro. 372.
- Consult. 20. De luxatione tali pro quadam Reuerenda Moniali. 376.
- Consult. 21. De Pernionibus, pro quadam nobilissima puella. 378

F I N I S.



# CONSULTATIONVM

MEDICO-CHIRVVGARVM

FRANCISCI ROMANI

PHILOSOPHIÆ, ET MEDICINÆ DOCTORIS

PATRITII CONTVRSINI:

CENTVRIA I.

CONSULTATIO PRIMA.

*De vulnere Musculi temporalis, pro quodam  
nobilissimo viro.*



*Morb. muscu.*  
**V**OD nobilissimus hic vir in dexteri tēporalis musculi regione afficiatur vulnere, cum subiecti ossis fractura, in quo sedes teli non parua ad spongiosam vsque substantiam penetrans obseruatur; præter sensum visus, indicat specillum, à quo tangitur durities, atque percipitur asperitas, sanguinis profusio, dolor satis molestus, casus, actioque læsa, quæ inter loquendum, atque mādēdum sanè euidenter apparet. Huiuscemodi autē vulneris causa instrumentalis, vt ad sensum patet, & ex relatis colligitur, instrumentum valde incidens fuit, à forti brachio irati hominis illatum, ex cuius vehementia præter perniciosum vulnus, calamitosa ossis fractura, in qua teli vestigium visitur, fuit concitata. Quæ quoniam in hanc præstantif-

simam capitis regionem consistit; idcirco, quin sit valde perniciofa, non est dubitandum, & Primò ob inferioris maxillæ articulum hac cum ossis parte conexum, qui ob mandendi necessitatem, atque os aperiendi consuetudinem, motu satis violento sursum, deorsumque moueri debet; præsentem autem motu vulnera facillè inflammantur, ac periculosa fiunt. Secundò ob præclara vasa, venam scilicet, & arteriã, quarum illam cauam, & hanc fortem appellat *Hip. libello de capitis vuln. i.* quæ cum fauciantur, ingens sanguinis profluium necessariò sequitur. Tertiò ob organum auditus, quod alteratum, & læsum surditatem parit. Miserandum quidem malum, quia sunt aures porta mentis. Quartò ob dignitatem, eiusdemque musculi præstantiam, qui quoniam multis fibris, gradioribusque neruis

A est

est refertus, facillimè ignescit, patrescit, & conuulsione corripitur, *ut tex. 5. cit. libri notauit Hip. & 3. proret. t. 10.* Et tandem quod auxiliares manus, quæ ad has capitibus fracturas curandas tâtopere desiderantur, ob exitialia, quæ impendent accidentia, nemo audet admouere: quibus addi possunt cerebri vbertas, ossisque tenuitas, duæ potentissimæ causæ omnium ferè symptomatum, quæ ad hæc vulnera insequuntur; tamen quia in casu nostri nobilissimi viri, sedes teli patens est, & citrà sectionem, vulnerisque dilatationem, scalpris, aliisque instrumentis prudenter admotis poterit deleri; fiducia salutis adhuc quammaximè viuit. Quamobrem non cunctari oportet, sed sequenti die sedes teli deleatur iuxta eiusdem Hipp. consilium; *scrip. n. cit. lib. t. 21.* si sedem teli in osse conspexeris, tum ipsam teli sedem radere oportet; tum etiam ambientia ossa. Cuius abrasionis terminus esse debet quousque tendit vestigium teli; verum si inter abradendum aliqua rimula cõspiciua fiat, os non modò est abradendum, verum etiam perforandum; cautè tamen, ne attingatur musculus, & dolor, aliaque accidentia mala concitentur. Illud tamen verum est, quod si instrumenta citrà dolorem nequeant adaptari, ab operatione esse prorsus abstinendum, dicunt probati auctores; & totum opus nature viribus comittendum.

Quod si quis dixerit, esse valde

periculosum ad ossa temporum, ferrum admouere, abradere, ac perforare propter insignes nervos, qui per hanc regionem excurrunt, eorumque exortum: cerebri lapsum, ac perturbationem, ossisque qualitatem, quod licet sit tenue, est tamen valde densum, & aliquantulum durum, nec non quod *Gal. 6. met. c. 6.* has ob rationes ossa temporum semper euitare studuit, & tempora dimittens, ossa bregmatis aperire, ac perforare non dubitauit, idque fecit, ut euitaret discrimen, quod de cerebri motu, ac prolapsu impendat; quare licet crudele admodum videatur cutem scindere, nouum vulnus excitare, os detegere, ac perforare, & miseros sauciatos nouis cruciatibus affligere; tamen melius est aliquid cum periculo experire; quam certum, & deploratum interitum expectare.

Verum, ut verum dicam, *textus Gal.* est satis obscurus, & forsannalè etiam intellectus, atque interpretatus; quare est dicendum, atque credendum, quod *Gal.* quendam habuit casum, in quo craneum duobus in locis erat fractum, nempe circa ossa bregmatis, & in ossibus temporum: *Gal.* autem aperuit cranium, non autem partem infernam, quia *ut rectè notauit Guido,* in temporibus magna erat fixura, per quam liberè effluebat sanies; in superiori verò non liberè poterat educi, quare aperire fuit coactus. Sed, quidquid sit, in casu nostro neque musculus scinditur, neque nerui, venæ,

& ar-

Curatio.

Obiectio.

& arteriæ secantur, neque vlla dilatatio est facienda; sed os dūtaxat abradendum; idque, si ex arte fiat, omnia, quæ impendent euitantur discrimina: quare, quoties læsio est talis, vt citra vulneris ampliacionem, perforari, vel abradi possit; melius semper est aperire, abradere, ac perforare, quam nouum vulnus excitare, & afflictionem addere afflicto; siquidem cum sanies aggregatur in loco percussionis, non video, quomodo ascendere possit ad supernam ossis partem, perque illam euacuari; est enim dura meninx valde cum craneo alligata: huiusmodi autem alligatio est impedimento, quò minus possit sursum ascendere, indeque postea euacuari. Neque Cerebri prolapsū reformidare debemus, cum huic facillè occurri possit, artificiosè Ægrum collocando, exiguumque foramen facièdo; sic enim euitatur omnis scopulus, omneque periculum tollitur, quod de casu aliarum partium imminet; quare cum in casu nostro citrà magnum discrimen possit chirurgica operatio, exerceri quamcitissimè, vt dictum est, teli vestigiū deleatur. Tandem post ossis læsi detractionem topica præsidia sunt administranda, quæ natium calorem, fouendi sedandi dolorem, ac inflammationem prohibendi facultatem habeant, sicuti præsertim sūt Balsamum apparitij, Balsamum naturale, aut artificiale, in quorum absentia, vti possumus oleo abietino, vel oleo de terebenthi-

na, vel saltem ipsamet terebenthina, cum oleo Hipperico mixta: circà verò exteriorè vulneris partem, oleum Rosaceum applicetur; progressu tamen tēporis pulueres Cæphalici adhiberi vtiliter possunt: cæterum, quoniam dum chirurgica operatio exercetur, humores ferè semper in motu ponuntur; idcirco bonū est, vt priusquam fiat præter sanguinis detractionem iam bis factam, corpus vt expurgetur, est valde vtile, frictionibus quoque cucurbitulis, & huiusmodi deriuationes, reuultionesque tententur. Interea optima victus ratio instituat, quæ debet esse ex cibis paucæ quantitatis, paucique nutrimenti, & facilis concoctionis: à cibis crassis, iisque quæ corpus replent, est prorsus abstinendum, de quorum materia, ordine, horaque cibandi, me prudentiæ periti medici curantis remitto.

APPENDIX.

**N**ON leuis inter præcipuos authores de vulnerū, quæ ad temporum regionem sunt inflicta, curatione, est altercatio; *Hip. n. libello, quem de cap. vuln. scripsit, ait loquens de horum vulnerum curatione* (at verò in capitis sectione; reliquæ quidem partes capitis securitatem habēt, dum secantur: verum tempora, & adhuc supra tempora, venā, quæ per tempora fertur, secare non oportet; Conuulsio .n. corripit

sectum) ex quibus elicitur *Hip.* talis fuisse sententię, vt nunquam temporales muscoli sectione sint diuidendi. Hoc idem affirmat *Gal.* nullam in ossibus temporum perforationem esse faciendam, 6. *Meth. asserit*; sicuti bis ipse in casibus sibi oblatis minimè tentauit. tantorum virorum sententiam sequutus est etiã *Fallop.* lib. de cap. vul. c. 12. simulque *And. Vexall.* lib. 3. de vul. c. 5. hic. n. clarissimus vir, non solùm non fecat, atque dilatat, sed potius musculorum Corium consuit; timet enim, ne refrigeretur musculus, & conuultio sequatur. Secùs verò *latinus Hip.*, *Cels.* inquam, scriptum reliquit, quod vrgente necessitate, nempè si accidentium magnitudo impellat, etiam temporum incisionem esse faciendã; sed iuxtà villorum progressum. *Ioannes pariter And. à Cruce tract.* 2. de vuln. lib. 1. c. 11. inquit, se necessitate cogente, & in temporibus, & in futuris fælici euentu sæpè sectiones molitum esse, & statuit, consultius esse hac in re aliquid, nonnulla, cum fiducia, vel cum periculo facere. *Carpus* insuper dum loquitur de cutis capitis sectione, inquit, quod tutius est incidere cutem, & detegere cranium etiam in fronte; & in temporibus, non solùm quidem cutem, quę in temporibus existit; verùm etiam ipsos temporales musculos; quomodo enim cranium detegi potest (ait) nisi vnà cum cute temporales muscoli fuerint difecti. Tandẽ *Io-*

*annes Baptista Carcanus*, vir quidẽ valde eruditus, *lectione 8. ferm. 1. sui libri*, quem de capitis vulneribus composuit, non veretur in musculis temporalibus, ossibusq; temporum manualemente tentare, vbi *Falloppium* quoque arguit, qui c. 28. *sui libri de vulneribus scripsit*, in regione musculi temporalis, sicuti, & in regione futurarum nunquam sectionem esse administrandam; quinque enim *Carcan.* exempla in medium adducit eorum, quibus musculorum temporalium, & ossium temporum sectio, & perforatio fuit administrata, qui tandem feliciter cum successu fuere sanitati restituti. Verum equidem, vt ex hac difficultate me expediam, vulneris conditionem esse considerandam, arbitror: quoniam si contingat, vt ossa temporum sint cõtusa, perfracta, vel depressa, ita vt duræ, & reliquæ præcipuæ particulæ lædantur, ac pungantur, simulque fractura aliqua in ipsis ossibus consistat ad duram vsque penetrans, per quam sanguis, vel sanies ad duram descendant, nec inde expurgari possint; vel etiam temporum ossa à re aliqua pungente essent perforata, & angustum sit orificium, ita vt nec expurgari possit sanies, nec infundi medicamenta; tunc, quia, intus existens, & exitum non habes, furere hominem facit, & certum imminet periculum de Ægrotantis morte, audacter sunt muscoli incidendi, & ossa perforanda, cautè tamen quãtum fieri potest; quia

quã cum huiusmodi muscoli neruofissimi sint cerebro immerfi, praua accidentia quammaximè afferunt, quamquam non semper ex musculorum temporalium sectione consequantur symptomata praua, & horrenda, vt multis experientijs est comprobatum, teste Carcano.

Nec est dicendum, *Hip.* absolutè negare huius loci sectionem; nam musculus temporalis regio duplex est, vna videlicet superior; altera verò inferior: superior habet suos terminos, quibus coercetur, nempe anteriorem, posteriorem, superiorem, & inferiorem: anterior terminus exiguam ossis frontis portionem subiectam habet ossi sphœnoidi, ac sincipiti per futurã adnexam; terminus verò posterior correspondet ad illã ossis temporalis partem, quæ zigomati est proportionata; inter hos terminos, tum ossis sphœnoidis, tum ossis temporis portio continetur. Terminus verò superior totam ossis sincipitis lateralem regionem, quæ inter futuram coronalem, & meatum auditorium est, complectitur. Tandem inferior terminus huius superioris regionis musculi ad angulũ oculi exteriorẽ, & ad zigomatis initium, quã à tempore prodire incipit, circumscribitur; Inferior pariter regio huius musculi initium habet à conterminis anguli oculi exterioris, & ab extrema parte zigomatis, quæ angustata deorsũ ad maxillam terminatur. Stante hac musculorum diuisione, vbi

casus sectionem expostulat, vt sunt illi supradicti, nempe cum dignoscitur. vulneratum nõ posse alia ratione saluari, vniuersa superior regio iam dicta tutò secari potest, anteriori illius parte excepta; quoniam per eam excurrit vena, & Arteria notabilis, vt ait *Hipp.*, quæ quantum fieri potest est vitanda: reliquum verò superioris regionis dilatari potest. Sed secundum latitudinem, siquidem musculus transuersim sectus, aut nullum, aut minimum conuulsionis affert periculum; quia carnosus est. Nam est experientia comprobatum, quamplures tũ vulnere; tum arte diffectos sine conuulsionis discrimine euasisse: secus verò inferior regio si ferro attingatur, preceps imminet periculum conuulsionis, siuè extoto secetur; siuè non: quare vbi est secandum, cauenda est hæc inferior musculi regio quomodocunque fiat sectio, siuè longitudinaliter, siuè transuersaliter; atque ita, puto, esse *Hip.* intelligendũ, cum scripsit, quod musculus, hac parte nullam in sectione securitatem habet. Atque ex his etiã colligitur quantum aberrant medicastri, qui arrogantes, audacioresque facti, spretis medicorum eruditorum consilijs, huius regionis vulnera, temerè, & indifferenter tractant, aperiendo, secando, abradendo, ac terebrando, quod quanta cum languentium clade, præstantissimæq; huius chirurgicę facultatis iniuria fiat, quotidiana patet experientia miserabili-

rabilis eorum interitus, qui imprudenter, temerè, & præter rationem Curati, quin potius trucidati, miserè vitam finiunt. Quod si quandoque quis euadat, id robustæ naturæ est potius adscribendum, quæ imperitorum errata mirabiliter corrigit. Illud tamen

verum est, quod in huiusmodi infortunijs alienum à ratione non est sequi eiusdè Hip. cõsiliũ traditum in 3. de fract. tex. 5. vbi scripsit, quod sunt quidam casus, quos medico licet subterfugere, dummodò id honestè agere possit.

## CONSULTATIO II.

*De Sincipitis vulnere cum ossis introcessione pro quadam honesta muliere.*



Vamquam Caluaria satis dura, densa, atq; solida ad Cerebri defensionem, atque conseruationem summo artificio, summaque solertia à prouida natura fuerit fabricata; non tamen ea duritie est prædita, vt penitus ab iniurijs extrinsecus irruentibus tueri valeat, quin interdum frangatur, contundatur, ac deprimatur, cerebrum, membraneque lædantur. Quare non mirum, si honesta hæc mulier ab obtuso, & oneroso telo ad sincipitis regionem percussa, ingentique vulnere conflictata, in maximo vitæ discrimine sit cõstituta. Est enim huiusmodi læsio triginta ab hinc horis illata, non solùm magna secundum propriam essentiam, quia magnum est vulnus, magnaque contusio; dum videmus, quod etiam ossa sunt contusa, disrupta, atque depressa; verum etiam ratione dignitatis, quia læsio in ea capitis parte consistit, vbi caro est

modica, os tenue, & plurimum. Cerebri viget; quibus rationibus inter læthaliora, & ad curandũ, & ad effugiendam mortem difficiliora ab Hip. lib. de capitis vuln. t. 4. connumeratur. Tandem ratione symptomatum, quæ sauciationis tempore apparuerunt, casus videlicet vertigo, bilis vomitus, oculorum rubor, & obmutescencia. hæc enim, quæ concomitantia appellantur, quoties ad capitis percussiones immediatè sequuntur, non solùm maximã indicant noxam; verum etiam ingens vitæ discrimen portendunt. Verum si accidat, vt alia sæuiora, nempe rigores, febris, &c. in diebus decretorijs superueniant, (de quibus est valde timendum) de illo actum est; tunc enim solũ à diuina virtute attendi potest sanitas.

Vt igitur læthalia, quæ imminent accidentia, euitentur, atq; à præsentibus vindicetur, præstat, vt os collisum, & diffractum cum in integrum restitui non possit, ne san-

sanguis è vasis effusus, & in alieno loco existens, exitum non habens corrumpatur, idoneis instrumentis ex arte admotis remoueat; sic enim Cerebrum, atque compressæ membranæ ab omni iniuria liberantur. Quare dilatato vulnere, vt ossis læsio vndique conspicua fiat, ac detecto osse, vbi est terebrandum, pluribus in locis os perforetur inter eiusdem depressionem, ac partem sanam, prudenter tamen, ne meninges attingantur, ac cerebrum magis comprimatur; demum introcessum os summa arte, summaque sapientia subleuetur, ac detrahatur; cauendum quoque est, ne venulæ per meninges dispersæ, lacerentur, sanguinisque profusio insequatur, quibus peractis idoneis medicamentis, sanguis ex arte sistatur, ne membranæ aliquam noxam experiantur; demumque ea auxilia applicentur, quæ dolorem mulcendi, natium calorem fouendi, ac protegendi facultatè habeant. Has omnes dotes obtinet *oleum rosaceum ex oliuis immaturis* confectum; nam huiusmodi oleum actu calidum adhibitum, innata sua virtute natium membranarum calorem fouet, & adstringenti facultate, qua est præditum, repellit, ac roborat: quod vt capite defractura cranij notauit *Auic.*, est veluti anodinum, quoniam dolores mulcet, & omnes capitis passiones feliciter curat; præsertim si vino mixtū post operationem ferro factā administretur ad tempus vsque securitatis,

idest concoctionis. Illud etiā verum est, quod post Chiruriam magis probarè *oleum Hippericum compositum*, quod apud Hispanos *oleum apparitij* appellatur; quo triginta ab hinc annis pro capitis, neruosarumque partium vulneribus curandis felici cum successu passim vtor: potissimum verò in amplissimo Incurabilium valetudinario. Non est etiam contemnendum *oleum stillatium ex terebinthina clara veneta rosæceo mixtum*, quo potissimum vtuntur errabundi Chirurghi, qui castra sequuntur: Interea etiam non sunt omittendâ vniuersalia præsidia, quare iterum secetur vena, sed illa dexteri cubiti; ac sanguis iuxta virium robur mittatur: quarta die corpus expurgetur medicamento, quod simul educat, & roboret, victus ratio tenuis obseruetur; quia vbi natura in digerendo cibo non est occupata, potest meliùs, tum totius, tum partis concoctionem aggredi. Præterea prohibeatur, ne in corpore sanguis augeatur; siquidem copiosus sanguis ad fauciatam partem delatus læthales inflammationes affert: potus verò sit aquæ simplicis, vel hordei; nam vinum illis conceditur, qui ob sanguinis missionem sunt valde debefactati, inquit *Celsus*. De aëre quoque magna habenda est prouidentia; nam obseruatum est, quod quæcumque ambientis aëris constitutiones, nempè nimis calidæ, vel frigidæ, vel humidæ, vel siccæ, præsertim verò complicatæ: læsarum partium

tiū temperamētum valde lēdunt, atque euertunt; naturalemque calorem omnium operationū naturalium causam, perturbant, at-

que extinguunt, quare non minus errant, qui thalamum valde calidum propinant, quā qui fauciatos ambienti frigido exponunt.

### CONSULTATIO III.

#### *De occipitis vulnere pro quadam nobilissima Puella.*



Vlla excusatio in Medici errore est admittenda, vbi ignorantio peperit ignorantiam: nam sola illa ignorantio est tolerabilis, atq; excusanda, quæ in scientia fracti Granij comparatur inquit *Ludovicus Duretus tract. 2. de coacis prenot. com. 6.* & iure quidem, quia omnis cognitio atque scientia duce iudicio, & comite experientia acquiritur; sed experientia, quæ in explorandis capitis iniurijs aduocatur, est satis incerta, atque fallax ob rimulæ similitudinem cum futuris, & futuræ cum rimis; gerunt enim futuræ speciem fissurarum, quo fit, vt perspecta specillo asperitas; vbi fissura est: nec sedis, nec fissuræ vllum iudicio afferat documentum, sicuti afferre solet cum alibi, quam in futura percipitur ossis asperitas, quin nec visu, vel oculorum acie secando, abradendo, fissuræ Idea, ac species è futura emergit, nec etiam atramenti, quod explorandi causa immittitur, firmiter fixa nigrities, quæ abradendo tollitur, fissuram ostendit; quia neque ni-

gritiem continet. Iudicium quoque laborat, & fallitur; quia hominum capita, vt inquit græcorum splendor *Hip.* dissimilia sunt, neque futuræ in omnibus eodem loco consistunt, neque circa initia praua apparent accidentia, neque ossis exiccatio, &c. Quare abrasio à perito Chirurgo facta tertia die in capite huius nobilissimæ Puellæ maximus error, quinimo neque minimus putari debet; non enim locus futurarum fauciatæ pars existit, vbi iam facta abrasio est; quamobrè naturæ est potius error adscribendus, quæ ad supernam, remotioremque partem, futuram lamdoidem efformauit, nonne etiam rationalis medicinæ inuētor à futuris se fuisse deceptū refert *5. epid. 1. 14.* & nō semeletia peritissimi viri decipiuntur? Cæterū ad nos nunc spectat, quid rigores, febris, vomitus, aliaque symptoma septima diē exorta indicēt, denunciare; deinde an salutis aliqua fiducia vigeat, & tandē quibus præsidijs infortunata hæc puella queat adiuuari. Et quantum ad primum rigores, febris, bilisque vomitus, aliaque accidē-

tia,

tia, quæ in diebus decretorijs in cranij percussionibus apparent; membranarum inflammationem indicant, nisi ex alia causa fiant, quod raro accidit; nam observatum est, quod interdum huiusmodi accidentia mala ad erysipelata sequuntur, quandoquidem etiam ad biliosas febres, citrà membranarum, aut cerebri læsionem; Verum in casu nostro nullum erysipelatis vestigium apparet, neque biliosus apparatus, igitur ob cranij, membranarumque inflammationem, quæ septima die inchoavit contingere, est omninò credendum, quibus ossa fracta sunt, his septima die febris accidit, & si maior fuerit fractura, etiam à vestigio, vt 5. epid. l. 21. notavit Hip.; si percussio capite, febris appareat, aut mentis perturbatio; tunc iã incipit apostemari inquit Auic. p. 3. l. 2. c. 26. nam ob cranij lacerationem tempore abrasionis factã sæuissimos fuisse concitatos dolores, audiuius, & demum ex doloribus inflammationem, & reliqua symptomata praua: Possumus etiam dicere ob ossis contusionem, vel aliquam latentem Rimulam, vel purulenti sanguinis sub calua collectionem fuisse exortam. Est longa experientia comprobatum per cranij fissuram ad duram descendere faniem, quæ inclusa, retenta, & exitum non habens, marcescit, & putrescit, memorataque exitialia accidētia parit.

Quantum ad secundum, quidem præfagium, ex dictis col-

ligitur; nam febris cum rigoribus inordinatis, atque vomitu in diebus decretorijs exorta, mala est, atque læthalis; est enim signum intendi magnitudinem, quæ penes dignitatem partis attenditur; siquidem bonum est, dicebat Hip. 2. prædictionum, neque febrire, neque inflammationē pati, neque dolorem, eum, qui vlcus in capite habet; & si quid horum apparuerit, bonum est, vt in principio fiat; at febrem inuadere 4. 7. 9. 11. 14. die, valde læthale est; hanc etiam febrē perniciosam, atque læthalem pronūciavit Rasis 7. ad Almansorem c. 10 Auic. par. 1. l. 2. c. 26. Interitus autē circa 14. solet contingere, vt exemplo de famula Omili ab Hip. annotato, comprobari potest, quæ febre cum rigoribus correpta, die 14. mortua est.

Quantum ad vltimum, licet minima, siue nulla vigeat salutis spes, & potius à Deo, quam ab hominibus expectanda tanti mali curatio sit, non tamen absque auxilijs, est derelinquenda; Quare præmissis aliquo enemate, iterū ex vena cephalica mittatur sãguis; sequenti die manna. succo ros. diss. expurgetur corpus, deinde cucurbitula ad spatulas scarificata, sicuti, & frictions ad extremas corporis partes; non sunt reiiciendæ: imò etiam, consentientibus viribus; hirudines. primo ad venas sedis; deindè ad nares applicentur; sed maximè omnium probarem terebrationem ad laterales futuræ partes ad membra-

B nam

nam vsque, vt si quid purulentæ  
 materiæ supra duram consistat,  
 educatur, iuxtà senis nostri con-  
 siliium *rex. 28. cit. lib. de cap. vulne.*  
 annotatum, quum dixit (*quapropter  
 ubi intellexeris, febrem inuade-  
 re, non cunctari oportet, sed vsque  
 ad membranam perforare; vulnera*

enim contusa, siuè sint in carne;  
 siuè in osse, non curantur, vt mor-  
 bi; sed veluti morbifica causa,  
 quæ nisi remoueat, funesta ac-  
 cidentia est allatura, & tandè in-  
 teritum minatur. Atque hæc de  
 casu sic deplorato breuiter erant  
 dicenda. 23. Septembris 1661.

## CONSULTATIO IV.

*De syncipitis contusione absque vulnere pro quodam  
 magnifico viro.*



**A**ffectio, qua duobus  
 ab hinc diebus deti-  
 netur ad syncipitis  
 regionem Magnifi-  
 cus hic noster pa-  
 tiens trigessimum annum agens,  
 contusio est absque euidenti vul-  
 nere; dico, absque euidenti vul-  
 nere; quia etiam contusio est in-  
 terne membri continui solutio  
 ab extrinseco instrumento, inte-  
 gra apparente cute, facta, vt ex  
 sensu visus, atque tactus satis eui-  
 denter apparet: at vtinam dum-  
 taxat sola contusio esset; sed ma-  
 lum, heu, deplorandum, quoniã  
 est simul cum varijs accidentibus  
 complicata, nempè obmutescen-  
 tia, qua immediatè post percus-  
 sionem fuit correptus, stupore,  
 siuè immobilitate totius corporis,  
 & febre è vestigio exorta, quæ  
 sine vlla intermittentia perdurat.  
 Quorum omnium symptomatum  
 causam si perquiramus, non est  
 facilè adinuenire; quoniam pos-  
 sunt à compluribus, varijsque  
 causis concitari, nempè ex diuul-

sione, tensione, neruorum ruptu-  
 ra in cerebro, caluariæ depræs-  
 sione, aut coarctatis cerebri vé-  
 triculis, aut refrigeratione, aut  
 spinalis medullæ percussione,  
 præsertim circa sui exortum, aut  
 tandem ex cerebri concussione,  
 ac commotione; nam ob ictus ve-  
 hementiam animalis facultas in-  
 se ipsam contrahitur, atque quie-  
 scit, vt *septimo aph. com. 58.* inquit  
*Gal. & patet apud Hip. in hist. illius  
 fœmina, quæ palma manus per-  
 cussa, obmutuit: sicuti etiam in  
 hist. illius, qui à Macedone per-  
 cussus, vocem amisit, vt 5. 7.*  
*Epid.* est annotatum; tamen in  
 casu huius nostri languentis, pu-  
 to, vltimo modo fieri; nam neq;  
 ex his, neque ex febre vlla certi-  
 tudo læsi, atque vulnerati cerebri  
 haberi potest: nam obseruatum  
 est, huiusmodi accidentia sæpè-  
 numero, illæso cerebro, eueuire,  
 sed vel solo fracto cranio, vel ce-  
 rebri membranæ percussis, vel  
 etiam sola carne, aut etiam vna  
 cum carne pericranio. Cum igitur

tur

tur ex dictis nullū adesse læsi Cerebri certum signum, innotescat, sed tantū esse concussum cranium colligatur; sperandum proculdubio est, quod naturali motu spiritibus, restituto, noster Patiens ad se redeat; quamplurimos enim curauimus, atque vidimus voce, omnibusque sensibus destitutos, à tanta calamitate liberatos: eò magis, quòd noster patiens est in ætatis flore còstitutus, eiusque vires valde robustæ; quapropter non est remorandum in excogitandis, atque administrandis idoneis auxilijs, quibus valeat adiuuari. Huiusmodi autem auxilia sunt, nò solùm petenda à fonte chirurgico, verū etiam à topicis medicamentis, præsertim verò ab ijs, quæ inflammationis incrementū prohibendi, & euocandi materiam, vel quæ sub cranio est collecta, vel sub meningibus continetur, habent facultatem: quare iterū, atque iterum *secetur vena*. Primò malleoli, deinde cubiti; sero, ac mane ad infernas partes fiant *frictiones*, ad spatulas *cucurbitula*, siue sicca, siue scarificata, alius *suppositorijs*, atque *clysteribus* aperta seruetur; viæ ad *pharmacum*, quod serosos, biliososque succos educendi facultatem obtineant, disponantur, & de còseruandis quoque viribus, habeatur prouidentia; sed plenis viribus, maximè incumbendū, vt si quid saniei sub craneo continetur, educatur: poterit autem educi insensibiliter, & sensibiliter, de qua re nò leuis est inter præcipuos authores alterca-

tio; sunt enim qui omninò contēdunt, in his percussionibus cutē findi debere, præcipuè in cranij læsionibus sensu non adeo còspicuis, ob discrimen, quod imminet, ne quid materiæ ad duram per fissuram penetret, ipsamque temporis successu corrumpat; quam sententiam in casu nostro non admittimus; non enim conducit molles partes scindere, os perforare, & vulnus longo tempore aëri exponere, vt aliàs diximus; secus verò, non secta cute, neque nudato, ac perforato osse, natius calor tutius, ac fælicius, sanguinem, & saniem sub osse contenta discutit, & fracta ossa agglutinat; tunc enim est cutis secanda, ac scindenda, vbi os detectum, & læsum est terbrandū, ac perforandum, non autem vbi est contectum, nec pungit membranam, nec comprimit cerebrū; nam longo vsu est comprobatum, quod citius sanantur, qui citrà ferrum curantur; vt celeberrimi Medici, ac peritissimi Chirurghi testantur; cum satis compertum sit, sanguinem è venis effusū posse à naturali calore dissolui, atque dissipari. Quibus adde, quod si vasa in pia meninge, vel plexibus, aut choroide, aut reticulari, vel in cerebri substantia, sint disrupta, in cassum chirurgica operatio exercetur; tunc enim neque apertione, neque vlla alia re adiuuari potest. Præterea, etiã si cutis secetur, & cranium aperiat, certus locus, vbi materia continetur, inueniri non potest;

nam non semel contingit, vt non in parte ista, sed in alia, noxa cōtrahatur: quare tutius mihi videtur in hoc miserrimo casu illa auxilia adhibere, quæ citra cutis, ac reliquarum partium scissionem, materiam sub osse collectam valeant dissipare, insensibiliterque euocare, nempe pulueres cephalicos, pulmenta, emplastra, & cataplasmata, quibus etiam vtitur Medici pro lætargo, alijsque capitis vitijs curandis: Mihi autem solet esse familiare *cataplasma*, quod conformatur ex *Far. hordei pulueribus ros. rubearum, baccarū mirthi, ladani parietarie, flor. anethi ol. ros. & vino granatorum*, quod calidum, de rasis prius capillis, administratur, ac bis in die mutetur: habet enim fluentem humorem repellendi, dolorem leniendi, cruentum succum dissipandi, natium calorem, affectamque partem roborandi miram facultatē. Post quæ verò *pul. flor. camomille, melilati, bett. sem. lini oleum camomellinum, anethinum, sapa,*

huiusmodi addi possunt, præsertim, quæ ex alto euocandi, ac digerendi vim obtineant; vt *Galbanum, Gummi elemi, amoniacum, otoumbalsami, ol. de vitellis ouorum, de cera, & de terebinthina*, ac consimilia, quæ poros, meatusque aperiuunt, contentam sub cranio materiam attenuant, exiccant, inque vaporem conuertunt: huius quoque materiæ euacuatio per aures, nares, atque palatum procurari potest; quare ad aures instilletur *oleum amigdal. dulc. pinguedine Gallinacea liquata* vigoretur; ad nares *butirum liquatum rodomelli mixtum*. Tandem, si adhuc præualidum auxilium desideretur, poterit applicari emplastrum, à *Cociliatore differentia 181.* annotatum; quod recipit *Gummi Elemi ʒ. 3. Opioponacis ʒ. 2. Bdelli ʒ. 5. Resinæ Pini ʒ. 1. Cerae q. 5. f. vnguentum.* Atque hæc in confirmationem eorum; quæ satis doctè à præclarissimis Medicis dicta sunt, sufficiant. Die 26. Septembris.

## CONSULTATIO V.

*De Polypo pro quodam nobilissimo viro.*



**A**ffectus P. N., de quo duobus ab hęc annis nobilissimus hic vir conqueritur, esse carunculam ad internam narium regionē exortam, quam *Gal. 3. de compos. med. per loca Polypum* appellat; indicant copiosa excrementa,

quæ continuò fluunt; caro mollis luxurians, quæ ad ambas nares affurgit, color, qui obseruatur subalbus, olfactus interceptio, respirationis læsio, & stertor inter dormiendum. Cuius mali causa, quin sint crassi, viscidique succi à Cerebro ad nares delabētes, & illi quidem pituitosi, non est

est dubitandum: nam quoties caro addita est mollis, & alba, nec in ea est dolor, vt fiat à viscida pituita, est necesse, inquit *Auic. lib. 3. f. 3. c. 2. c. 2.*: esse autem hanc passionem crassorum, ac viscidorum humorum germen, præter *Gal. 3. de comp. med. cit.*, inquit etiam *Aetius serm. 6. c. 5.* & quamuis Polypi modò benigni sint modò maligni: tamen in casu nostro esse benignum, omnino est credendum; non enim est fuscus, aut liuidi coloris, nec tactu durus, ac renitens, nec dolet; quare non est à vero succo productus, & consequenter neque malignus, neque cancerosus est pronuntiandus, vt quidam medicalistri putarunt.

Cæterum, licet ex dictis cõstet esse benignum, non propterea sequitur, quod sit periculi expers; ex leui enim causa potest irritari, & Cancerosus reddi: quare cù cautione est tractandus, ne ex præualidis admotis præsidij irritetur, & deterior fiat; siquidẽ ex causticis medicamentis, quibus pro his malis curandis vtuntur Empirici; benignas has affectiones non semel irritatas vidimus, & miseros Ægrotantes ad interitum perductos: quapropter idonea auxilia sunt administranda, vt à tam fœda, periculosaque affectione nobilissimus Noster Patiens vindicetur; simulque ab alijs accidentibus, quibus acriter affligitur. Quare incumbendum est, vt memorati succi, à quibus hoc malum fouetur, non amplius in corpore generentur;

deinde, vt qui iam in corpore geniti sunt, ad locum affectum, non ferantur; tandem, vt caro illa addita, quæ ossi Ethimoidi inhaeret, nares replet, & ad fauces iam incipit descendere, remoueat, ac prorsus dissipetur.

Quântum ad primũ, ne crassi succi in corpore multiplicentur, instituat proba victus ratio; quæ esse debet ex cibis attenuatibus, atque incidentibus, in actiuis quidem temperatis, in passiuis verò ficcis: aer pariter calidus, & siccus, semper enim frigida, humidaque aëris intemperies sunt euitandæ; sicuti etiam quæ capere replere possunt, vt fumus, inclinatio capitis, somnus meridianus, & immoderatus, simulque vini generosi potus.

Quantum ad secundum, ne materia, quæ iam genita est, ad locum affectum feratur, prohibet omnia aduersionũ genera; potissimum verò per *pitulas hieræ cum agarico, fatidas, de hermodactylis, & cochiarum*; quæ dispositis vijs per *clysteras, ac suppositoria, ac preparatis humoribus syr. de stachade, de bett. rhodomel. Zucc. vel infus. ros. rub. mira* præstant. Post totius corporis euacuationem, vtiliter exhiberi possunt capitis roborantia, atque exiccantia, vt *syr. de ros. ficcis, Diambra tabellæ corroborantes, decoctum Guajaci*, potus vini ex infus. spartæ parillæ, & ligni indici, emplastrum quoque capitale non est contendum.

Tandem ad carnem additam *Topica.*  
re-

remouendâ vtiliter administrari potest *succus mali punici*, e tribus generibus cum proprijs etiam corticibus ad mellis consistentiâ extractus, simulque cum puluere aluminis zucc. coctus, nam longo vsu huius medicamēti sū certior factus, quod ad additam carnem remouendam maximè confert. Hoc idē præstant *Pastilli* ex expressione eius, quod superest, confecti; sicuti etiam *puluis ex corticibus*, cum *alumine Zuccarino mixtus*, sed his efficacius *unguentum Aegyptiacum in succo Granatorum*, aut *vino austero* dissolutum, cuius census est etiam *Puluis vitrioli* in aceto mixtus; nam valde à *Gal.* comendatur, sicuti pariter *Puluis seminis Serpentariae, calcanti rubri, alum. Zucc., aeris rusti, & rutia*; nam siccatur, stringit, attenuat, & discutit valde, si irroretur *Oleo Calcanti*. Sunt multa alia à veteribus descripta, quæ, vt longa experientia est comprobatum, plus molestiæ, quam vtilitatis afferunt; tum quia affectæ particulae non facillè hærent; tum etiam quòd ob humida excrementa è naribus emanantia persistere nequeunt; semper enim in eo est laborandum, vt nullo tempore affecta pars sit medicamentis orbata. Verum si his non remittatur, ad Chirurgiam confugiendū esse arbitror; præstat enim atrocem dolorem semel pati; quā tam fœdum malum in multos annos circumferre. Hanc, præter *Celsum lib. 7. c. 2.* probat *Paulus lib. 6. c. 25.* & *Ioannes Heurnius lib. 10. c. 9 de passionibus narium*; vbi inquit,

quod affectio hæc manuum opera optimè debellatur, & tutiorem cauterijs esse sectionem, asserit, si ad hunc modum fiat, videlicet inclinato in puluinar capite, quod à sinistra retineatur, & solis radijs exponatur; alterque minister nares aperiat, & actor inter femora Ægri contra solem consistens longa forcipe auellat *Cariculas* dōnes; etsi Hemorrhagia sit molesta, sorbeat naribus refrigerantia, vel postridie ad hoc opus reddatur. Absoluto opere, *succus Granatorum Clismate* naribus infundatur; nam si in os abiat, sanitatem id promittit. Post perfectam euulsionem caruncularū, solius *Vini Granatorum Losione*, nouus earum ortus compefcatur; spero tamen, quod in casu nostri patientis nullum habeat Chirurgia locum, sed topicis præsidijs curatio absoluetur. 27. Septembris.

#### APPENDIX.

**Q**uemadmodum Cancer à Cancro animali, & Elephantiasis ab Elephante, denominationem sumpserunt, vt 2. *Meth. c. 2.* notauit *Gal.*; ita Polypus, seu Polypodes, vt Græci loquuntur, à Polypimarini animalis similitudine, nomen sortitus est, inquit *Paul. cit. loco*; non solum quod illius carnem representat; verum etiam quòd suo complexu, qui ipsum capiunt, vlciscatur. Nam hoc vitium ita laborantium nares obstruit, vt difficultatē  
ref.

respirandi inferat, & loquendi libertatem offendat. Quid autē sit Polypus non est facilē tradere. *Gal.* enim non semel dixit esse tumorem. Præter naturam: *Celsus* verò esse carunculam: alij, esse vlceris narium; nos autem cū *Gal.* dicimus; esse tumorem. P. N. in narium. Polypodis carnibus as- similem, & quāquam *Celsus* scripserit, esse carunculam, modò albam, modò rubram narium ossi inherentem; *Gal.* non contradicit; quoniam carunculę quoque sunt morbus in quantitate, præcipuè in magnitudine aucta. Sarcoma, & Polypum eiusdem esse naturę, *cit. loc.* inquit *Paul.*; sed sarcoma ex communi Medicorum consensu inter tumores adnumeratur: ita pariter Polypus, qui interdum est valde durus, liuidus, vel fuscus, dolens, & adherens; & hic Cácerosus est; frequenter mollis, albus, pendulus, indolens, & narium tantum cartilaginibus adnexus, & hic benignus est. Prætereà non semel extra nares egreditur, non raro per narium foramina ad nares declinat, aut sursū retrahitur, ossique ethimoidi adnectitur, vel ab illo oritur; quandoque etiam exulceratus visitur. Generantur, vt plurimum huiusmodi carunculę ex pituitis, ac crassis succis sanguine perfusis; non rarò etiam ex atris ad nares à Cerebro defluētibus ex alijsq; visceribus ad caput delatis; ex neglectis quoq; vlceribus, & perpetuā exiccatis, vel absterfis sepe pululant. Harum caruncularū no-

tę, & ex quonam humore fiant, patent ex dictis; illud tamen verum est, quod quę albę, molles, laxę; facilē, & breui tempore curantur; quę verò rubrę, durę, & liuidi coloris; difficilē admodum, & longiori tempore; & istę vt plurimum sunt perniciosę; sapiunt enim naturam Cancris: quare non sunt attingendę; nō enim medicamētis, aut ferro obediunt; sed potiùs irritantur, & efferefcūt, vt præter Paulum notauit *Mesues cap. de Polypo*, Quarum curatio, vt instituaturs primo prouidentia sex rerum non naturalium est habenda. Quare proba sit victus ratio, ónis aëris inclemētia deuitetur, caput exiccetur, ac protegatur, *emplastro ex cochleis* ad regionem frontis *epitemata* adstringentia administrentur; ad intercipiēdam fluxionem *cucuphę ex best. stechade, cariofillis, tadano, ligno aloë, tburę, mastica, saluia, maiorana* applicentur; verum si dominium sãguinis in corpore videatur cõsistere. ex *media*, vel *cephalica* sãguis mittatur, si ex mensium defectu *Saphena*, vel *venę sedis* aperiantur; redundantes quoque in corpore succi à natura sanguinis recedentes idoneis pharmacis educantur: tandem ad partem affectam non sunt reijcienda, quę supra fuerunt adnotata medicamenta; Quibus non conferentibus, ad Chirurgiam est recurrendum, quę varijs modis, varijsq; instrumentis exerceri solet. *Hip. n. 2. de morbis* dicebat, aliquando in naso reperiuntur carunculę, que

quæ quoniã duræ sunt; idcirco nõ  
 permittunt spirare; istæ autem  
 extrà ducantur, & incidantur; de-  
 inde per fistulas intro positas cã-  
 dëtibus ferramentis, tribus, vel  
 quatuor vrito: quæ si fuerint ru-  
 bræ, & fuscæ coloris, & vehemẽ-  
 tis doloris, melius est, vt igne  
 cauterizentur. *Paul.* verò præci-  
 pit, vt hoc modo fiat. Figurato  
 Ægro in sedili aduersus solis ra-  
 dios, Chirurgus sinistra manu na-  
 rem aperiat, ac dilatet; dextera  
 verò spatula ad id facta in myrta-  
 cæi folij modum acuta: orbicula-  
 tim Polypum præcidere studeat,  
 illinc acie ferramenti imposita,  
 vbi naribus coaluit. Postea instru-  
 mento in oppositum conuerso,  
 manubriolo ipsius carunculã fuc-  
 cisam foras eximet, idque toties  
 fiat, quousque totus Polypus fue-  
 rit exemptus. Hanc ferè similem  
 operationem, probat *Cels. lib. 7. c.*  
*10.* licet *Albucaſis lib. 2. c. 14.* videa-  
 tur aliquantulum differre. Verũ  
 huiusmodi Chirurgia vix potest  
 pro voto succedere; nam duplex  
 continet periculum: alterũ, quod  
 sanguinis profusio, quæ necessa-  
 rio sequitur, hanc impedit ope-  
 rationem: alterum, quod vix car-  
 tilaginis nariũ incisio potest eui-  
 tari; est enim impossibile, spatula-  
 lam in locum angustissimum, fa-

tisque obscurum immissam, & dũ-  
 taxat Polypum incidere, partes-  
 que circumſitas non attingere; cũ  
 nõullo modo videatur quid sit se-  
 candum, & quid seruandum. Ne-  
 que placet *Hieronymi Fabritij* in-  
 strumentum, cuius acies introrsũ  
 est recuruata, quæ præter carun-  
 culam, nil aliud incidere potest,  
 cum solum, vt inquit, rem inci-  
 dendã apprehendit; quoniã, cum  
 eius acies sit recuruata, neque  
 potest intra nares adaptari, neque  
 radicitus carunculam extirpare;  
 forasque extrahere; cum narium  
 cauitas sit carunculis plena. Qua-  
 re tutius est, dicunt alij, nares  
 scindere, vt in anhelantibus equis  
 fieri solet, sic enim caruncula  
 oculis exponitur, quæ commo-  
 dius scindi, & extirpari potest;  
 postea per duos dies aperta seruetur;  
 deinde futura agglutinetur. Verum,  
 vt verum dicam, chirurgia hæc  
 neque est tuta, ob sæuam  
 accidentia, quæ possunt contin-  
 gere, neque ab Ægrotantibus ad-  
 mittitur: quare tutius est, vt can-  
 denti ferro orbiculari figura præ-  
 dito carunculæ extirpentur. Post  
 vſtionem ea administrentur præ-  
 ſidia, quæ vſtioni sunt dicata.  
 Tandem si Polypus cãcerofus sit,  
 quid faciendum, alibi dicemus.



CON-

CONSULTATIO VI.

*De narium ulceribus pro quadam nobili  
Muliere.*



Orbi genus, de quo in ambabus narib<sup>9</sup> nobilis hæc mulier lamentatur, est in soluta vnitæte, vlcus videlicet, non quidem simplex, quietum, atque benignum; sed dolorosum, siccum, escharosum, fetens, & malæ naturæ, quod Græci Ozenas nominât, vt præter sensum visus denunciat purulenta materia, crassa, viscida, & copiosa, quam vna cum crustis eructat; dolor, qui ad interioré nasi regionem excruciat, & foetidus odor, qui expirat. Eius mali causa putrilaginosi, acres, maligni, atque erodentes succi sunt; siquidem ex acrium putridorum humorum confluxu ozenas gigni scripsit *Gal. 3. de cõp. med. 2. loc. c. 3.* quibus erodendi facultas inest, simulque putrefaciendi; est etiam credendû, quod foueantur ex catharrois destillationibus, vaporibusque acutis, de quibus mentionem fecit *Avic. 4. 4. c. 3. de nasi ulceribus.* Ceterû, cum narium vlcera, vt experientia, constat, sint etiam circà sui exortum curatu admodum difficilia, tum ob humores à capite defluentes, cum ob narium dispositiones, ad quas recipiuntur; quid sperandum, vbi sunt inueterata, vt in casu nostro, quæ iam

annua sunt: quare puto, quod nõ solùm difficilem habeât curationem; verùm etiam, & impossibilem; & vtinam ne aliquam aliam calamitatem inferant; nam longa experientia sum certior factus, quod maligni ichores, è cerebro defluentes, tenella ossa exedunt, narium alas, interstitiumque corrumpunt, palatum perforant, & magnam deformitatem inducunt; siquidem ob prauas humoris defluentis qualitates affectæque fedis naturam, ac operandi incõmodum vix eis posse succurri, ait *Cels. lib. 6. c. 8.* quare mirû non est, si quandoque etiam interitus causa existunt; refert enim *Fernelius lib. 5. de partium morbis c. 7.* ex foeda hac affectione quendâ militem vitam cum morte commutasse: nihilominus non est huiusmodi malum, vti insanabile, derelinquendum, imò omnia tẽtanda, vt nostra patiens à tanta labe vindicetur. Quamobrem eliciendæ sunt curatiue indicationes, quæ duæ esse possunt, quarû prima consistit in remotione causarum; secunda, quæ pugnat aduersus affectum. Pro remotione causarum probantur illa præsidia, quæ pro curando Polypo usurpantur: ad affectum verò superandû, incumbendum est primò, vt crustæ emolliantur, ac remoueantur,

C de-

deinde, vt sordes prorsus abigantur; Tertio, vt vlcus exiccetur, ac cicatrice obducatur. Et quantum ad primum, pro remouendis, ac emolliendis crustulis probantur omnia emollientia, præsertim verò commendatur vnguentum, quod conficitur ex medulla ossis bouis, cera noua, oleo nenupharino, & rosato.

Quantum ad secundum probarem medicamentum ex melle ros. far. hordei, terebinthina, & puluere alum. zucc. addita portiuncula aliqua mercurij præcipitati. Quantum ad tertium ad exiccandum vlcus probarem suffumigia *Rondelerij* videlicet ℞. Ladani puri, hypocistidis mast., myrrhæ, an. ʒ ʒ. storacis; calamenti, cort. thuris, sanguinis drac. auripigmenti rubri, an. ʒ 2. sandaracæ ʒ 1 ÷ excipiantur terebinthina, & f. troscisci. Vel aquam viridē eiusdem, videlicet ℞. Aerug. Aëris, ʒ 1. auripigmenti ʒ 1 ÷ tūdantur subtilissimè, & coquantur in ʒ 4. vini ad consumptionem mediæ partis, cum refrigerent: adde aq. ros. & solani an. ʒ 1 ÷, quæ etiam valet pro curandis vlceribus oris; Neapolitani medici pro his vlceribus exiccandis, atq; cicatrizandis vtuntur Balneo Câtarelli Puteolorum, Balneo Gurgitelli, sudatorio Trituli, & fumarolis sulphurijs; ab errhinis medicamentis prorsus esse abstinendum puto; non enim conducit p partem affectam esse faciendam euacuationem; dum habemus alias vias, per quas possumus eua-

cuare, nempe per aures, per palatum, cucurbitulas, &c. abstinere pariter à suffumigijs mercurialibus, non solum quod sūt venenosa, & Cerebro infensa; verum etiam quia prauam materiam ad affectam partem ducunt; quibus non iuuantibus, nonnulli confugiunt ad actuale cauterium, nempe ad ignita ferra per cannulam immissa sursum, donec ad os perueniāt; quæ à Celso non probantur. nam inquit, quod raro ad sanitatem proficiunt, cū aliquod in ipsa curatione tormentum inferant; & iure quidem, quia cum huiusmodi regio sit valde sensitua; ignita ferra sine euidenti discrimine non admittit: facile enim ignis virtus cerebro communicatur, & læthales inflammationes insequuntur: quare tutius est, supradictis medicamentis vti, vel consimilibus, à quibus, fauente Deo, sperari poterit sanitas, ac tanti mali curatio.

#### APPENDIX.

**S**Vnt nares non secus, ac reliquæ humani corporis partes, vlceribus obnoxia, præsertim verò ijs, quæ ex acrioribus, ac mordicantibus succis, sordibusq; diu retentis, ac putrefactis fiunt; quæ interdum sunt conspicua, sensibusque exposita; interdum occulta, & in penitioribus sita: prætereà vel sunt recentia, vel vetusta: & illa tantum ozenæ à Græcis appellantur, quæ intra nares affurgunt; propriè autem vlcera  
la-

latentia sunt tetri odoris, plures crustulas assidue producentia. Sortiuntur autem nomen à malo, quam præbent, odorem: illud etiam verum est, quod non semper à putrescentibus, ac erodentibus humoribus generantur: non enim semel ex contusionibus, aut vulneribus perperam à Tonforibus curatis, ortum ducunt; interdum etiã ex venenatis suffumigijs, quibus vtuntur malefæriati medicastri, qui licetiosè, animoque intrepido pulueres venenatos veratri, euforbij, argenti sublimati antimonij, & huiusmodi indiscriminatim admouent non sine nostræ diuinæ facultatis infamia, & languentium clade. Ceterum reliqua, quæ circa huius mali ideam, præsagium, & curatione desiderantur, facile patet ex ijs, quæ supra fuere annotata: at tamen illud addi potest, quod si ozenæ ethimoideis ossibus adhæreât, tunc totum opus est naturæ committendum, atque expectandum, vt ipsa per se excedât; adiuuanda tamen est natura exiccantibus

auxilijs, vt inquit *Ambrosius Paresus lib. 12. c. 14.* Tandem sunt nonnulli, qui pro his vlceribus curandis, vtuntur candela ex cera rubra confecta, cuius accensæ fumum naribus excipere iubent. Alij in his vlceribus, quæ profundius depascuntur, aquã marinã, vel acetum cum sale mixtum, vel ligni sancti decoctum, in quibus vnguentum Aegyptiacum sit dissolutum, exhibent: non est etiã omittendum medicamentum *Aetij* descriptum *lib. 6. cap. 93.* ex mente *Oribasij*, quod excipit spumæ argenti; & cerusæ lib. ÷, plumbi vsti, & loti 3 4. myrrhæ, aloes an. 3 2, Gallarum 3 1. vino, & myrico dilutis vtere; Valet etiam ad sedis vlcera, seu rimas. Sunt etiã alij, qui narem incidunt ab imparte ad os vsque, deinde candidia ferra adhibent, & postea consuunt; quam Chirurgiam probare non possunt; tum quia ab Aegrotantibus non admittitur; tum etiã quia non licet fluxionem præmouere, membrum deformare, ac turpem cicatricem inducere.

CONSULTATIO VII.

*De Gallicis Pustulis in vniuersa capitis regione pro quodam nobili viro.*



ertum est, affectum P. N., qui nobilem, ac perillustrem virum pluribus ab hic mēsis vniuersam capitis regionem exercet, alium non esse, quam crustosas,

Gallicas pustulas, & illas quidē fetidas, ac virulentas: idq; præter cōmerciū habitū cū coinquinatis scortis, declarant pudendi caries, ac maligna vlcuscula, præputij inflammatio, dolores vagantes, aliaque symptomata, quibus

bus per plures dies fuit affectus. Sed qua ratione Gallicæ pustulæ à non Gallicis secernantur, non est facilè tradere, inquit *Mercatus lib. 2. de Morb. Gall. capit. 9.* quia Lues venerea per se nullum morbum constituit, sed semper falsam, aut veram alicuius morbi imaginè representat, quin cuicumque morborum generi aded insolubili nexu coheret, vt verius videatur eius naturam æmulari. *Fallop. tamen lib. de Morb. Gall. c. 93.* conatus est distinctionem ponere inter Pustulas Gallicas, & nõ Gallicas; scripsit enim, quod fricandę sunt pustulę, ac remouendę squamę supercrescentes; deinde permittendum, vt Aeger per spatium duorum, vel trium dierum quiescat; & interim non tangantur: si inde excrescant, & fiant maiores, vel penitus deleantur; signum est, huiusmodi pustulas non esse Gallicas; secus verò, si post tertiam diem in eodem statu, quo erant, reperiãtur; nec cedant medicamentis, & difficulter remoueantur, prorsus esse Gallicas, credendum est. Sed licet tanti viri Theorema non sit contemnendum: est tamen diminutum, & non semel fallax: diminutum quidem; quia sunt alia multa, quę monstrant, pustulas esse Gallicas, nempè commerciũ cum scortis hac labe infectis; aut Caries, aut Gonorrhæa, aut retrocedentes bubones, ac euanescentes, capitis, artuumque dolores; præsertim nocturni; nam rarò, aut numquam eiusmodi cu-

taneæ maculę absque aliqua nota horum affectuum concomitantium, aut euanescentium prorumpunt. Fallax etiam: quia non rarò contingit, vt Gallicanę pustulę non ita citius curentur, aut dilatentur; potissimum cum causam fouentē, & conseruantem adnexam habeant: quare etiam si auferantur crustę, non sanescunt, & consequenter ex his innotescit, nostri Ægroti pustulas proculdubio esse Gallicas; dum, vt ex relatis audiuius, caries, ac præputij inflammatio præcesserunt. Quarum pustularum causa particularis immediata, & efficiens fluxio est, & receptio contaminati, ac virulenti succi, quem Iecur Gallicana labe infectum affatim transmittit. Sunt autem isti succi de natura bilis efferuescentis cum portione aliqua falsę pituitę permixti: causa verò vniuersalis, ac remota patet ex dictis; fuit enim impurus; cõgressus cum coquinatis scortis, cuius causa memorata symptomata exorta sunt, atque sequuta. Ceterum, licet huiusmodi pustulę nullum vitæ discrimen portendant, difficulter tamen curantur: arguunt enim, Iecur esse hac virulentia, non solùm affectũ, verùm etiam pene confectũ, quod vix liberari, ac corrigi à tanta labe potest: quare non sunt contemnendę, sed quamprimum curandę; nam obseruatum est, quod cum curatio contemnitur, vel diutius protrahitur, cutem excauat, & in vlcera serpentina, sinuosa, & corrosiua degenerant, & quandoque

Prognosticũ.

que etiam ossa cōtaminant. Quocirca curari debent, non expectata Gallicæ virulentix curatione, inquit *Vidus Vidius lib. 10. p. 2. c. 16.* licet tutius sit eam curationē tentare, quæ simul, & semel Gallicam virulentiam in Iecore infixam dissipare valeat, ad sanitatemque pustulas perducere. Auxilia autem, quæ huiusmodi opus præstare possunt, petuntur ab alexipharmacis, nempe à salsa parillæ rad. chinæ, lignique Indici decoctio per plures dies in loco sudorifico exhibito, quod, ut magis iuuare possit, perfectè corpus, esse expurgatum oportet; non semel, sed pluries iuxta periti medici curantis consilium. Interim etiam contemni haud quaquam debent auxilia, quæ pustulas respiciant: hæc autem non repellentia, sed exiccantia sint, oportet; non enim conducit venenatos. Ichores ad præcipuas partes repellere, ne maioribus malis detur occasio: quare in casu nostro magis probarem attemperantia, sicuti est Guaiaci decoctum paratum in aq. plantag. pimpinellæ, & hordei, aut cerotum lytargirij, aut vnguentum de tutia, cum vnguento Isidis admixtum, sed his efficacius est quod ʒ. aq. plantag. & ros. an. lib. 1. pul. alum. & mercurij sublimati an. ʒ 2. bul. in phiala vitrea vsque ad consumptionem. tertiæ partis postea quinque dierum spatio sinatur residere, ac limpidissima aqua vsui seruetur: hæc etiam tamquam satis utilis ad vlceras oris, ac faucium pustulas delenda,

das, verrucas, timos, similesque alias affectiones commendatur: spuma quoque Guaiaci, scabiosæ, ac Aristolochiæ rotundæ, ut satis utilis probatur. Quibus non iuuantibus, ad saponem nigrum, vel ad puluerem mercurij præcipitati vnguento ros. admixtum, vel ad oleum scorpionis, seuum hircinum pinguedinem Gallinacæ liquatam, vel ad oleum viperinum confugere possumus. Verum enim verò ad pustulas exiccandas, ac maculas delendas, omnium præstantissima est aqua tartari ex inuentione *Alphonsi Ferri Neapolitani descripta lib. 3. c. 4.* Neque dicant aliqui, Gallicanas pustulas non esse curandas; quoniam Gallicanum virus per illas educitur, & viscera à tanta labe vindicantur: quia, si hæc sententia esset vera, sequeretur, nullos Gallicanos affectus esse curandos. Dum per illos etiam Gallicanum virus educitur: quod, quantum sit à ratione, atque experientia alienum, ut satis notum omitto; nam tantum abest, quod viscera ab hac labe vindicentur; ut potius magis, ac magis inficiantur, nisi quancitissimè opportunis remedijs dissipetur. Quibus omnibus addenda est proba victus ratio; his enim auxilijs ex arte admotis, ac prudenter institutis proculdubio non solum patiens sanitati restituetur.

APPENDIX.

**H** Vius Gallicanæ virulentix frequenter omnes pustulas

stularum species soboles sunt, præsertim verò phlictenæ, epinitides, echymoma psideratio, scabies, psora, examtemata, impetigines, prurigines, consimilesq; aliæ cutaneæ affectiones, quæ interdum pauciores ad summâ cutem assurgunt, frequenter numerosiores, & non rarò adeò copiosiores, vt vniuersum corporis habitum exercent; nonnumquam etiam vnicam tantum partem occupant, nempè caput, & faciem, aut crura, & pedes. præterea nõ semel sunt latiores, quandoque minores, &c. sed frequentissimè orbiculares, vel acuminatæ, vel depressæ, & mox vnus, & mox alterius rei figuram præferunt: insuper interdum sunt molles, & humiles, & cum disrumpuntur; Ichorem, vel saniem, vel virulentum pus admodum fetens eructat: interdum duræ, & siccæ nihil Ichoris profundentes; quinimò squamosæ visuntur: & tandem liuide, fusci coloris, vel cineritij, vel subrubri, dolorosæ, & pruriginosæ, obseruantur. Huiusmodi autem pustulæ generaliter facillè dignoscuntur, sed ex quonam succo generentur, deprehenditur ex colore: nam liuidæ, & callosæ ex succis melancholicis, ac pituitosis, subrubræ, ex Ichoribus sanguineis, ac biliosis generantur. Harum pustularum causa communis quod sit Gallicana virulentia, ex dictis deprehenditur; particularis verò, ac propria, sunt euanescentes bubones, Gonorrhææ, & huiusmodi: præterea

robur transmittentis nempè Iecoris, & imbecillitas recipientis, nempè cutis, præsertim verò fluxiones prauorum succorum, quos expultrices facultates ad has extimas partes propellunt; nam huiusmodi pustulæ magna ex parte ex fluxione fiunt: raro, aut nunquam ex congestione. Gallicanæ pustulæ quoties citra articulorû dolores, Gummosos tumores, aliosque prauos affectus producant, & si recentes sunt, spem salutis admittunt, & illam proximâ portendunt: Illud tamen verum est, quod semper fædè, & moleste sunt, præsertim si faciem inuadât: Quæ verò diurnæ, callosæ, dolorosæ, & virulentes, præterquàm quod maioris mali præludia sunt, difficulter admodum superantur, & vitam ponunt in discrimine; Ægros enim non semel ducunt ad tabem. Cæterum cum Gallicanæ pustulæ huius venenatæ causæ sint effectus, vix possunt perfectè curari, nisi causa dissipetur, ad quâ dissipandam generalia præcepta, & auxilia sunt obseruanda, atque exhibenda, de quibus alibi dictum est; quamplures enim curauimus, ac curatos vidimus per purgantia medicamenta, redundantes in corpore succos respicientia, atq; alexipharmaca, quæ Iecur ab hac labe infectum vindicant. Interea non debent tepida præsidia contemni, quæ pustulas respiciunt, vt præter memorata auxilia, sunt suffumigia, quæ mira præstant pro his pustulis curandis, si post totius corporis purgationem, atq;


ale-

alexipharmacorum vsu admini-  
strantur. Sed maculas, quæ re-  
manent miro quodammodo de-  
let aqua herbæ reginæ stillatitia,  
sicuti, & radices celandonij maioris  
contusæ cum puluere sulphuris.

ad nigras maculas tollendas sunt  
etiam admodum opportunæ; suc-  
cus pariter Agrestæ dissolutus cū  
spuma Argenti, aut cerussa non  
parum quoque commendatur.

CONSULTATIO VIII.

*De Tinea pro quodam nobilissimo viro.*



**I**nter affectus per-  
tinaces, qui me-  
dicis Chirurgis cu-  
randi occurrunt,  
omnium potentis-  
sima est Tinea,  
non ineptè sic dicta, quoniã mul-  
tum tenet, & difficilè admodum  
semper remouetur. Qua nobilif-  
simum hunc puerum decem an-  
norum detineri, docent, vlcuscu-  
la crustosa, ac furfuracea octo ab-  
hinc annis ad vniuersam capitis  
regionem exorta, pruritus satis  
molestus, dolor mordicans, rube-  
do obscura, & casus capillorum.  
Huius autem fœdi mali causã pro-  
xima est Ichor falsus, & acer, qui  
ex sanguine materno, quo infans  
fuit nutritus, vel ex vitioso nu-  
triciis lacte ortum habuit. Hic au-  
tem temporis progressu, & mali  
diuturnitate, (Quod sæpe fit) in  
acres de generauit; ex nullo enim  
humore suam propriam formam  
retinente, Tinea, & Achores ge-  
nerantur; sed ex eisdè priùs cor-  
ruptis, putrefactis, & adustis; si-  
quidem quilibet humor in capite,  
ac in corpore redundans, si cor-  
rumpatur, potest Tineam gene-

rare, licèt corruptus sanguis fre-  
quentius esse soleat. Causa verò  
procathartica nõ fuit contagium;  
nam, vt ex relatis constat, nullū  
precessit commercium cum ijs hac  
labè infectis, sed potiùs nutricis  
incuria, mala victus ratio, fordes  
neglecta, & forsã alia quoque  
errata in rebus non naturalibus,  
ex quibus prauis succi geniti; ad  
cutemque capitis pulsæ, ibique  
adherentes huiusmodi vlcuscula  
efformarunt, & nunc quoque fo-  
uent, & conseruant; siquidem  
cutis ob sui imbecillitatẽ excre-  
menta omnia, omnesq; totius cor-  
poris superfluitates suscipit, vt  
*cap. 6. lib. de causis morborum.*  
notauit Gal. Cæterum, cum affe-  
ctio hæc sit valde inueterata, cal-  
losa, squamosa, ac pilorum ra-  
dices erodat; ita curatu est diffici-  
lis, vt dixerit Regerius, quod aut  
curationem non recipit, aut ad-  
modum difficillimè: Quare mo-  
net chirurgos, vt ab eius curatio-  
ne potius se subtrahere valeant,  
quam curam aggredi, idq; prop-  
ter humoris, à quo fit, prauitatẽ,  
pertinaciam, habituatam intẽpe-  
riem affectionemque ab eo in ca-  
pite

pite impressam; omitto etiã, quod  
 cutis capitis densior cæteris par-  
 tibus existit : Quare vix tota ma-  
 teria detergi, eluiq; potest, ideo-  
 que huiusmodi affectiones sem-  
 per Aegrè sanescunt, præsertim  
 si capillorum radicibus vehemẽ-  
 ter adhærent; tamen quia ex va-  
 lida frictione cutis rubet, fiducia  
 salutis adhuc viuit. Illud verum  
 est, quod præualidis, ac expertis  
 auxilijs est vtendum, prudenter  
 tamen, alioquin timetur, ne affe-  
 ctio hæc in lepram commutetur.  
 Illud quoq; omittendum non est,  
 quod, quamuis curetur, vitari  
 nequit discrimen, quod impen-  
 dit opprobrij sempiterni. Nam  
 obseruatum est, quod quoties cu-  
 tis eroditur, vel corrumpitur; pili  
 in erosis locis non amplius rena-  
 scuntur; atque sic caput depila-  
 tum remanet. Quamobrem, vt  
 discrimina, quæ impendent, eui-  
 tentur; indicationes curatiuæ sũt  
 eliciendæ, quæ tres esse possunt;  
 quarum prima consistit, vt malo-  
 rum succorũ generatio inhibea-  
 tur: Secunda, vt geniti per alias  
 vias educantur: & tandem. Ter-  
 tia, vt vlcuscula abstergantur,  
 exiccentur, & cicatrices obducã-  
 tur; simulque consulendum, vt  
 quoad fieri poterit, pili renascã-  
 tur. & Quantum ad primam ad  
 prohibendum vitiosorum humo-  
 rum generationem, non minorẽ  
 locum obtinet victus ratio, quæ  
 ex optimis cibis est instituenda,  
 vt sunt carnes vitulorum lacten-  
 tium, pullorum, auium campe-  
 strium, oua recentia, borrago,

endiuia, pisces ex aquis mundis,  
 & huiusmodi, de quibus me re-  
 mitto consilio periti medici cu-  
 rantis. Quantum ad secundam,  
 ad euacuandos vitiosos humo-  
 res in corpore redundantes,  
 præter venæ sectionem, pro-  
 bantur cathartica: verum vt rectè  
 educantur, debent prius syrupis  
 fumiter. infus. ros. rub., cicorij, &  
 similibus præparari, & secta vena  
 brachij dexteri exhiberi vtiliter  
 possunt pilulæ cochij cum ellebo-  
 ro, vel pilulæ de lapide lazuli, vel  
 potio ex sententia *Mercurialis*  
*descripta lib. 1. de Morbis cuta-*  
*neis cap. 10.* Post totius corpo-  
 ris purgationem ad attemperan-  
 dum Iecoris feruorem, eiusdem-  
 que intemperiem corrigendam,  
 non parum probatur serum lactis  
 cum epictimo, vel decoctum  
 rad. chinæ, iura alterata, & con-  
 seruæ refrigerantes. Quantum  
 ad tertiam, nempè ad detergen-  
 da vlcuscula, ea auxilia probare,  
 quæ attemperandi, exiccandi, &  
 attenuandi facultatem habent:  
 verum ante omnia detrahendæ  
 sunt crustulæ, admotis prius per  
 24. hor. emolliẽtib; medicamẽ-  
 tis, nempè butyro, vel maluarum  
 folijs decoctis, ac contusis cum  
 adipe suillo, anserino, & similibus.  
 Postea ad euocandam materiam  
 in cute imbutam, à qua vluscu-  
 la conseruantur: abluatur caput  
 ijs, quæ hanc virtutem obtinent,  
 nempè decocto lupinorum, radi-  
 cum althææ, fol. rutæ, florum ane-  
 thi, & parum aceti, vel aqua alu-  
 minosa falloppij & huiusmodi  
 qui-

quibus peractis, non sunt abra-  
dendi capilli, aut psylloto, aufe-  
rendi, vt faciebant veteres, &  
nunc faciunt medicastri, & vetu-  
læ; nam præterquamquod illicò  
iterum excrescunt; radices capil-  
lorum infectæ non extirpantur:  
quare melius, ac tutius est, vt vol-  
sella; vel pileo pice illinito ex ar-  
te capilli euellantur: deinde ca-  
pitis corium, quòdusque rubeat,  
fricetur; postea scalpello, vel no-  
uacula pluribus in locis scarifice-  
tur, ac permittere vt vitiosus san-  
guis per cutem dispersus educa-  
tur; & tandem, decocto lapatis,  
camomillæ, cucumeris Asinini,  
fol. & rad. chelidonij, sem. lini,  
& fenugreci in lixiuio dulciori  
parato abluantur scarificatæ par-  
tes. Post lotionem detergantur,  
& pannis exiccantur, & demum  
vngueto, quod recipit pul. elleb.  
albi, & sulphuris viui ana ʒ 2. flo-  
ris aeris ʒ ÷ fuliginis picis ʒ 3. ol.  
baccarum lauri ʒ 1 ÷ ol. commu-  
nis lib. ÷ ceræ citrinæ q. ʒ. ʒ. 5. A.  
f. vnguentum, obliniantur; vel  
linimento, quod ʒ. mucilaginis  
foenu græci, assungie Gallinæ, suil-  
læ recentis an partes æquales  
pul. sulphuris viui, tutiæ spumæ  
argenti floris aeris, & croci parum,  
mis. & s. linimentum; his enim  
auxilijs virtus inest reprimendi,  
digerendi, exiccandi, ac roborân-  
di, quibus alternis diebus est vtē-  
dum quòdusque crustæ dissipetur,  
ac cutis clara, & sana appareat:  
illud tamen verum est, quod ex  
his scarificationibus, atque me-  
dicamentorum admotione, huius-

modi sinueteratum malum supè-  
rari nullo pacto poterit: quare,  
ablutio, fricatio, & scarificatio  
sunt iterandæ, non secus ac supra  
iã est dictum; atque ita puto, esse  
procedendum quòdusque crustu-  
læ, & furfures amplius non resur-  
gant; interea humores prauis; qui  
regenerantur per interualla edu-  
cantur pilulis cochij cum elle-  
boro, vel electuario lenitino, vel  
syrupo de polipodio. Ab auxi-  
lijs, quibus vti solent medicastri,  
nempè ab oleo vitrioli, suffumi-  
gijs ex cinabrio, linimentis mer-  
curialibus, alijsque præualidis,  
ac vesicantibus medicamētis ab-  
stinerem; hæc enim cum calida  
sint, ac venenata, facile dolores  
implacabiles, erysipelata exitia-  
lia, acutas, & mali moris febres  
mouent, vt non semel obseruatum  
est: quare tutius est, eam cura-  
tionem, & curandi methodum se-  
qui, vt iam dictum est; his enim  
medicamentis prudenter, ex arte  
admotis posse tanti mali malitiã,  
atque pertinaciam extinguere, ac  
superari, nobilemque hunc pue-  
rum ab hac labe vindicari, spera-  
mus, & credimus.

APPENDIX.

**T**inea, quam sahafati Arabes  
appellant, etsi omnes ca-  
pitis pustulas, siue ficas, siue  
humidas ex *Guidonis*, ac *Nico-  
lai Florentini* sententia compre-  
hendere videatur, tamen re vera  
per tineam intelligimus vlcu-  
scula capitis cum crustis, squa-

D mis

serapio videlicet fum. ter. composito, vel manna electa, cum decocto fol. fen., ag. trocis., tartari vini albi, flor. cord. & fruct. pectoral. probarem, vt iterum decoctum ligni indici, sparte parilla, & rad. chinæ per 40. dies exhibeatur in loco calido, huiusmodi enim decoctum, cum qualitate habeat naturæ humanæ similem, facultates omnes, & potissimum naturales, roborat, & spiritus recreat, inquit *Capiuaccus libello de lue. venerea. cap. 8.* à decoctis cum purgātibus mixtis abstinere; tum quia nostræ Aegrotæ vires debiles percipiuntur; tū etiam quia non licet duos motus contrarios simul procurare, atq; efficere, inquit *Ambrosius Pareus lib. 18. cap. 8.* sicuti etiam à sanguinis detractione, non solum quia humores corpus perturbantes, memorataque mala fouētes, à sanguinis natura recedunt; verū etiam quia nostræ languētis corpus est admodum labefactatum: quare citra maius virium dispendium, sanguinis detractionem tolerare non possunt: poterit etiam interdum duas exiguas pilulas ex extracto Guaiaci conflatas, quas tamquam satis vtilis, atque salutare extollit *Quercetanus in sua pharmacopea*; ex his enim habetur præstantissimum sudatorium, ac remedium bezoarticum, quod nullas corruptiones relinquit in corpore, sudorem & vrinam mirificè prouocat. Verū si nostra patiens huiusmodi noua decocta recusaret, puto ad hi-

drarginem esse confugiendum; in lue enim inueterata satis est medicamento vti, alioquin periculoso, quam insanabile malum relinquere, inquit *Hercules saxonia libello de lue venerea cap. 39.* & quamquam nonnulli dicant, hydrargiri vsum esse tantum viris accomodatum, non autem mulieribus, & pueris: facilis est tamen responsio ex *Leonardo Botasio*, qui inquit, pueros, & mulieres blando linimento esse tractandas: quare lenioribus inunctionibus, ac suffumigijs vti possumus. Cæterum cum hydrargirum possit intrinsecus, & extrinsecus administrari, inunctio videlicet aut ceratum, suffumigium ex Cynabere, pilulæ ex hydrargiro, boli ex præcipitato, aquæ *Ferneticij*, & *Rondoletij*, quas oppiata vocant. Tamen in casu nostræ languētis magis probarem leuiora suffumigia sub hac forma parata, videlicet. ℞. Cynaberis ℥ 1. thuris ℥ 2. belciuiui ℥ 3. ligni aloes ℥ 1. ladani ℥ 2. aceti parum terebinthinæ. q. 5. & f. formulæ ℥ 1. ÷ huiusmodi autem suffumigia pro exiccandis vlceribus miram habent virtutem, potissimum si post suffumigia vnguenta mercurialia applicentur. videlicet ℞. vnguēti de minio, de tutia an. ℥ 1. vnguēti auri ℥ 1. ÷ hydrargiri ℥ 1. ÷ pulu. præcipitati ℥ 3. alum. Roccæ crudi ℥ 2., aëris vsti ℥ 1. 5. A. f. linimentum; his enim auxilijs, atq; hoc curandi modo, quamplures sælici cum successu sanitati fuerūt restituti ab alijs medicis tamquā de-

deplorati derelictis; & iure quidē; quia in his medicamentis inest exicādi abstergendi, concoquendi, malignitatemque euocādi facultas, atque ita puto esse procedēdum in hoc calamitoso casu huius maceratae, & afflictae mulieris.

APPENDIX.

**M**agna semper fuit, & adhuc est altercatio inter præcipuos auctores de Gallicana virulentia essentia, atque natura; siquidem tam varia sunt auctorum sententia, ac sic discordes sunt, ut vix reperiri duo eiusdem sententia possint; unusquisque enim pro suo arbitrio illam definit. Nam nonnulli esse intemperiem dixerunt; alij sub mala compositione esse reponendam, sunt arbitrati: alij sub soluta unitate; alij vagari per omne genus morborum, & non sub vno determinato, sed omnia completi: alij neque esse morbum, nec causam, nec symptoma; sed ad errorem externum esse referendū putarunt; alij denique opinati sūt aliud, & nos forsitan nouam afferemus opinionem. Cunctas igitur expendere oportet; præsertim vero illam, quæ est de intemperie, cum plures, & grauissimos habeat auctores. Initium autem faciemus ab intemperie simplici, & in genere; & certum est, hanc virulentiam non esse intemperiem, nec sub intemperie esse reponendam, multas quidem ob rationes:

Primo ex modo existendi ipsius intemperiei. . Secundo ex tempore actionis. Tercio à termino actionis; & tandem à curatione. Exordiamur autem primum a primo, si virulentia hæc esset intemperies; vel esset æqualis, vel inæqualis, & vtraque, vel esset cum affluxu materiae, vel sine affluxu. ex modo autem existendi non videtur, quod sit intemperies æqualis siue facta; hæc enim tres habet condiciones, nempe ut sit sine dolore; auctore *Gal. lib. de inæquali intemperie*; nam quæ sensim fiunt, sine dolore fiunt: deinde, ut inducatur multo cum tempore; ita ut ex longa dispositione transisse videatur in habitum, ut patet in hæcticis febribus, ad quas non ascendunt corpora; nisi multo ante tempore à putridis febribus fuerint vexata, quod tempus est 40. dierum, ut plurimum autem est amplius: & demum, ut difficile eradicetur: sanitas enim, ut inquit *Plinius*, fit ex sanitate, hoc est debet sanitas reparari non ex termino Aegritudinis, vel habitu eiusdem, sed ex latitudine sanitatis; Quare ex his clarè patet, hanc virulentiam nullatenus esse posse intemperiem factam; quia has tres condiciones non habet; non primam; quia est maxime dolorifica, & subinde ac infecti sunt miseri mortales, omnes species doloris, ac laxitudinis experiuntur: non secundam quidem; quia contrahitur in momento, nempe vno concubitu, ac contactu pudendorum ad

ad pudenda; dicā amplius, contrahitur vno osculo, vnoq; sucu lactis, vt videtur in infantibus, quibus infectæ nutricis lac vix sugētibus: aphtæ in ore, & vlcera in ano nascuntur: non tertiam, quia non raro facile, & cito curatur paucis sudorificis ex Guaiaco, spartæ parillæ, & chinæ decocto, tenui dieta, corporis exercitio, secto bubone, trina inunctione mercurij, paucis Cinaberis suffitu: Quin referam quæ aliquando legi apud *Hollerium* regium Galliæ medicum *lib. de materia medica*; refert enim quendam Pauperem lue venerea anfectum, sub æquino stercore paucis diebus obrutum, ab hac labe fuisse liberatum. Ex quibus colligitur, quā facili sæpe negotio virulentiam, hanc depelli; Quare deest etiam illi Tertia conditio; & consequenter ex modo existendi Gallicana virulentia intemperies facta, existimari non debet; quod probatur etiam à termino actionis; quoniam quæque intemperies facta longo tempore contrahitur; hæc autem tempore impensè breui. Probatur quoque à termino actionis; quia quæcumque intemperies prius agit in viciniorem partem, mox vero in aliam; sed hæc virulentia, quæ dicitur contrahi à pudendis, plerumque obseruatur, quod ipsis illæsis, inficit alias partes. Tandem probatur ex curatione; quia quælibet intemperies corrigitur à suo cōtrario; sed hæc à suo contrario non corrigitur; quare intemperies fa-

cta esse non potest. Quod neque intemperies in fieri esse possit, etiam patet; quia si esset intemperies in fieri, tarde semper, & gradatim per sua tempora procederet; facile etiam omni tempore curaretur; sed non gradatim, & tarde procedit, vt dictum est; nec curatur iam confirmata; ergo. Deinde, quia lues hæc per plures menses, & annos latens perdurat, vt patet ex multis hystorijs à *Faloppio*, *Sennerto*, alijsque relatis; sed nulla intemperies fiens tanto tempore procedit; ergo. Tertio, quia intemperies fiens, tollitur, euacuata causa, authore *Gal. lib. art. med. c. 89*. Sed hæc non tollitur, euacuata causa, hoc est humoribus, & omne, quod putari potest causa, ergo, &c. Tandem, si esset intemperies in fieri, vel esset vniuersalis, vel particularis: non quidem vniuersalis; quia, si esset calida, esset febris; si frigida, esset paralisis; si sicca, esset macies; si humida, esset hidrops: non particularis; quia si esset intemperies cerebri, sic affecti delirarent, & vigilarent; si Hepatis pustulæ in facie, ore, labijs, alijsque partibus à vestigio apparerent. Neque dicas, quod sit intemperies partim fiens, partim facta; ac proinde curatur alterantibus, & euacuantibus; è quorum numero est argentum viuum, quando partim alterat refrigerando, partim euacuat purgando; quia respondetur quod bonum esset, si lues hæc argento viuo superaretur; sed contra dicunt optimi scri-

scriptores, vt alibi dicemus; ergo &c. Quin neque esse potest intemperies cum materia; quia si esset intemperies cum materia, vel esset extra venas, & produceret abscessū, vel intra venas, & exciteret febrem; sed lues hæc aliquando est sine his, & de eius essentia non est adnecti materiæ, vt alibi dicemus; ergo non est intemperies simplex; non æqualis, non inæqualis, non fiens, non facta, non partim fiens, partim facta, non vniuersalis, non particularis, non cum materia, non sine materia, ergo &c. Neque potest esse aliqua ex intemperiebus compositis; quia, si esset intemperies calida, & sicca, proculdubio curaretur refrigerantibus, ac humectantibus; est enim axioma illud perpetuum, ab omnibus receptū, quod omnes affectiones, contrarijs remedijs curantur: sed non curatur, nisi auxilijs calefacientibus, & exiccantibus, nempe sparte parillæ, & Guaiaci decocto in loco sudorifico exhibito, suffumigijs ex cynabere, exercitio corporis, & similibus, quæ calida sunt, & sicca; ergo. Præterea hæc lues maximam excitat putredinem; sed putredo fit ab intemperie humida; nam morbis, in quibus maxima viget putredo, non potest tribui intemperies calida, & sicca; Quin potius humida: sed in hac lue maxima est putredo; ergo. Adde, quod cum hæc lues superetur calefacientibus, & exiccantibus, non potest dici, quod sit eius essentia intemperies calida,

& sicca; tamen adiungitur ei materia proportionalis: unde medicamenta calefacientia, & exiccantia hanc lues sanant; quia continuo attenuant, discutunt, & euacuant, vel sensibilibiter, vel insensibiliter, & materiã illam educunt: Quia si verum esset, cum hæc virulentia recēs sit; refrigerantibus, & humectantibus curaretur, quoniã in recenti hac lue nõ est adhuc adnexa materia; quare non ageret in formam huius luis Guaiacum, & sic non sanaret facultate quadam specifica: sed manifesta, quod est contra cõmunem sententiam; quare nunquam hæc lues alexipharmacis sanari posset; quia in recenti hac lue non adest materia, vt diximus. Sed dices. plures sunt efficaces rationes, quæ suadent, virulentiam hanc esse intemperiem calidam, & siccam; siquidem *Montanus* inquit, quod in hac lue apparent vlcera, & caries pudendorū, quæ sunt veluti radices huius luis; quare, sed hæc fieri non possunt, nisi à materia acri, quæ necessario calida est, & sicca; ergo. Deinde, qualia sunt huius virulentię excrementa, talis esse debet eiusdem natura; sed lotia, fæces, cæteraque excreta calida sunt, & sicca, quæ falsedinis, putredinis, & exustionis sunt soboles; ergo. Tertio, quia hæc lues, non solum incipit cum notis calidis; verum etiam declinat, vt est defluuium capillorum erosiones calidę Gongiuarū; palati, oris, faucium, &c. quæ cum non sint à siccitate tantum,

reli-

reliquum est, vt sint ex humorum acrimonia, & vaporum fuligine, quæ capillorum radices erodunt; verû ad has difficultates facilè non enim semper huiusmodi lues incipit cum vlcere, & carie; imo sæpè sine his; nec excrementa perpetuò sunt biliosa, & exusta; sed plerumque pituitosa: neque semper desinit in defluuium capillorum, ac consimiles affectiones calidas, sed frequèter in acerbissimos dolores frigidos; tubercula frigida, &c. Neque esse potest intemperies calida, & humida, vt opinatus est *Antonius Gal- lus*; quia vel esset intemperies cû materia, vel sine materia; sed neutrum dici potest; ergo: quod autem non possit esse intemperies sine materia, iam probatum est supra; quod neque sit intemperies cû materia, adhuc probatur, quia si esset inflammatio, adesset, notæ inflàmationis, & præsertim Iecoris; quod falsum est; nã potius apparent notæ intemperiei calidæ, & siccæ Iecoris: quã calidæ & humidæ. Præterea, si huius luis essentia esset intemperies calida, & humida, non in principio (vt inquit) sed progressu tēporis subsequatur: proculdubio duæ essent formæ huius virulentia, nempè vna dum incipit, altera cû inueterata: quod est absurdum: nam semper a principio vsque ad finem debet esse vna morbi forma. Adde, quod hæc virulentia superatur calefacientibus, & exiccantibus: quare, si esset intemperies calida, non poterat

sanari calidis. Neque esse potest intemperies frigida, & humida, vt opinati sunt *Fracastorius*, & *Rondeletius*; nam videmus, quod non semper excitat effectus frigidus, & humidus: quinimò frequente producit calidos, & siccos, quod si quandoque Gallici fiant exangues, torpidi, pituitosi, simulque patiantur partes pituitosæ, nempè inguina, Glandulæ, caput, &c. id per accidēs fit, dissoluto videlicet partium naturalium temperamento, quin hæc quoque excedētis caloris possūt esse soboles. Neque tandem est admittendum, hanc luem esse intemperiem frigidam, & siccam; vt præter *Nicolaum Massa*, opinatus est *Ioannes Almanar* Hispanus: quia sic omnes hæc labe infecti, euaderet frigidi, & sicci, nempè melancolici, citoque senes fierent: sed experientia contrarium suadet: quia pinguescūt multi, & rubro colore signantur, essent quoque ab omni putredine immunes, quod est falsum: quia qui tali; ac tanta labe tentantur, putredine, & humidatatum aliuie affluunt. Neque pro *Nicolao Massa* dicas, quod passio hæc est frigida, & sicca: quia appellatur passio saturnina: saturnus autē sua natura frigidus est, & ficcus: vel quod calidis, & humidis medicamentis adiuuatur, & quod similitudinem habet cum lepra, quæ morbus est frigidus, et ficcus, et quod hæc Ægritudo est longa: Ægritudo autem, cuius tēpus prolongatum est, frigida est

le-

secundum omnem dispositionem, vt inquit *Auic. par. 3. t. 2. c. vlt.* & raro moueat febrem; quia facilis est responsio; nam non propterea quod hæc passio dicitur saturnina, sequitur intemperiem esse frigidam, & siccã; nam lues hæc accipitur per complexum venereũ; sed complexus venereus est calidus, igitur sequitur, quod sit intemperies calida: quod ridiculũ est dicere; neque adiuuatur calidis, & humidis, sed calidis, & siccis, vt dictum est; neque similitudinem habet cum lepra, vt alibi dicemus; neque semper producit effectus frigidus; neque curatur longo tempore, immò facile, & breui tempore; vt etiam dictum est: quare cum hæc rationes sint falsæ, non est, vt laboremus in earum confutatione.

Sed quid dicendũ ad Manardũ Ferrariensem, qui scripsit, hanc luem esse morbum in soluta vnitatem; inquit enim, quod multæ partes dependentes ab Hepate exulcerantur; sed hæc opinio falsa est; nam non omnes Gallici vlcerebus conflantur; nam quod perpetuum non est, non est de natura rei. Quid pariter dicendum ad leonicenum, qui putauit, hanc luem esse morbum in aucta magnitudine, nempe tumores, & pustulas: nam in dies videmus, quod non omnes Gallici his vitijs tentantur, quin potiùs Gonorrhæa, defluuium capillorum, & similibus afficiuntur. Superest tandẽ confutare opinionem Pasqualis Suefsani, cui placuit, hanc luem esse

morbum compositum ex tripliei morborum genere, sed quam valde fallatur, hinc cognoscere licet; nam quod est cuiusdam essentialis, semper hoc illi competit, & est de omni: sed hæc virulentia sepe est absque solutione continui; alijsque generibus male cõformationis: ergo. Præterea lues hæc vna est, & non plures: quare vnica dari debet definitio, vnica causa efficiens, vnica curatio, & vnicum nomen: sed si esset morbus compositus, non poterat dari vnica definitio, neque semper vnicã causam haberet efficientem, & vnicum nomen, neque vna illi cõpeteret curatio: ergo. Cum igitur ex dictis cõstat, hanc luem nõ esse de genere intemperiei, non male cõformationis, non solutæ vnitatis, siuè coniunctim, siuè diuisim: legitima sequitur illatio, quod non sit morbus; ergo vel causa, vel symptoma sit, oportet: aliud ab his præterea nullũ. Symptoma quoque esse non potest: quia, si esset symptoma, vel esset actio læsa, aut qualitas mutata, aut exiens mutatum: sed nullum ex his esse potest: ergo. Maior est certa: Minor probatur: quia hæc lues est id, à quo læditur actio: igitur actio læsa esse nõ potest: neq; est exiens mutatum; quia huiusmodi symptoma ex *Gal.* sententia sequitur actionem læsam, tamquam opus quoddam læsum: neque potest esse symptoma in qualitate mutata: quia omnis qualitas P. N. aut sequitur actionem læsam, aut materiam: quare for-

E ma-

maliter symptoma esse nō potest. Omitto, quod si esset vnum ex his symptomatibus, non tot conspicerentur affectus in corporibus hac labe infectis: quare sequitur, quod neque symptoma esse potest. Quod si quis dicat, quod ex hac virulentia immediatè, & primo læduntur actiones: & consequenter est morbus: negatur, antecedens, quia vt exulceret, debet primò alterare partem: quare non immediatè lædit operationes, & consequenter dici morbus non debet.

Adde, quod etiam si concedatur, ex hac virulentia immediatè lædi operationes, non propterea est concedendum, esse morbum. non enim omne, quod lædit actiones, est morbus: nam videmus, quod non raro in ventriculo continentur ceraforum ossa, aut alia istius generis; & tamen ex his nō læduntur operationes, ita pariter cibus plus iuxto deuoratus, actionem lædit primo, & tamen non est morbus: quare ex actione læsa morbi essentia constitui non potest, sed, & propria corporis constitutione debet morbi essentia constitui actionem enim læsam non esse semper referendam in morbum, testatum reliquit *Gal. lib. 3. de sympt. causis c. 1. et 1. de locis affectis c. 1.*: quod si lues hæc agat in partes continentis, non propterea dici debet morbus, sed causa morbi: non enim immediatè producit vlcus, aut aliquid aliud, sed mediatè, vt diximus, quatenus altera: non enim vlce-

ra immediatè concitantur à causa externa. Sed dices, concedimus Gallicanam luem non esse de genere intemperiei, non male cōformationis, non solutę unitatis: Sed negatur, quod non sit morbus: nam aliud datur morbi genus in partibus similaribus præter intemperiem primarum qualitatum, quod *Fernelius* totius substantiæ, & recentiores occultarū qualitatum nominant: dari autè hoc morbi genus, probatur quia ad hoc vt fiat bona actio, concurrunt forma mixti cum spiritibus, & calido innato, quæ omnia explicantur nomine totius substantiæ: quare cum mixta malè constituta sunt, actio læditur, & morbus, à forma, siue à tota substantia constituitur: quod autem forma, præciso temperamento, concurrat ad actiones, probatur: nam quædam animalia, vt *Strutiocamelus*, concoquit ferrum non à temperamento, sed à forma: præterea multos morbos à venenis productos non posse reduci ad intemperiem, manifestum est: quia venena non agunt manifesta qualitate, sed potius à forma, & à tota substantia: quare isti morbi sunt à forma, siue à tota substantia, quod magis explicatur, quia horum morborum remedia sunt agentia à tota substantia non autè à qualitate vt 5. de simpl. notauit *Gal.* ac constat etiam in morbis malignis, pestilentibus, ac contagiosis, qui diuerso modo, ac intemperies curantur: quare præter illa tria genera morborum dari

ri

ri quoque debent morbi, qui appellantur à forma, siue à tota substantia, Hæc, & similia afferunt grauissimi viri ad probandum, dari etiam morbos à tota substantia; sed sine dubio satis improbabili-ter ponuntur morbi à tota substantia; quod ita probamus generaliter; nam isti morbi vel ponuntur cum substantia corrumpitur, vel cum est corrupta: si ponantur, quando substantiæ corruptio est in fieri, seu in via; tunc hæc corruptio in fieri non est aliud, nisi alteratio, quæ constituit morbū in intemperie: si ponantur quando substantiæ corruptio est in facto esse, & in termino, tunc substantia corrupta non est morbus, sed mors; semper enim morbus est passio viuientis; & consequenter nullo pacto debent poni morbi à tota substantia. Adde, quod non potest assignari, qui nam sūt isti morbi à tota substantia; nam si quis dicat, esse eos, qui nostrā substantiam demoliuntur, primo, & per se, vt longæ febres, à quibus dissipatur substantia nostri corporis; errat; quia dissipatio hæc non fit à febre per se, sed à calore, qui est qualitas manifesta. Quare dum dicitur, formam concurrere ad actiones, dicimus, illam non concurrere, nisi radicaliter, & consequenter nulla est illius mutatio, nisi mutantur instrumenta, & agentia proxima, quæ mutationes non faciunt aliquod genus distinctum ex supradictis. Quod si strutiocamelus concoquit ferrum; dicen-

dum est, illam actionem prouenire à temperamento tamquam ab agente instrumentali talis formæ eius animalis: nam etiam ignis producit substantiam ignis instrumentaliter; ex quibus etiam patet, quid sit dicendum de medicamentis agentibus, ac curantibus morbos, ac de venenis, quæ inferunt morbos à tota substantia; nam hæc non agunt à forma, sed agunt à temperamento tamquam instrumento formæ, vt diximus, Antidota etiam oppugnāt morbi causam, non autem morbum; quo sensu intelligendus est *Gal.*, cum loquutus est de actione à tota substantia, ad differentiā eius actionis, quæ prouenit à temperamento per se, & solo. Ad instantiam verò de corruptione, quæ diuerso modo curatur, ac intemperies, Respondetur, quod si corruptio iam fit facta, tunc sine dubio exigit diuersam curationē ab intemperie; sed tunc non est morbus, vt diximus, sed mors, & interitus partis; si verò corruptio sit in fieri, tunc morbus est in intemperie, nec requirit distinctā curationem ab intemperie: morbos denique malignos, ac pestilentes non facere diuersum morbi genus, alibi dicemus. Dum igitur ex dictis constat, hanc virulentiam non esse morbum, neq; symptoma; necessario sequitur, quod sit causa propter nonnullas cogentes rationes primum enim, vt ex dictis colligitur, non potest reponi sub aliquo genere morbi; ergo causa vel symptoma sit, o-

portet : non symptoma , vt dictū est ; ergo , causa . Deinde , quia morbus quisque ad vnam tantum est differentiā , nempè vt calefaciat , vel vt refrigeret , vel vt exiccet , vel vt humectet : huiusmodi autem virulentia hæc omnia præstat ; ergo inuenire oportet aliquam causam , quæ hæc omnia possit efficere . Tertio obseruatū est , quempiam concumbere cum coinquinata , & contrahere qualitatem , & non laborare vitio Gallico 20. à concubitu annis ; quæritur igitur ante 20. annos laborabat , nè hæc Gallica lues ? non potest dici collaborabat , dum hoc interim nulla subsequuta est læsio alicuius actionis , ergo aderat causa : hanc causam plerique appellant morbum Gallicum : sed errant : quia morbus non est : tandem in dies videmus , quod virulentia hæc carnes , cartilagineas , membranas , ligamenta , & ossa deuastat , quod quidem nulla ratione efficeret , si vnus tantum morbi naturam redoleret , ergo fateri omnino debemus , eius esse conditionis , quæ sapit naturam causæ vniuersalis , & æquiucæ , hæc enim ex aliqua externa causa excitata , vel per se agens , varios præter naturam effectus producit , variaque symptomata infert : quare non mirum , si communiter dicatur , quod sit causa , fons , origo , vberissima , ac fecundissima mater , ac vera Pádora omnium malorū procreatrix : ab ipsa enim generantur perniciosi morbi , exitia-

les aliæ causæ , & horrenda symptomata : præsertim verò bubones Gonorrhæ , Gummata , capillorum defluuium , vlcera corrosiua , putrida , serpentia , implacabiles dolores , siderationes , hæcticæ febres , macies , & consimilia , non minus horrenda , quam exitialia mala : quare non solum est causa , verum etiam causa causarum ; quæ introducunt alios . P. N. effectus , vt alibi dicemus . Pro quare confirmāda addimus , causam hanc esse qualitatem quandā venenatam , deleteriam , quam maximè naturæ humanæ infensā , quæ calorem naturalem , & spiritus vnā cum facultatibus omnibus pessundat , & conterit , non primis , secundis , aut tertijs qualitibus , sed certa quadam antipatia , ac naturali dissidio , strangulat , & suffocat nostrum naturalem calorem : vnde humores , à regimine naturæ derelicti putrescunt , marcescunt , feruescunt , & in alienas alias qualitates abeunt : Quare abscessus abripere , ac nuper memorata mala , perpetuo in hac virulentia detentis gigni videmus : vnde autem tot mala ? ab illa scilicet antipatia , quæ nõ calida , non frigida , non sicca , non humida dicenda est : sed venenata , & delateria typum habens veneni , siuè venenatæ rei ? quæ non consistit in his simplicibus : sed in temperamento quodam , quod ex his omnibus resultat , & agit tamquam instrumentum formæ , & ex tali constat impropotione , & commistione , vt  
gra-

gradus quidam resurgat, nobis ignotus, & innominatus istorum omnium effectuum, aliorumque multorum productius, non alio modo, quam si misceantur varia colorum genera, nempe albus, niger, flauus, rufus, viridis, &c. ex his enim fit color, oculis quidem sensibilis, & conspicuus; sed non notus, propter non notum mixtionis modum, huic enim ferè similis est veneni actio, & facultas, huic comparem cogita Gallicanã virulentiam, venenatamque eius formam, quæ ex tali constat improportione, inæqualitate, & ametría, vt dignosci nullo modo possit: dignoscitur autem per effectum à posteriori, non alio modo, quã color innominatus.

Sed contra hanc nostram sententiam dubitari non nihil potest, & primo quod vniuersali omnium sententia dicitur morbus, non causa; quare quæritur morbi essentia, non autem causa morbi. Responsum patet ex dictis; quoniam iam probauimus, quod non sit morbus; dicitur tamen morbus ab effectibus, quos producit, qui sunt magis sensibiles, quam causa; quare ex hac ratione dicitur, hunc vel illum laborare bubone Gallico, Gonorrhœa Gallica, &c. non quia bubo Gonorrhœa, &c. sit morbus Gallicus: sed quia isti sunt effectus huius causæ venenatæ; quare perperam dicitur morbus. Neque dicas, quod hæc mala qualitas nõ est intemperies,

non soluta vnitas, &c. & consequenter non potest causare talia symptomata, talesque effectus; quia respondetur, quod hæc est causa æquiuoca, non autem vniuoca: quare non est necesse, vt sit similis suis effectibus, sicuti neque Cælum est eiusdem naturæ cum suis effectibus, qui producuntur in hoc mundo inferiori. Sed rursus dices. Causa formalis numquam est sine suo effecto formali, & effectus debet esse similis suæ causæ; sed reperitur aliquando lues hæc sine aliquo prædictorum morborum ad multos dies, & menses; ergo. Respondetur, quod duplex est causa, antecedens, & coniuncta; concedo, quod causa coniuncta non potest esse sine suo effecto, vt, e. g. humor putridus intra venas propè cor, non potest efficere, quin producat febrè; sed causa antecedens bene potest esse sine effecto, vt plethoria, cacochymia, qualitates hæreditariæ, impuritas sanguinis menstrui, &c. possunt manere otiosæ, ita vt nullum proferant morbum, donec adueniente aliquo lapsu in rebus non naturalibus, vel vi Cæli excitentur, & morbum præferant. Quare ex dictis colligitur, quod Gallicana virulentia est causa æquiuoca venenata varios effectus producens, à quibus humana natura quammaximè læditur, ex contagio contracta, facultatibusque naturalibus admodum infensa.

CON-

## CONSULTATIO X.

*De ophthalmia pro quadam Reuerenda Moniali.*

Visnam sit affectus à quo acriter admodum nostra Reuerenda ad oculū destrum vexatur, satis euidenter patet; est enim illa molesta affectio quæ latinè lippitudo, Græcæ ophthalmia nominatur, nomen quidem ab affecta parte desumptum, nā oculi ophthalmi Græcè dicuntur; propria autem est inflammatio illius membranæ quæ agnata, seu coniunctiua dicitur, morbus videlicet in quantitate .P. N. aucta, in intemperia, & soluta unitate, nam licet affecta membrana: pars sit similis, tamen per accidens ad totum instrumentum, hoc est ad totum oculum refertur. Verum quia ophthalmiæ species, ex communi Medicorum consensu tres constituuntur, quarum prima dicitur nota, seu perturbatio Latinè, Græcæ verò taraxis. Secunda Chymosis, & est inflāmatio adeò fortis, vt vtraque palpebra sit ita immersa, vt vix ab illis oculus operiatur: demum vltima est illa, quæ veræ agnatæ tunicæ inflammatio est: qua impræsentiarum nostra Reuerenda detinetur, vt patet, quia agnata tunica destrum oculi est valde rubra, ac tumida, insigni cum dolore, calore, ac viscidis lacrymis; simulque quod inter dormiendum palpebræ pa-

riter agglutinantur. Cuius mali immediata causa sunt humores *Causa:* prauis, acres, ac mordicantes per tunicam dispersi, à vasis potius membranarum cerebri; quam pericranij demissi, vt colligitur quia dolor est profundus, & vehemēs, pruritus, in palato, & naribus est satis molestus, & sternutamentū frequenter accidit. Generantur enim ophthalmiæ dicebat *Gal. 13. meth. cap. 22.* ex confluentis acris succi morfu, nempè ex bile, idq; attestantur etiam dolor pungitiuus; lacrymæ tenues, & acutæ; præterea cum temporum pulsatio sit quoque adnexa, proculdubio cum bile est admixtus sanguis. *Cæ- Prægium.* terum cum huiusmodi vitium opportunis medicamentis prudenter peractis non cessit, & dolor adhuc persistat, quinimò magis intenditur, pessimum signum est, arguit enim materiam corrodentem, vehementerque distendentem, & fortasse suppurantē, quare periculum est ne exesis, aut disruptis, vel laceratis oculi tunicis cæcitas sequatur, vel suffusio, vel pupillæ dilatatio, vel tabes, ophthalmia enim ex meningibus, partibusque capitis internis veniens semper deterior est illa quæ à partibus externis ortum habet, tum propter partium nobilitatem; tū quia morbi materia per easdem vias mittitur, per quas ad oculum vé-

venit nutrimentum.

Coratio.

o. 16. & 17.

Vt igitur nostra Reuerenda à rã diro dolore, ac inflammatione liberetur; ab eminentibusque malis præseruetur iterùm sanguis ex vena cœphalica destri brachij mitti potest, exonerata tamen prius aluo cum iam ex pede missus fuerit; nam in omni ophthalmia plurimum venæ sectio prodest; vt quæ breui temporis spatio nempè intra horam, dolores mulcet etiam grauissimos. Refert enim *Gal. lib. de curandis malis per sanguinis missionem* quædam ab inflammatione, ac cæcitatibus periculo fuisse per sanguinis missionem liberatum, & iure quidem quia raro, aut numquã ophthalmia sine sanguine fit. Quin etiã si ex alijs humoribus generetur, non est omittenda venæ sectio. aut saltem eius loco cucurbitulæ scarificatæ ad occipitis, ceruicis, & scapularũ regionem sunt administranda. at si accidat vt ex his euacuationibus dolores non sedentur, nec inflammatio remittatur ex vena, quæ est in angulo oculorum, aut ex ea, quæ est in fronte, aut ex arterijs, quæ sunt in temporibus, per quas etiã fit humorum confluxus ad oculos sanguinem esse mittendum præcipit *Auic.* verùm quoniã nostræ Reuerendę corpus etiam alijs succis à natura sanguinis recedentibus est referendum; idcirco pharmaca quæ per aluum redundantes humores educendi facultatem habeant, sunt exhibenda: nam lippientem alui profluuium corripit bonum

est inquit *Hip. 6. aph. tex. 17.* & *Gal. lib. aduersus Iulianum cap. 1.* quoque affirmat. pharmacum autem per os exhibendum, huiusmodi esse potest; vt ꝛ. prunorum damascen. num. 15. flor. viol. ꝛ 1. mirabul. ꝛ 4. coquantur in aq. borrag. in qua per noctem subsistant, deinde mane formata fæci expressione diss. elect. de succo ros. ꝛ 2. rhab. optimi ꝛ 1. ÷ & fiat potio, potest etiã exhiberi cassia, cū tamariendis nulla expectata humorum præparatione. Interea, à topicis medicamentis esse abstinendum arbitror, nam multis experientijs, est comprobatum vt plurimum venæ sectione, ac purgatione ophthalmias curari, vt *Mercurialis* quoque refert. Quare valdè errant qui ante humorũ præparationẽ, atq; attenuationẽ temerario consilio cataplasmata, & colliria adhibent, nam huiusmodi præsidia nullo modo esse administranda, ait *Valescus à Taranta*; verùm si accidat vt dolor his non remittatur, immò vehementer excruciet, tunc veluti coacti ad roborandam partem, fluxionem reprimendam, ac dolorẽ sedandum probarem vt sequens expertum auxilium applicetur, videlicet ꝛ. aq. ros. ꝛ 3. antimonij vsti, & lacte excepti ꝛ ÷ mis. ex huiusmodi aqua tepida supino corpore guttæ quinque, aut sex intra oculum ommittantur, ter aut quater in die. Antimonium, enim inter omnia ocularia auxilia præstantissimum omnium est. Lac etiam mulieris Puellam lactan-

stantis nuper ex vberibus emul-  
ctum solum, vel cum aqua rosata  
mistum valde quoque confert.  
Optimū pariter quoq; est colli-  
rium quod recipit sicq; albi sine  
opio 3 2, tutiæ præparatæ 3 ÷ ca-  
phuræ 3 ÷ aq. plantag. ros. & vi-  
ol. an. 3 1, feniculi 3 ÷ mis. non  
est quoque omittendus pulvis  
Arnaldi præparatus pro Papa Io-  
anne quem mirabilem appellat.

*Ex exemplo*  
2.

*Refert enim*  
*Hildanus c.*  
*1. obs. 41. exē.*  
*plo 4. quā dā*  
*honestā ma-*  
*tronam 30.*  
*annos natā.*  
*Dei, & seta-*  
*cci beneficio*  
*fuisse ab ocu-*  
*lorum inflā-*  
*matione li-*  
*beratam.*

æ. antimonij præparati 3 2, tutiæ  
præparatæ 3 4, margaritarum 3 1,  
flor. corallorum rub. 3 2, medij  
serici crudi de flosculo vermis 3 1  
f. ex omnibus pulvis subtilissimus  
tādē aqua ophthalmica ex cro-  
co metallorum, quam tantopere  
extollit *Quercetanus* in sua phar-  
macopea p. 48. col. 1, ut satis pro-  
ficua commendarem. Quibus nō  
conferētibus, quod credere mi-  
nimè possunt ad setaceum esse,  
deueniendum, vel ad cauterium  
actuale in ceruice censeo. ex his  
enim speramus nostram Reuerē-  
dam proculdubio sanitati restitui  
posse, & etiam credimus.

#### APPENDIX.

**I**Nflammatiō ad natæ mem-  
branæ, quam Arabes coniun-  
ctiuam appellant fit, vel à causa  
interna, vel externa; interna est  
humorum in corpore redundan-  
tia, atque oculi imbecillitas; ex-  
ternæ verò quamplures esse pos-  
sunt, nempe percussio, Solis æ-  
stus, meri potus, punctura, fu-  
mus, ventus, pulvis, ignis, mala  
temporis cōstitutio, & pleraque

alia huiusmodi; sunt enim accu-  
ratè huius mali causę inuestigan-  
dæ, siquidem plurimum differt  
curatio si ab externa, vel inter-  
na causa proficiscatur. nam ge-  
nerantur ophthalmiæ non semel  
ob consensum totius corporis, vt  
in febribus accidit, non rarò ob  
consensum particularium partiū,  
nempe ventriculi, Hepatis vteri,  
vel etiam ob ipsius capitis reple-  
tionem; inquirere pariter ante  
oportet quænam sit horum humo-  
rum natura à quibus producuntur;  
nempe quantum recedant à san-  
guinis naturali statu, num sint te-  
nues, & biliosi, nam ex doloris  
proprietate facilè colligitur quia  
color erit subruber ad citrinū, vel  
flauum vergens lachrymę tenues;  
acutæ, & mordicantes excernun-  
tur, & dolor erit pungitius, si  
sanguinei aderit temporum pul-  
satio, dolor grauius, tumor no-  
tabilis, & inter dormiendum pal-  
pebrarum agglutinatio; si melan-  
cholici, dolor erit obtusus, color  
fuscus, & parua lippitudo; præte-  
rea si ob consensum ventriculi  
hinc aderit nausea perturbatio,  
inappetētia, & alię querelæ ostē-  
dentes humorem in ventriculo  
existentem, si ob consensum ca-  
pitis, aderit capitis dolor, con-  
cussio, & grauitas quæ præcessit,  
si tandem ob consensum Hepatis,  
vel vetriculi aderūt notę, quę ha-  
rum partium lēSIONEM ostendūt;  
ex his tandem eliciuntur curati-  
uæ indicationes, quia vbi sanguis  
sola peccauerit quantitate ve-  
næ sectione erit succurrendum; si  
qua-

qualitate pharmacum erit exhibendum, qua ratione Hip. 6. aph. 1. 3 1: auream illam sententiam protulit, in qua habet, oculorum dolores, meri potio, aut Balneum; aut fomentum, aut venæ sectio; aut medicamenti potus soluit. Nam cum causa dolorem excitantes, aliæ sint frigida, aliæ calida nonnullæ externæ, quedam internæ, varijs quoque auxilijs sunt superandæ; siquidem, quum meri potu solui dolorem ostendit, de eo est intelligendum, qui à causa frigida proficiscitur, nam meri calore extenuatur, atque discuti-

tur frigida materia; Balneum verò aquæ ad humorum acrimoniam compescendam confert; fons verò varius esse potest; quia ubi acris est humor, & calidus; aqua tepida, vel decocto borderi, viol., plantag., papaveris albi, capicum, & sem. hyosciam conuenit, quod si calido humori permistus sit frigidus, decoctum probatur camomil, aneth., sem. lini, & eufragiæ, venæ sectio laudatur ubi sanguinis copia viget; medicamenti potus ubi humores recedunt à natura sanguinis.

CONSULTATIO XI.

*De strumis pro quadam nobilissima Puella.*

**T**ubercula de quibus ferè ad vniuersam colli regionem conuerteritur nobilissima hec Puella, proculdubio sunt illa pertinacia mala, perniciosæque affectiones, quas latini Strumas, Græci Cheradas, & Barbari scrophulas appellant; sicuti locum affectû hoc mali genus pati consuetum, tuberculorû durities, & pertinacia docent. Quoniam verò huiusmodi affectiones, vel sunt mansuetæ, & benignæ, vel efferatæ, & malignæ; in casu tamen huius Egrotantis Puellæ esse benignas; conijcitur quoniam sunt sine dolore, absque inflammatione, non admodum duræ neque adhaerentes, & subcutis tantum superficiè existunt.

Quorum causa materialis continens; & fouens sunt pituitosi succi non quidem simplices, sed atro succo adulterati ob viscerum intemperiem geniti, nempe ventriculi, Hepatis, & Cerebri. Nam cum primû Hepar propriam amittit temperiem, ventriculus suo non fungitur munere, & Cerebrum copiosa, vitiosaque producit excrementa, vt plurimum ad colli regionem, Cerebri emuntoria propellantur, potissimû verò quibus mala capitis confirmatio est coniuncta, vt in casu huius nobilissimæ Puellæ, cui vt ad sensum patet tempora sunt valde compressa, frons parua, ac prominens, maxillæ latæ, & collum angustum. auxilio quoque fuerunt horum tuberculorum generatio-

ni varia errata in rebus non naturalibus, ut puta in potu frigidarum, crudarumque aquarum, quarum ratione hispanis sunt strumæ valde familiares, ut *lib. 2. de rara strumarum curatione* inquit *And. Laurentius* in crapula quoque, vitæ luxu ac immoderato somno, sed præter has causas postgenitas, sunt causæ congenitæ, quia, (ut ex relatis constat.) eius genitores fuerunt etiam hac labe affecti quare cum à primo spermate nata fuerit temperamentum prauum, non est mirum si interna viscera ad crudos excrementosque humores generandos, maximam habeant promptitudinem, reponuntur enim strumæ inter affectus qui hereditarij nominantur, quæ ratione strumosi strumosos generant non secus ac nephritici, & Podagrici, nephriticos, & podagricos procreant. Cæterum licet ex dictis costet huiusmodi tubercula non esse efferata, neque maligna; tamen quia proficiuntur; à crassis, atque viscidis humoribus, ex quibus etiam fouentur; simulque sunt tunicis obducta; curati sunt admodum difficilia, nou enim crassa ac viscida materia ad has Glandulosas partes infixæ, ac congregatæ vixgi, ac superari potest, quoniam leuioribus non cedit, à fortioribus irritatur, & exitialium morborum causa euadit, quæ ratione strumæ esse pessimum morbi genus scripsit *Hip. libello de Glandulis*, quia ut etiã inquit *Celsus* sepe febres mouent, symptomata praua indu-

cunt, & numquã maturefcunt, tamen quia habemus nostram Patientem Puellam, quæ se futuris auxilijs exhibendis, atque administrandis obsequentem pollicetur; idcirco sunt indicationes elicicende, quæ mea sententia tres esse possent; quatuor prima consistere debet in remouendis causis remotis siue externis, secunda pugnare debet aduersus causam antecedentem, & tandem vltima, quæ respiciat causam coniunctam, &

Quantum ad primam quoniã diximus huiusmodi tubercula ab eisdem causis foueri; à quibus fouere excitata idcirco nostra Patientis famæ affligatur; carnes enim humiditas habentibus, famæ est salutare præsidium inquit *Hip. 7. aph. 1. 60.* quare victus sit tenuis, siccans, attenuans ac moderate calefaciens; aer quoque serenus, & siccus; potus sit vinum medicatum ex infusione ligni Indici spartæ parillæ, & rad. Chinæ. Sõnus sit nocturnus, moderatus, & numquam meridianus, motus pariter quoniam calorem excitat, aluus clysteribus, vel pilulis feruetur aperta, per nares cerebri excrementa educantur, & quoque per palatum.

Quantum ad secundam, cum horum tuberculorum causa antecedens sit humor viscidus, frigidus, & crassus, qui non solum in venis; verum etiam in cerebro continetur, Indicatio prima euacuandi insurgit; deinde partium nobilium intemperiem contrigendi,

di, verū vt recte educantur debēt serapijs de succo bett. melle ros. zuc. decocto capill. ven. flor. roris marini, & bett. preparari, deinde pilulis de tribus cum rhab. singulis quatuor diebus euacuari, vel electuario quod recipit hermodattil. turbit Gummosi ana. ʒ 2. rhab. electi ʒ 1. ÷ diagridij ʒ 1. sandol. albor. & rubror. ana. ʒ 1. zinziberis, mastich. cinnamomi, & croci ana gr. 8. puluerizentur ex arte, & cum suff. quantitate sacch. in aqua bett. soluti f. electuarium in tabellas cuius dosis sint ʒ 3. Interea ad corpus exiccandum, roboranda viscera, ac tubercula dissoluenda probarem decoctum ligni Indici, & spartæ parillæ per mensem exhibitum in loco sudorifico. Ad regionem pariter occipitis, syncipitis, & humerorum vesicantia, & synapismos non parum confert admouere; sicuti etiam potiones exhibete ex radicibus scrophulariæ, vrticæ, filipendulæ, enulæ campanæ Gladioli, folijs pinpinellæ agrimonix floribus bett. roris marini, & similibus ex arte paratas.

Quantum ad vltimam, est cautè procedendum, non enim conducit ad topica esse deueniendū, nisi corpore perfectè expurgato, alio quin plus allicerent humoris, quam discuterent, & quamquam sint difficilioris resolutionis, ac suppurationis, nihilominus si prudèter emollientibus, suppurantibus, ac resoluentibus vtamur, nō est diffidendum quin curentur potissimum si primo emollientia, deinde discutientia administrētur


cuius census est emplastrum sacrum, vnguentum de scrophularia quod est mirabilis operationis recipit autem ad sui compositionem radices scrophulariæ autumnō collectas in mortario marmoreo, cum butiro contusas, deinde in vase optimè operto ponantur infimo per 14. dies; postea lento igne liquecant, colentur, & cum affluncia suilla & Cera f. vnguentū. hanc facultatem quoque obtinet cataplasma ʒ 3. rad. cucumeris siluestris, rad. lilior. alborum, & althææ ana ʒ 2. far. sem. lini, & pul. florū chamomil. ana ʒ 1. cū decocto prædictarum rad. f. cataplasma, cui adde medullæ vitulinæ, afflunciæ suillæ recentis, pinguedinis anserinæ, & ol. amigdul. dulc. ana q. ʒ. Verū si accidat, vt his admotis auxilijs suppuratio sequatur; vt speramus, non est protinus aperiendum, sed expectandum quousque perfecta suppuratio appareat, ne ex immatura apertione calor puris faciendi opifex per vulnus expiret suppuratio impediatur, & curatio retardetur; siquidem suppurati humoris portio efficit, vt quod reliquum est promptius in pus mutetur. Apertio autem vel ferro, vel causticis fieri poterit, tamen potius causticā probarem, vt quæ calafaciēdi, imbellem natiuum partis calorem fouendi folliculumq; exedēdi facultatem habent; quā ferrum; numquam enim strumarum curatio per incisionem tutā est, quoniam semper timetur ne inter secandum neruosum, aut membranofum aliquod corpus

attingatur, & vox deperdatur, *vo cap. 1. lib. 6. de locis affectis de* quodam Puerulo notauit *Gal.* qui per sectionem imprudenter curatus, fuit quidem à strumis liberatus, sed mutus remansit. hanc strumarum per incisionem, curationem Arnaldus de Villa Noua non solum vetat; verum etiam esse prorsus fugiendam autumat *lib. 2. c. 42.* illud etiam verum est quod hoc idem de causticis impedit discrimen, vt de quadam muliere Illirica refert *Amatus Lusitanus c. 2. cur. 70.* quæ temere per caustica à quodam, medici officio fuge curata; paulatim rauca facta, tandem vocem amisit; quare in causticis administrandis est etiam prudenter procedendum. tamen in casu huius nobilissimæ Puellæ tam à ferro, quam à causticis esse

abstinendum puto, speramus enim quod sine his, harum strumarum curatio absolui poterit, quoniam non sunt ex indurata Glandularum carne productæ, sed ex pituitosis, succis, alijs cum humoribus, mixtis: quare expectandum esse arbitror, vt ex eiusdem puris acrimonia disrumpantur. Post cutis erosionem, atque apertionem turundis vnguento aureo puluere mercurij præcipitati misto, oblitis dilatatio procuretur, atque sordes abstergantur, silentio tandem præteriri non debet inquit *Tagaultius lib. 1. de tum. D. N. par. 157.* quod memoriæ proditum est nempe strumis laborantes, & ælephancta, viperarum, ac serpentum vsu mirificæ adiuuare. quare his quoque vti possumus in casu nostro.

## CONSULTATIO XII.

### *De magno Cervicis abscessu pro quadam Reuerenda Moniali.*



Uemadmodum dolor, febricula assidua respirandi difficultas, vigilæ, fittis, viriumque iactura quibus nostra Reuerenda crudeliter opprimitur, magni cervicis abscessus soboles sunt; ita huiusmodi abscessus suppressorum mensium est partus. nam ob mensium suppressionem præter multa exitialia, mala ab *Hip. & Gal.* multis in locis recensita, ad cervicem

quoque sæpè dolor erumpit *lib. de coacis præncionibus*, inquit *Ludovicus Duretus*, ex dolore fluxiones, & abscessus; qui post longos labores ex admotis auxilijs suppuratus, tandem sectus, & prudenter deinde exploratus ad Thoracis capacitatem penetrans inuentus est: sicuti præter specillum, cuius magna portio ingreditur, indicat copiosa materia fetida, & purulenta, quam continuo eructat; quæ dum quandoque supprimi-  
tur

tur, per os tuffiendō non sine magna difficultate, atque molestia educitur. præterea si accidat, vt ex vtraque parte fistatur, tunc febris, sitis spirandi difficultas, ac reliqua symptomata intenduntur, præsertim verò tuffis, pondus, græuedo, & animi defectus insequuntur, & murmur perferuntur.

Quæ omnia cum perdurent, nec ab admotis, atq; exhibitis medicamentis prudenter excogitatis fuere remissa; nec cedere videantur esse nostram Reuerendam in magno vitæ discrimine constitutam, Quis non videt? moriuntur enim ij quos febris non deserit, aut cum videatur deserre de nouo recalescentes innotescit, præsertim si sitiant, & cibū non appetant. inquit *Hip. 2. progn. tex. 57.* loquens de Thoracis supurationibus: tamen quia in casu huius Reuerendæ Orificiū habemus apertum per quod collecta, ac colligenda in capacitate materia potest educi, atque euacuari; simulq; sit in inuenili ætate constituta; nō est prorsus de salutæ desperandum, eo magis quod nō tota Thoracis capacitas est purulenta materia repleta, quoniam in destra tantum parte retinetur, quare ad curandi indicationes audacter est confugiendum. Quarum prima esse potest expurgandi, atque educendi materiam intus collectam. Secunda reficiendi vires. Tertia prouocandi menses; tandemque vlcus ex abscessu productum consolidandi.

Quantum ad primam, vt educatur pus, quod in capacitate continetur; vlceris orificium, dilatetur oportet; non quidem ferro, igne, aut causticis; sed Aristolochiæ, aut gentianæ radicibus, vel contortis sponcijs iuxta vlceris orificium concinnatis, vnguento Apostolico, vel pulueribus mercurij præcipitati obductis, ex his enim vel similibus dilatato vlcere, minori cū difficultate pus in capacitate collectum, educitur. potissimum si optimo fitu, ac suspensis pedibus collocetur, simulque per os quæ moderatæ calefaciendi, attenuandi, incidendique facultatem possident, exhibeantur, vt Sy. de liq., de oximel. simplici, de farfara, vel de hyssopo, aut pulueres sem. vrticæ & rad. Iridis cum mulsâ permisti, aut Lulep. quod conformatur ex aq. capill. ven. fœniculi, rad. petrosellini, & saccharo opt., aut electuarium v3. ꝛ. amigdal. dulc. & medullæ sem. bombacis ana 3x. prassij, orobi ana 33. fab. mund. n. 5. diss. cum Sy. de hyssopo, & f. electuarium quod ad attenuandam crassam materiam purulentā, pectus mundandum, ac pus educendum non parum commendat Hali Abbas.

Quantum ad secundam ad vires reficiendas, ac conseruandas non prætereunda contusa pullorum: iura consumpta, & alterata ex rad. petrosellini, sem. mel. rad. fœniculi, & pauco cinnamomo, oua sorbilia, carnes pullorum vitulorum, auicularumque monta-

na-

narum, & huiusmodi.

Quantum ad tertiam ad menses ciendos præter frictions ligaturas cucurbitulas extremarum infernarum partium, venæque pedis sectionem viribus consentientibus, tribus aut quatuor diebus ante consuetum tempus, factam: sunt quædam alia auxilia intrinsecus exhibenda, extrinsecusque administranda. Quare quindecim diebus antequam menses adueniant poterit exhiberi medicamentum quod ꝛ. hierę simpl. Gal. 3 1 ÷ cass. 3 6. mis. & cū sacch. f. bolus. sed ad ciendos menses nil hiera est præstantius v 3. sub hac forma parata ꝛ. ag. trocis. 3 1. zinziberis gr. 4. fol. bett. p. 1. f. d. in aq. capil. ven. in suff. col. diss. specierum hieræ 3 3. mannæ electæ 3 4. mis. & f. potus; sed maioris efficaciam erit si præmittantur Serapia de Artemisia, de quinq; rad., decoctum Apij, petrosellini capil. ven. & cicerum rubror., his omnibus etiam præstantius, est electuarium quod recipit chalybis præp. cinnamomi, cass. lignæ ana 5 2. pulpę passularum 3 2. sacch. albi in aq. artemisię diss. q. 5. fiat electuarium, confert etiam non parum per interualla apponere cucurbitulam supra pecten, & coxas; ac tenere pedes in aqua valde calida, vel per tubos exci-


pere intra vterum fumum decocti artemisiæ, pulegij, calaminthæ, parietarię, ciperi, & ramorum saluæ. Tandem his omniantecellit medicamentum Quercetani in sua pharmacopea restituta descriptum pagina 66.

Quantum ad vltimam: Cum non possit vlcus consolidari nisi exiccetur, & purulenta materia in capacitate thoracis fuerit prorsus educta; idcirco probarem, vt per plures dies exhibeatur decoctum rad. chinæ, cum modico ligni Indici confectum, interea intra vulnus instilletur mel. ros. terebenthinæ mistum, ac lotionibus ex Balneo Gurgitelli bis in die abstergatur, atque exiccetur tandemque priusquam callus contrahatur, incumbendum est, vt cum sarcoticis, puluer. aluninis zuc. viridis aeris, ac mercurij præcipitati admisceantur. Verum, vt verum dicam præstat, vt vlcus seruetur apertum tamquam emissarium per quod purulenta materia educi possit; ne retenta nobiles partes erodat contaminet, & demum interitum afferat. Non enim medicus semper medetur, vt curet, & sanet, verum etiam, vt vitam producat. huiusmodi autem Reuerenda post annum tabæ consumpta cessit 2.

CON-

CONSULTATIO XIII

De Epulide pro quadam nobili Muliere.



**C**arnis excreſcentia qua iuxta molares dentes inferioris dextræ maxillæ detinetur nobilis hæc mulier, eſt illa moleſta affectio quam Epulidem *Parus*, & carnis additamentum *Aramius* appellant non autem eſt *Parulis*, vt quidam patarunt; nã *Parulis* eſt tumor ſiue abſceſſus gingiuarum; *Epulis* verò eſt earundem Gingiuarum luxuries, excreſcentia, & dentium ſuperincarnatio, quæ vel ſequitur ad vlcera, aut vulnera perperam curata, vel ad parulidem ſuppuratam, abſceſſumque diſruptum, vel ad influxum ſeroſorum vitioſorum, & curuptorum humorum ad gingiuas conſluentium, ex quibus hoc vitium in caſu huius nobilis Patientis factũ fuiſſe credimus, quoniam, (vt ex reſatis habemus) nullum præceſſit vlcus, nullaque Gingiuarum inflatio, ſed tantũ repentina exco-riatio, cui ſucceſſit moleſta hæc carnis excreſcentia, auxilio quoque fuerunt huius mali generationi *Gingiuæ Laxæ*, & ſponcioſe quibus noſtra Patientis eſt reſecta, ſiquidẽ in dies obſeruatur, quod qui in locis aquoſis, ac humidioribus degunt, frequenter his malis corripiuntur ob humidam materiam, quæ à capite ad Gingiuas

transfunditur, quæ ſi ex oculorum cæcis maioribus labatur; ad ſuperiorem maxillam colligitur; ſi per tempora è venis eo tendentibus deſcendat, inferiorem inuadit; & hanc moleſtam *Gingiuarum* luxuriam excitat. Quæ quoniam dura, calloſaque tangitur, per interualla pungitiuum dolorem aſfert, ſitque inequalis, fuſco colore prædita, & ad magnam molem ex porrecta. puto quod vix ſine diſcrimine poſſit tractari, vnde timetur ne in pernicioſum malignum, & efferatum malum commutetur; etenim obſeruatũ non ſemel eſt, quod eiufmodi vitium febres, vehementesque dolores mouet, præſertim verò internarũ mandibularum, adeò vt neque loqui, neque cibum capere, neque os aperire vix poſſit; quare ne hoc idem noſtræ patienti contingat, eſt vitium hoc prudenter tractandum, ſiquidem cum gingiuæ molli carne ſint reſectæ fortia medicamenta non tolerant. Quæ ratione veteres medici ad epulides curandas leuioribus præſidiis vti conſueuerunt, nempe pulueribus gallarum, illarumque decocto in aqua nucum conſecto. alij aqua ſulphuris vſi ſunt, alij puluere alum. zucc., flore aeris per aliquot dies in aceto macerati, quibus exiccatis permilcent puluerem Gallarum, alij pulueribus tar-

tartari vini optimi, piperis, Gal-  
larú, & aluminis ad partes æquales  
vtitur alij oleo calchati, alij aqua  
forti; quibus etiam in casu nostris  
patientis vti possumus; puto tamē,  
quod in casum administrantur,  
quoniam cum dura callosa, crassa,  
& non parum extuberans sit nullo  
pacto poterit his memoratis  
auxilijs dissipari; vinci, ac superari  
immo nequē, & ferro ignito,  
aut crudorum ob carnis elasticitē,  
& densitatem; tum etiam ob loci  
angustiam, & operandi incom-  
modum candentia ferris adaptari  
non possunt, non enim circum si-  
tæ partes tam longa mora huius-  
modi vltima, & horrenda medi-  
cinæ instrumenta quæ requiruntur  
pro hac cartuncula destruenda  
sustinent. Quare tutius est primo  
quantum fieri potest ferramen-  
tis incidentibus excidere  
scalpris v3. deinde reliquias in-  
rere, quod si ex his ingens sangui-  
nis profusio concitetur, eisdem  
ignitis scalpris sistatur. Verum  
si ignita ferra expauescat, incum-  
bendum est, vt duo dentes, cani-  
nus v3. & proximus molaris (quia  
mobiles sunt parumque infixi, )  
euellantur, sic enim melius, &

promptius poterit medica vxi-  
lia administrari, præsertim verò  
hirudines, quarum vsus tamquã  
fatis proficuum commendat *Gui-  
do* ad hanc affectionem adiuuan-  
dã, vel puluis vitrioli cum myr-  
rha aqua forti irrorati, quæ vt tu-  
to administrantur, corpus perfe-  
ctè sit exinanitum oportet; tum  
per sanguinis missionem; tum per  
purgantia pharmaca,

## APPENDIX.

**E** Pulis carnea gingiuarũ in-  
ter dentes excrecentia est  
quæ sensim sæpè ad oui magnitu-  
dinem excrecit ait *Parcus lib. 7. c.*  
*4.* parulis verò est abscessus in-  
gingiuis, qui nisi discutatur, sup-  
puratur inquit *Paul. l. 6. c. 27.* Epu-  
lidis causa sæpè est dolor dentiũ  
qui putredine, vel cariaz tentan-  
tur, quæ cum valde excrecit sæ-  
pè deformitatem portendit, quia  
loquelam vitiat, cibi præparatio-  
nem impedit, dentium, & maxil-  
læ ossa facile corrumpit qui plura  
desiderat, adeat *Petrus Forestus*  
*l. 14. tom. 2. obser. 16. Senerium l. 2.*  
*par. 3. c. 16.*



CON-

**CONSULTATIO XIV.**

*De dolore dentium pro quadam nobili Muliere.*



**A**nc nobilem mulierē nobis propositam laborare dentium dolore, ex relatis facilè est intelligere, inquit enim se dolorem acutum, & pungentem tamquam ab acubus intrusis factum in molaribus superioribus sinistrae maxillę dentibus perferire, non sine ingenti in radice penultimi dentis pulsatione, ac non parua in tempore sinistro caliditate. Cuius doloris immediata causa, quod sit materialis intemperies calida, nervos dentiumque ligamenta infestans, est omnino credendum, idque Gingivę tumor ac rubor satis evidenter demonstrant, sicuti etiã mollities, sordes, & erosio confirmant. Causa verò antecedens sūt humores calidi è capite defluentes, & in toto corpore luxuriãtes, ex causis primitivis geniti; nempe ex longo ciborum calidorum, acrium salitorum usu, ex frequentipariter frictione ferreis, ligneisque specillis facta ad cibi fragmenta inter dentes inclusa, expellenda, præterea ex esculentis, nimis calidis atque frigidis inordinatè assumptis, qua ratione vulgo dicitur, quod pultes feruētes faciunt corrumpere dentes, verum in casu nostro puto quod fuerunt etiam fuci, quibus mulieres, vt formosæ appareant,

vtuntur; ex his enim peculiari quadam antipathia dentes valde offenduntur, & caries contrahitur. Cæterum cum dentium dolor inter maxima tormenta à *Celso lib. 6. c. 4.* reponatur, & à *Gal. 2. de comp. med. per loca c. 1.* inter maiores totius corporis dolores; priusquam Cerebrum, partesque vicinas in consensum, trahat, ac calamitatem aliquã inducat oculorumque figuram vitiet, ac peruertat, idoneis auxilijs est sedandus; quoniam cum dolor sequatur ad dentē pariter perforatum; nisi euellatur, curationem non admittit, quin etiam, si ex admotis auxilijs remittatur, ex leui causa illico reuiuiscit; quare non est expectandum, vt magis intendatur, ne feuiora alia accidentia insequantur. Refert enim idem *Gal. cit. loc.* quod dolor dentium nonnullis tantus fuit, vt mortem sibi impatienter consciuerint, quare confestim omnia sunt tentanda, vt nostra patiens à tanto tormento liberetur. Verum enim verò, vt huiusmodi implacabilis dolor sedetur, non solum ad ipsū dolorem; verum etiam ad causã, curandi indicatio dirigi debet; nam dolor qui vehemēter excruciat, lenientia requirit præfidia; hæc autem parum prodesse possunt, nisi fluxio remoueatur; quare doloris causa, ante omnia est

G

re-

remouenda, nempè humor ad dētes confluens, qui per venę sectionem primo ex saphæna est auertendus deinde ex vena cæphalica destri cubiti, & vrgente necessitate etiam ex vena sub lingua, & demum per pharmaca purgantia: interea non sunt topica præsidia omittenda, quæ vera repellentia nullo pacto esse debent, refert enim *Valescus à Taranta* quendam ex repellentibus ad dolentem maxillam adhibitis, è vita discessisse; quare discutientia esse administranda arbitror, quibus aliqua adstringentiũ portio sit admixta, sicuti est emplastrum ex Gummi Thacamachæ, mastice, myrrha, & Gummi elemi; fronti temporibus, & ipsis quoque dētibus admotum; errhina pariter naribus vtiliter applicari possunt; præterea reuulsionis, ac deriuationis gratia; brachijs atque ceruici vesicantia admoueantur; verum si his non sedetur; signum est quod à rheumate, e capite descendēte foueatur, quare laudarē vt pilulis aureis, vel cochijs corpus expurgetur; fiantque diuersiones frictionibus, ligaturis, & cucurbitulis. Quibus non conferentibus, ad ea quæ totius substantiæ proprietate conferunt deueniendum, nempè ad ius Ranæ in posca elixæ, diutius in ore retentam, vel ad senectam serpentis in aceto, aut vino coctam, vt inquit *Rasis*; vel ad decoctum anonidis in oxocrato paratum, vel ad radicem Cælidoniæ maioris contusam, vel ad as-

paracorum, radicis plantaginis, & lapatij decoctum in vino confectum, vel ad lac titimalli, aut radicem eiusdem in aceto coctā; vel tandem ad oleum buxi, quod veluti miraculum dentium dolorem sedat, inquit *Rodericus à Fossecæ consul. 15. 20. 1.* suarum consultationum medicarum; verum si neque his dolor cedat, corrosus atque corruptus dens extrahatur; debet tamen primo ad extractionem præparari, imponendo intra foramen, lac titimalli cum puluere rad. mori, aut capparũ, aut Piretri per plures dies in aceto tritæ macerata. Non enim sūt dentes extrahēdi sine multa cautione, & præparatione inquit *Hieronymus Fabricius c. de dentium Chirurgijs*, ne vna cum dente etiā portio aliqua maxillæ euellatur, & eiusdem corruptio sequatur nā maxilla tota porosa, & fungosa est, quare externa lamina exempta, facilè alteratur, & corrumpitur, vnde ne id nobis contingat præstat radicem pastinacę marini tritam cum elleboro albo admouere. Solo enim hoc medicamēto posse sine vexatione dentes euelli. refert *Plinius*. hanc quoque facultatē habet radix herbæ lappæ feruenti cinere calefacta, & denti assiduè apposita nam parum mora dentem tollit; est tamen in his admouendis cautè procedendum, ne tangat dentes sanos, quare expedit, vt cera defendentur. Tandem ad tumentes Gingiuas vtiliter applicari poterit passularum, sem. lini caricarum, & fe-

& fenugreci decoctum in succo lactucę, endiuie, & portulacę confectum; quibus omnibus addatur proba victus ratio, reliqua verò correspondeant vt decet, & peritissimo medico curanti videtur magis opportuna.

**APPENDIX.**

**D**olent autem sepe dentes; sed frequēter, & maximo-  
pere molares, incisores verò raro, aut numquam, qui etsi ossa sint non tamen sensu plane destituti sunt. Nam mollium cerebri neruorum participes sunt, vt 6. de usu part. c. 2. notauit Gal. à 3. & 6. eiusdem propagine prouenientium. Dētium autem corpus sentit, & dolet ob affectionē phlegmoni similem, in dentium substantia existentem; communicatam, ex dolore inflammati nerui, qui dentium radicibus subsistit, vel ex inflāmatis Gingiuis. Dentiū dolores interdum sunt intensi, interdum, remissi, recentes, vel vetusti, assidui, vel intermittentes, pulsatiui, vel pungitiui, estensiui, vel perforatiui. Quarum affectionum aliquę euidenter apparent, vt quum perforati sunt, aut denigrati, aut erosi, aut quum neque frigida, neque calida ferunt, quędam alię occultę sunt, veluti quum ipse patiens se sentire dicit dolorem circa dentis corpus in intimo obortū; quāquam interdum iudicium redditur difficile in discernendo, quifnam inter dentes doleat. idque

contingit ob eorum contiguitatē, quo fit, vt ab errabundis medicamentis dens sanus, pro male affecto euellatur; immediata causa dentium doloris est continui solutio à verme erodente, aut à materia crassa, ac multa extendente, aut ab acuta, & tenui in substantiam dentis, aut gingiņę penetrante, frequenter etiam est intemperies, calida vel frigida cum materia, & sine, vel sicca, ob priuationē nutrimenti, vt senibus, & consumptis accidit, quandoque est flatus in radice dentis retentus, & tunc dolor est extensiuus. Sed nū dolor fit in dente, num in Gingiua, sic deprehenditur, quia si fit in gingiua, apparet ipsa tumida, inflammata, vel erosa, aut putrefacta. Si in dente dolor nō est profundus, sed secundum longitudinem, & latitudinem extenditur; si in eiusdem dentis neruulo, dolor est profundus, & vehementior, & exempto dente, non nihil leuatur, quia melius difflatur, materia, præterea dolor ad gingiuas vsque se extendit, & ad aures quoque pertingit; si fiat ob vermes intus inclusos pruritus precipitur, & titillatio per interualla excruciat, & dens cariosus apparet. Cæterum Gingiuarū, & genarum tumores dentium doloribus superuenientes morbum solutum iri portendunt. Verūm dentium dolores cum eorundem fridore, & febre ardēte coniuncti lethales sunt; arguitur enim temporum musculos esse conuulsos, & cerebrum vehementer af-

fectum, & si delirium sequatur proximus interitus attenditur. Ita pariter si fuerint intensissimi, vel ad syncopem, vel ad epilepsiam Ægrum inducunt, compatitur enim cor, & cerebrum; præterea si ob alimenti inopiam fiant ut in senibus sanitas expectanda non est, nullis enim auxilijs adiuuari possent. Sunt tandem dentes omnibus morborum telis expositi non secus ac caro ipsa nam etiã inflammatorium abscessum pati possunt inquit *Duretus Secundo coarcarum prænotionum c. 21. 8.* præter multas alias supra annotatas affectiones, & cum sint ossa acerrimi

sensus quantum excrescunt, tantum atteruntur. Tandem, quo ad curationem spectat illud addi potest, quod ad necandos vermes summopere valet semen hyosciami cum cera missum, & supra carbones, conbustum appositum; per fistulam in denticulum foueam fumus recipiatur, hoc idem præstat semen porri cum cera, ut supra missum, ac ad corruptorum denticulum foueam receptum. Opoponax pariter ad foramen corrupti dentis ad motum dolorem mirabiliter sedat. Possunt dentes caui per ignem aduri, nam illico dolor remittitur.

## CONSULTATIO XV.

*De Commotione, atque dentium dolore pro quodam illustri viro.*

**D**entium commotionem, atque dolorem frequentissimè fieri à nimia succorum redundantia, atque vitio, nervos, eorumque radices mollificantium, est ab omnibus sine controuersia receptum, & nunc quoq; nostri Illustris Ægrotantis aduersa fortuna comprobatur. qui ex capitis destillatione ad dentium radices, tendinesque adiacentes delapsa, commotione, dolore eorumque elongatione, pluribus ab hinc diebus vehementer affligitur; præsertim verò ad anteriores vtriusque maxillæ dentes. Quorum omnium malorum causam, in vnam Hepa-

tis calidam intemperiem, capitisque imbecillitatem, referendum esse arbitror. Hepar enim ita malè affectum, vitiosos, ac molestos succos producat est necesse; isti autem ad caput delati, nec à primi sensorij facultatibus moderati, aut dissipati, nec per consuetos canales, meatusque emissi, sed ad Gingiuas expulsi, dispersi, ac disseminati, has atroces affectiones concitarunt, non nego tamen quin eiusmodi vitia ab alijs quoque causis possent suscitari, nempe à falsis cibis, vini generosi potu, ictu, casu, inunctione mercurij, suffumigijs ex cinabrio, alijsque causis; tamen in casu huius nostri Ægroti fuisse

ero-

erodentes, ac prauæ qualitatis succos omnino est credendum. nam ( vt ex relatis habemus ) nullæ præcesserunt externæ occasiones, nec tales errores in victus ratione, è quibus potuissent ista mala concitari. Ceterum cum Gingi-  
 Æ sint valde erosæ, dentesque admodum mobiles, vix posse corrigi credendum est; tamen quia noster pærens in virili ætate est constitutus non est diffidendum; nec desperandum quin pristinâ recipiat valetudinē, potissimum si idoneis auxilijs adiuuetur; Quare cum huiusmodi affectus ab eisdem conseruentur causis, e quibus fuerunt suscitati nempe ab humorum influxu qualitate, & quantitate peccantium; idcirco ante omnia de horum euacuatione prouidentiam habeamus oportet, poterunt autem euacuari per venæ sectionem, & per pharmaca purgatiua, quare sanguinem primo ex pede iterum esse mittendū puto deinde ex vena cubiti interna dextri brachij, & tandem si opus fuerit ex venæ cephalica. Interea per intervalla exhibeantur pilule de ag. cochiz, & de Rhabarbaro, ex his enim peccantiū humorum euacuatio necessario sequitur, præsertim si simul proba victus ratio obseruetur.

Ad partem verò affectam probarem vsum adstringentium, ac lenientium, sicuti est vinum rubrum in quo folia, & cortices nucum cupressi fuerint decocta, simulque folia rosarum rubearum, & myrtilorum, Cymini torrefa-

ti, & cortex thuris; ex quo foueantur giugiuz. Post forū puluis corallorum, mast. salis Gemine, squamæ æris, aluminis zucarini, & pumicis vtiliter applicari poterit, confert etiam in ore retinere calidum decoctum corticis interioris vlmi, vel radicis capparis in aceto acerrimo confectum, nam dentes confirmat, eorumque dolorem tollit præsertim si post oris collutionem erosæ Gingiuz pulueribus cyperi, ligni aloes, & cornu Cerui vsti obducantur; sed his omnibus efficacior est collutio oris ex aceto scillitico facta; nam dentes commotos confirmat, laxas Gingiuas stringit, & putredinem, orisque fetorem aufert; sed adhuc maioris efficaciz erit si post oris collutionē applicetur puluis myrrhæ, Gal-larum, alum; acaciæ sem., ros. rub., & hypocistidis, potissimum si radices dentium ex hoc puluere fricentur: non sunt etiam contendenda suffumigia, quæ apud nonnullos tamquam arcana celantur v3. 32. spumæ maris, sem. hyosciami ana partes æquales, myrrhæ, & aluminis ana parum, cum puluere dentis canis mis. ponantur super prunas, & aperto ore recipiatur fumus. Verum si ex his dentes non firmentur, filo serico, vel lineo, vel aureo, cum ijs qui stabiles sunt ligetur ex arte, superfluitates verò excrementiæ, quæ inter dentes retinentur idoneis istrumētis, vel adstringentibus lotionibus remoueantur atque abstergantur; in-

terea

terea à masticatione rerum durarum est prorsus abstinendum, sicuti à nimis calidis, aut frigidis cibis, nam cibi actu calidi dentiù ligaméta valde dissoluūt, spiritùque vitalem exhalere faciunt; actu verò frigidi naturalem calorem extinguunt, quare naturali calore destituti aut pereunt, aut congelantur.

#### APPENDIX.

**N**on semel quoque accidit, vt dentes vacillent, & commoueantur, præsertim verò incisori, quia vnâ tantùm radicem habent; commouentur autem interdum, ob causas externas, vt ob ictum, vel casum, & similia; interdum ob causas antecedentes nempe ob nimiam humorum redundantiam, quandoque etiã ob causam coniunctam, idest ob humiditatem neruos, & ligaméta mollicantem, vel ob materiã dentium radices erodentem. Curatur autem dentium commotio, instituta debita victus ratione, & ritè administratis auxilijs, si edatur cibi molles, vt panis, in iure pulli maceratus, oriza, ova sorbilia, carnes contritæ, & huius-

modi, minutim incisæ, siue vitulinæ, siue pullorum, præterea pauca loquantur ij qui hac laborant, ne frigidus aër subintret, nec dormiant ore aperto, deinde si oportuerit, purgetur corpus, aut saltem caput per nares forti sternutatorio ellebori albi præceteris; postea exiccantur, & abstergantur dentes medicamentis prius dictis, incarnantur sanguine draconis, mastiche, myrto, & adstrictiuis, & cum nutant exiccato radicum humore, saluia, myrto, thure, roremarino, & thure firmentur; tandem oportet quotidie dentes abluere, & fricare ab assumpto cibo, & sonno, ne reliquia ciborum; & influentes humores calculum, vel fœtorem, & liuorem aggenerent; sed vbi remedia non prosunt, & eruere oportet, quia etiã liuescunt, & nigrescunt cinis vermium terrestrium circumraso denti inspersus per 24. horas, efficiet vt sponte cadat, similiter eruca brassicarum, affricata idem præstat, incidunt in hanc affectionem, mulieres lithargyro, & medicatis rebus faciem fœdantes, quarum nemo misereri debet inquit *Toma Campanella artic. 3. lib. 5. festi.*



CON-

CONSULTATIO XVI.

*De Ulcere auris destra pro Magnifico quodam  
Aromatario.*



Effectus p. n. de quo ad instrumentum sensus auditus, ad aurem v. 3. dextram conqueritur magnificus Ager, sexagenarius est molesta, ac tristis sensatio, symptoma scilicet tactus, non autem auditus, nam bene audit, ut ex eiusdem nostri Aegroti sermone, nutu, & quærimonia percipitur. Verum quia dolor, vel est grauius, vel punctius, vel tenuius, vel pulsatius, &c. in casu autem nostro esse pulsatiuum ipsemet noster Aegrotus refert; Cuius causa proxima, & immediata licet sit continui solutio, tamen quædam aliæ causæ principales sunt quæ proximè hæc antecedunt, nimirum qualitates primæ, qualitates secundæ, & humorum copia, ex quibus concitatur inflammatio, ut in casu huius nostri Aegroti, qua detineri constat, ex febre acuta, calore mordaci, & pulsatione, sed præcipue ex rubore ad malam, & temporalem musculum sese extendente percipitur. Qui quidem dolor quoniã vehemens est, & etiam in profundo viget timetur ne ipse auditorius neruus sit affectus quare mortis periculum imminet, est enim deterior dolor aurium qui propter abscessum calidum in profundo fit, cum sepe propter sui acer-

bitatem, febrem, delirium, & mortem inducat, & si quandoque sanetur, noxa in sensu auditus relinquitur. ut 3. progn. com. 13. notauit Gal. Semper enim maius periculũ est in aurium, quam in oculorum affectibus, siquidem aurium affectiones facile cerebro communicantur, & delirium mouent; verum quia in casu nostro iam sanies incipit apparere non sine aliqua alleuatione; idcirco est bene sperandum de euẽtu huius mali, & quamquã Pueri, & Iuuenes priusquam abscessus suppuretur pereunt; tamen senes supurationem expectant.

Cæterum curandi consilium re vera esse deberet à causæ remotione; tamen quia dolor vehementer excruciat; idcirco nisi remittatur timetur ne maiora mala accersat, quare confestim sunt lenientia adhibenda sicuti est lac tepidum, quod intra aurem instilletur, per specillum gossipio obuolutum ex arte; ne tãgatur meatus auris, vel oleum Rosatum omphancinum tepidum. vel serofus cruor qui ex carnibus bubulis, dũ affantur, destillat, verum si his dolor non remittatur, imò magis vrgeat, illico iterum sanguinem esse mittendum ex vena Cephaliaca arbitror; saltem ad lib. ex brachio eiusdem lateris; & pro dolore

dolore leniendo, tandem ad narcotica est recurrendum. Nempè ad lac muliebre, vel caprinum in cuius vncijs duabus opij torrefacti ʒ i. in tenuissimum puluerem, reducti infundatur addito pauco croco; quod tepidum instilletur intra aurem quousque tota eius cauitas impleatur, huiusmodi autem narcotica quamquam per se non proficiât, per accidens tamè iuuare possunt remittendo dolorem, qui fluxionis est causa, aliorumque symptomatum, interea enim suppuratur inflâmatio, dū sônus inducitur, & vrgête necessitate exhiberi poterit medicamentû quod biliosum Icoré educat, vt manna electa cum sij. ros. solutio; Quibus non iuuantibus tandem ad narcoticum Quercetani, quod nepenthem appellant est deueniendum, quod ad grana duo per os exhiberi poterit; intra verò aurem infundatur oleum mandragoræ, vel oleum Rosatû cum caphura, exterius quoque oleo amigdal. dulcium, & rosato lotis, auris lenienda est. ab vstione quam nonnulli proponunt ex sententia Albucasis ad exterioré auris circuitum, prorsus abstinere quia eiusmodi malum non est neque ortum ducit à causa frigida, sed calida, quare de illa loquitur Albucasis non autem de hac quæ calida est, vt rectè notauit Ioanes Costeus c. 24. lib. 2. de igneis præsidijs, atque ita procedendum esse puto in casu huius magnifici patientis quousque abscessus dirumpatur, vel pus etiam sine aper-

tura educatur. Nam sepe pus educitur, vel rarefacta membrana, vel per rimâ inter porum auditorium, & os caluariz, vel per internum auris meatum, per venas scilicet quæ solent per anastomosim coniungi cum externis non secus ac in venis caluariz internis, & externis, fit.

## APPENDIX.

**Q**uid autem sit dolor non est facilè tradere, nam variz ac prolixè apud medicos extant disputationes *Auic. n. scripsit esse sensibilitatem rei contraria*, *Gal. etiam 2. de loc. aff. c. 1. esse tristè quendam*, & iniucundum sensû voluptati oppositum hoc idem cõfirmat *Plato in timeo*, sed quid sit de hac controuersia, cõmunio rem sententiam sequentes dicimus dolorem esse tristem sensationem ob mutationem confestim, & violenter factam ex solutione continui, aut intemperie, verùm ex solutione continui, quæ fit; non autem quæ iam facta est, dolor enim suum esse habet in fieri; re vera tamen solutio cõtinui, & intemperies non sunt propria, & proxima causa doloris, dicunt nonnulli, sed remota; proxima autem est mutatio à naturali statu; sicuti etiam non est actio lesa, sed molestia quæ sentitur, cû actio fit, alioquin si sésatio esset actio lesa idest dolorosa omnia cum dolore perciperétur. Doloris causam, vnam tantùm admittunt alij nonnulli, nempè so-

Solutionē cōtinui ita Gal. 1. de sym-  
 pt. causis c. 6. et 3. de fract. 3 4. alij in-  
 tēperiē tantū agnoscūt, vt Auerr.  
 alij neque intēperiē, neque solu-  
 tionem continui doloris causam  
 esse contendunt; non esse intem-  
 periem ex eo patet quia plurimū  
 dolores sine vlla intemperie, &  
 tensione concitantur, neque esse  
 solutionem continui ex eo conij-  
 citur quia vt dictum est; solutio  
 continui est causa remota; proxi-  
 ma verò est subita mutatio à na-  
 turali statu, sed errant quia non  
 qualibet repentina, & violenta  
 mutatio dolorem excitat, sed illa  
 tantum, quæ eo excessus deuenit,  
 vt continuum soluat; quare im-  
 mediata causa doloris est solutio  
 continui, soluitur autē conti-  
 nuum; cum pars secatur, pun-  
 gitur, distenditur, & vritur; vnde  
 etsi plures doloris causæ mediatae,  
 & remotiores esse possint, tamen  
 cum vnus effectus vna proxima,  
 atque immediata causa sit oportet,  
 ad quam omnia redigantur,  
 ex his itaque patet; quod dolor  
 qui in inflicto vulnere perseue-  
 rat, non est à soluta vnitae, sed  
 ex humorum ad partem vulnera-  
 tam affluxu, qui eam distendunt,  
 & irritant, & solutionem conti-  
 nuui efficiunt. Cæterū dolores  
 diuturni finiri solent in ossiū cor-  
 ruptionem, si diu circa ossa dura-  
 verint, & nullus tumor in carne  
 ossa ambiente percipiatur in-  
 quit Vallesius 4. epidem. n. 98. Etsi  
 fuerint in ventre suppurationē  
 indicant idem Vallesius refert.

Medicamenta autem vera ano-  
 dina, quæ dolorem sedant, & ve-  
 ra anodina censentur, sunt omnia,  
 quæ cum natura humana simili-  
 tudinem habent, vt fofus ex aqua  
 & oleo, fofus ex lacte humano,  
 vel alterius animalis quod acce-  
 dat ad humanam naturam, vel ex  
 adipe suillo recenti, vel Gallina-  
 ceo recēti, vel humano recēti, vel  
 ex piscibus recētibus, & præcipuè  
 guillarum, vel ex oleo amig. dul.  
 recenti, vel ex Cera, vel vitellis  
 ouorum; hæc autem omnia, &  
 consimilia asperitates leniendo,  
 & similitudine suæ substantiæ tē-  
 perando omnes excessus dolorem  
 sedant inquit Fallopp. lib. de vlceri-  
 bus cap. 12. Sed quæ sedant dolo-  
 rem aperiendo, & relaxando sūt  
 fomenta ex pannis calidis, saccu-  
 li ex milio, sale, & furfure. Oleū  
 anethinum, camemelinum, sem-  
 lini, oleum antiquum in quo fue-  
 rint decoctæ rad. althææ, ol. ex se-  
 minibus fenugreci, oleum sesa-  
 minum, oleum vulpinum, adeps  
 vitellinus, & arietinus, folia mal-  
 uarum, far. sem. lini, &c. Tandē  
 anodina impropria sūt narcotica  
 quæ potius quadam occulta pro-  
 prietate, quam frigoris excessu  
 sensum adimunt, & spiritibus ani-  
 malibus aditum intercludūt, pars  
 autem sensu destituta, stupida  
 redditur; verū vbi calor est de-  
 bilis non sunt vsurpanda ne Gan-  
 grena sequatur. Denique medica-  
 menta dolorem sedantia, vel res-  
 piciunt causam doloris, vel dolo-  
 rem, & non causam, vel neque

H. cau-

causam, neque dolorem, nam cum lorem sedant, cuius census: sunt sensum adimant per accidens do- narcotica ut diximus.

## CONSULTATIO XVII.

## De fistula lacrymali pro quadam nobilissimo Puer.



Si varię sint opi- niones de huius mali natura, quo decē ab hinc men- sibus in magno si- nistri oculi angulo nobilissimus hic Puer detinetur; dum alij di- xerunt, esse Anchilopem; alij, Aegilopem; alij, fistulam lacryma- lem; tamen puto, quod quęstio sit de vocabulis; nam idem est fi- stula lacrymalis, *Anchilops*, et *Aegilops* lib. de vlc. c. 60. inquit *Fallop- pius*; cum hac tamen differentia: nam quoties egreditur sanies. ex interno angulo oculi, vbi est ca- runcula, quę Rhias Gręcę dici- tur, nondum disrupta cute, An- chilops dicitur; si verò sanies ef- fluat ex eodem angulo, sed disru- pta cute, tunc Aegilops appella- tur, à Gręcis, & vtraque fistula lacrymalis à latinis, subdit idem Fallop. Esse autem fistulam lacry- malem vitium hoc, de quo con- queritur nobilissimus hic puer, præter specillum, à quo percipi- tur callositas, denunciant humi- ditatum defluxus, exiguum vlc- ris orificiū, grauitas cum lippit- tudine, circa eundem Angulum rubor, & dolor qui non semel ex- cruciat. Cuius mali causa remo- ta, (ut ex relatis audiimus) va-

ria in victus ratione, motu, aeris inclementia, sonno & vigilia, et- rata fuere. Causa verò proxima, sunt ipsi ferosi Ichores sanguine bilioso adulterati; ex quibus fuit concitatus abscessus, qui ferius disruptus in sinuosum, ac fistulo- sum vlcus degenerauit, quod fa- cile contingit, inquit *Gal. lib. de tum. præ. nat. c. 4.* Nā huiusmodi vi- tia, ita inter se conueniunt, ut de- vno in aliud facile detur transitus. Cæterum, cum huiusmodi malū ferè annum sit, & callum, ossisq; corruptionem adnexam habeat, non solum est cronicum, ac ma- gni momenti; verum etiam est curatu admodum difficile; tum, quia validiora auxilia, quę pro- callo auferendo, ossisque corrup- tione detrahenda, tantopere sunt necessaria; ob exquisitum huius partis sensum nō facile ad- mittit; tum etiam quia neq; me- dicamenta possunt adaptari, neq; citra ligaturam adhærere; quam Aegrotantes nequeunt tot die- bus perferre; quot ad mali cura- tionem requiruntur, quin cum affecta pars sit sponciosa Glan- dula, & leuioribus musculis con- tecta, veluti alia capitis emissaria, perenni fluxione vexatur, quo fit, ut humorum in capite aberrantiū decu,

decubitus, facilius, ac proutius in vlcus fiat; tamen quia generosi medici est, in magnis, qui se produnt morbis vim artis experi-ri; idcirco, priusquam maiora mala superueniant, est de remedijs excogitandum; nam obseruatum est, quod vbi huiusmodi mala inueterascunt, atrophiam, & cæcitatem faciliè conciliant, inquit Parous. Quare illico curandi indicationes sunt eliciendæ; quarum prima erit vlcus dilatandi, secunda callum remouendi; Tertia corruptum os extirpandi; & vltima vlcus consolidandi: & quantum ad primam ad ampliandum vlcus probatur turunda, ex molli spongia; vel ex radice gentianæ, vel Aristolochiæ, vel ex linamentis iuxta formam vlcis concinnata medicamento aliquo erodente obliterata. Quantum verò ad secundam, nempe ad callum remouendum, inter cætera tanquam satis opportune comendantur, quæ sine maximo dolore erodendi facultatem habent, vt est aqua ardens cum puluere cochleæ vstæ, puluere myrrhæ, & aloes, vel vnguentum ægyptiacum; sed his omnibus efficacius est puluis mercurij præcipitati, permixti cum puluere salis, facum aceti, à fortioribus medicamentis abstinere; hæc enim in puerili ætate locum habere non possunt. Quantum etiam ad tertiam attinet, nempe ad extirpandum os corruptum; huiusmodi auxilia sunt petenda à fonte Chirurgico, nempe ab ignito ferro

triangulari forma prædito; in extremo acuminato, vt celerius penetrare possit; cuius forma depicta videtur apud *Parcum lib. 16. c. 15.*: verum cum actuale cauterium infigitur, cocleari argenteo defendendus est oculus, interponendo Pannum lineum aqua rosacea inbutum, vel Gossipium in oui albo madefactum: cauendum tamè, ne sub hac operatione oculi angulus destruat, malumque incorrigibile reddatur, & turpis cicatrix sequatur. Sed modum cauterizandi lacrymosas fistulas satis studiosè docet *Albucasis lib. 1. c. 19, & lib. 2. c. 29.*; præcipit enim, vt Patientis caput ponatur in sinu curantis, & firmiter à robusto ministro retineatur inter suas proprias manus; deinde efficiendum, vt oculus, eiusque vicina loca sint bene obtecta, & tunc instrumentum candens, siue ex auro, siue ex ferro, quod Radioli formam habeat, admoueatur; & ne oculus offendatur, candens ferrum per cannulam immittatur, cuius longitudo sit ad medietatem vnus digiti. Verum ante omnia sit fistula ab omni forde immunis, & similiter ab humiditate exiccata, & cum operatio fit, manus operantis inclinet versus oculum, & candentis ferri extremitas inclinet ad partem nasi, & distet ab oculo, & non erret manus operantis in hoc, ne Angulus oculi laceretur, & patiens perturbetur. Exustionis autem terminus, sit vsque ad perfectam ossis exiccationem; deinde ad dolorem sedandum, esca-

ramque remouendam, indatur oui candidum, & parum butyri; retineatur foramen apertum, donec torum os corruptum, & denigratum fuerit ablatum; alioqui labor esset cassus; & cum os exierit, quod interdum tardius exire solet, curetur, vt cætera vlcera curantur: Verùm, priusquam hæc operatio fiat, corporis expurgatio præcedere debet, & tēpus anni opportunum eligatur. Sed si accidat, vt neque his remittatur, non erit à ratione alienum os narium terebra perforare; & fistulam ad nasi cursum reducere, satius enim est, ipsam percolare interius, quàm exterius per Genam, inquit *Hieronymus Fabricius ab Aquapendence*. Sed quoniã audio nostri Aegrotantis parentes, vt dolorosas, atque immanes quammaximè has operationes, non tam vtilis, quàm periculosas damnare; idcirco quædã alia auxilia excogitare debemus, quæ citra ignem valeant os corruptum remouere; sicuti esse possunt aqua balsami, vel oleũ eiusdem, vel oleum myrrhæ, vel sulphuris, vel terebenthinæ, vel herba Aegilops cum far. ad formam emplatri reducta. Non est etiam contemnenda aqua magistralis; quæ sic conficitur. ꝑ. pul. cort. mirbal. chebulor. vstor. citrin. ana ʒ 2, sumach, bol. arm. acacia, Gallar., myrrhæ ana ʒ 2. aq. flor. myrtill. ʒ 6, succi gran. ʒ 11. bull. simonin balneo Mariæ ad consumptionem tertię partis, & facta forti expressione aq. seruetur

pro vsu; seruetur autem in vasæ vitreo. Non sunt etiam contemnenda balnea naturalia; nam *Aquapendes* referet, vsu balnei aqua termalis multos ab hac labe fuisse liberatos: *Hildanus quoque c. 1. obs. 41.* Gloriat, se beneficio setacei has fistulas curasse.

## APPENDIX.


**E**st autem Aegilops ex *Gal.* sententia lib. 5. de compos. med. 5; locos c. 2. paruum quoddã tuberculum abscessui simile inter os nasi, & magnum Angulũ oculi exortum. *Paulus* quoq; hoc idẽ affirmat lib. 3. c. 22. Sed in hoc quidem differt à *Gal.*, quod disruptus abscessus, ac non confestim curatus; vel neglectus, non amplius Aegilops, sed lacrymalis fistula, appellatur: verùm, vt verùm dicam, quoties huiusmodi vitium existit sub forma inflammationis, anchilopem esse appellandũ puto; cum verò commutatur in abscessum, Aegilopem; & tandem, cum degenerat in vlcus angustum & callosum, fistulam: est etiam affectio hæc morbus compositus ex magnitudine aucta in intemperie, cui tandem accedit soluta vnitas: quare semper est difficillimæ curationis, inquit *Arcius lib. 7. c. 85.* cum propter corporum tenuitatem, & subiecti ossis corruptionem; tum ob humorum confluxum, partis affectæ imbecillitatem, & situs vicinitatem; nam semper timor impêdet, ne

ne ipsi quoque oculo noxa inferatur; non enim acria medicamenta tolerat, nec possunt administrari citra maioris mali discrimē; quare non mirum, si veteres medici vel nulla, vel pauca pharmaca ad Aegilopē scripserunt. Secus vero iuniores, quos vulgo empiricos appellamus, licenter, animoque intrepido mille excogitarunt medicamenta, & illa quidē

exitialia, quibus has fistulas curant; exhibent enim chameleam, colocynthidem, euforbium, antimonium, argentum viuum, electuarium vomituum, & similia, quæ mouent sursum, & deorsum; quæ cum sint valde periculosa, & ut plurimum exitialia approbare non possum; nam quamplures ex his præualidis medicamentis curatos fato functos esse vidimus.

CONSULTATIO XVIII.

*De maligna, ac pestilenti Angina pro quadam nobilissima Puella.*



**I**N omni consultatione, quod primum considerandum occurrit, est morbi Idea, quam in perillustri, ac nobilissima Puella, nullam aliam esse existimo, nisi faucium inflammationem, quæ barbari medici squinantiam, sapientiores verò anginam appellant; & summa quidem cum ratione; quia sic Guttur angit, ut spiritibus viâ intercludat, & inopinatam mortem inferat; at nō Anginam communem, & propriè dictam; sed malignam, & pestilentem, quæ pluribus abhinc annis maxima cū puerorum clade primo apud Hispanos cæpit grassari, deinde apud nostrates, & utinam dumtaxat tenellos, ac innocentes Puerulos inuaderet, & haud quaquam maiores natu offenderet, ac iugularet; Sed malum heu deplorandum; nunc sic cru-

delirer sæuit, ut nullis Ætatibus, hominum conditionibus, ac viris parcat, sed omnes indiscriminatim ferit, atque interficit. Nō esse autem Anginam communiter dictam, suadent multa. Primò enim angina communiter dicta, patognomonicum symptoma sēper habet, nempe difficultatem respirandi, ut 3. de morbis acutis c. 1. inquit *Celius Aurelianus*; Sed nostra Patiens, quin ferè omnes, qui hac labe tenentur; hanc respirationis difficultatem non habent ergo deinde Angina propriè dicta, citra contagium exoritur, & strangulando, ac præfocando interimio; sed hæc orta ex contagio, nescio an per seminarium ad distans, an per fomitem ad tactū, omnes, qui intereunt, non præfocari, ut in dies videmus ergo Tertio in Angina propriè dicta, si tumor erumpat ad collum, bonū, inquit *Hip.* in hac tantum abest, ut

tu-

tumor, qui foras vertitur, sit inditium bonū, vt potius proximā, & certam mortē portendat. Quarto illas Anginas, quas læthales prima aut secunda die prænu-  
 ciat. *Hip.* non ex alia ratione tales prædicat, nisi quod præfocāt; sed nunc citra præfocationem intereunt ergo: quin circa mortem bene, & perfecte spirant; idque accidit, quia caro primo inflām-  
 mata, deinde corrupta iā est ex-  
 sa, & detracta. Ex altera verò parte esse malignam, ac pestilentem, satis clarè docent ampullæ, siue vesiculæ, siue scoriationes, quæ sunt Gangrenæ initiū; febris acuta, quæ à prima hora apparuit, & adhuc perdurat, deglutiendi difficultas, vrinæ confusæ, dolor nõ leuis, somnolentia, sitis, in appetentia, quæ quoniā magis, ac magis intenduntur, idcirco maximā indicant malignitatem; sed clarissimū malignitatis argumentū est coloris mutatio inflāmatae partis ex rubro in alium subalbū: inditium certum liquationis, & Gangrenæ, & tandem quod ferè omnes hac labe tacti, moriantur. Pestis, inquit *Gal. lib. 1, epid. in proemio,* & *Auenz. lib. c. 17.* in duobus continetur, nempe vt morbus vulgaris sit; & plurimos perdat. *Mali causa.* Causa autem immediata tãti mali, humores calidi, ac tenues sunt, sanguis nimirum biliosus sic feruentissimus, ac malignus, faucibusque infensus, vt statim colliquare carnes, & Gangrenam suscitare valeat; cuius terminus à quo est cerebrum, quod mea sen-

tentia non est male affectum; quia si cerebrum simul esset male affectum, vtique semper læsio principum facultatum perciperetur; Sed non percipitur; ergo: vel saltem omnes qui intereunt, deberent cum harum facultatum læsione interire: sed videmus, quod intereunt sine his; ergo. Præterea, si cerebrum esset læsum; læsio hæc vel esset inflammatio, vel corruptio; siue sphacelatio: sed neutrum dici potest: ergo. Nõ primum, quia non viget deliriū: Non secundum; quia quibus cerebrum sphacelatum est, tribus diebus pereunt, inquit *Hip. 7. aph. 1. 50.*, sed multi hac labe affecti nõ ita cito pereunt, quin interdum perdurant vsque ad decimū quartum. Causa autem primaria, ac vniuersalis, si Astroligis sit credendum, fuit illa coniunctio saturni martis, & Mercurij in libra, facta anno 1618. sub enim coniunctionibus maleficorum; aër alteratur, & contaminatur, & sic pestilentia oboriuntur. Causa verò particularis est contagium, siue per seminarium ad distans, vt diximus, siue per fomitem, &c. Cur autem huiusmodi exitialis labe pueris potissimum sit infensa, dici potest, quod pueri tenelli sunt, & molles, calidis, & humidis excrementijs succis referti, fauces habent molles, & maximè laxas, quæ facillimè exasperantur, & citius computrescunt: iuuenes verò, licet calidiores pueris sint, non tamen fauces habent sic laxas, & molles: ita pariter senes,

licet redundât Pituita, non tamē sunt calidis succis referti. Præterea in iuuenili, ac senili ætate cerebrum non est ita humidum; quare non facilè externas aëris iniurias admittit. Adde, quod pueri ex irregulara viuendiratione quâ plurima coaceruant excrementa, atque sic huius ætatis teneritas, ac mollities vna cum alijs nuper dictis causis fuerunt, vt hæc pestis pueris potissimum sit analoga. Quare has ob causas Anginæ, quæ nunc grassantur, fere sunt exitiales, præsertim cum magnæ sint, liquationē, & Gangrenam, aliaque supra memorata symptomata mouent; quæ cum penè omnia obsetuentur in casu nostræ Agrotantis, pauca, aut nulla fiducia salutis viget: verum, quia Gangrena adhuc est in primo fieri, & color affectæ partis non est adhuc valde mutatus, salutis spes quoque viuit, præsertim si expertis, & præualidis auxilijs adiuuetur. Cur autem color niger, qui in inflammationibus cōspicitur, ex Hip. sententia 2. epid. l. 21. Sit magis exitialis, quam albus; docet Arist. 3. de Generat. animalium c. 8. scripsit enim nigroris causam in putridis esse aqueum humidum; Albedinis verò aereū: quare color niger maximam arguit putredinem ex suffocatione caloris; albus verò ex liquatione, quæ quoniã ad eò profunda nō est quin potius superficialis; idcirco posse corrigi non semel visum est; præsertim si auxilia, quæ respiciūt causam exhibeantur. Aduersus au-

tem causam quam maximè pugnant, sanguinis detractio, & purgantia pharmaca: verum cum à perito curante bis in prima die sanguis copiosè fuit missus: nunc nulla interposita mora corpus expurgetur; eò magis, quia sumus in secunda die, morbus est valde acutus, humores pariter sunt in motu, & turgent: at vbi hæc adsunt, illico corpus esse expurgandum 4. aph. l. 10. præcipit Hip.: esse autem hanc pestilentialem Anginam morbum acutum; vt satis notum, omitto; esse etiam humores turgentes, & in motu, patet, quia in horas malum excrefcit ad fauces, ad quas sine motu defluere non possunt; interficit autem hic morbus ob Gangrenam, cuius præcipua causa sunt succi biliosi, ac pituitosi, Quare in eo est posita omnis spes, nempe vt quamecitissimè expurgentur, antequam inchoata Gangrena augeatur, nam postea frustra exhiberetur medicamentum, cum iam Gangrena est confirmata; siquidem ex medicamento non modo redundantes succi euacuantur, verum etiam à faucibus reuelluntur. Materia autem medicamenti potest esse manna electa, sy. ros. solut., agaricus, Rhab. quæ ad libitū peritissimi curantis possunt sub debita forma administrari. Post purgationē possūt vniuersaliter cucurbitulæ scarificatæ adhiberi, vt quæ deriuandi, atq; euacuandi vim habent: à sectione venæ sub lingua abstinerem, quia malum non est à sanguine puro, sed

prophagium

Curatio.

sed ab alijs prauis succis excitatū; & nunc ab eisdem fouetur; siquidem obseruatum est, quod ex sectione venæ sub lingua debilitatur magis pars; & corruptio augetur. Quare semper tutius est bezoartica exhibere; hæc enim roborandi cor, ac malignitatem superandi magnam vim habent. Sūt autem præsertim illa duo, quæ maximè omnium comendantur à Gal. lib. de Theriaca ad pisonem cap. 16. & lib. 9. de simpl. c. de terra sania, nempe Theriaca, & ter. armenia. Verùm in casu nostro Theriacam omitterem; hanc enim maxime habet suspectam Galin. puerili ætate: Quare potius terra armenia, lapide Bezaar, Margaritis hyacintis, & similibus esse vtendum, puto; permittis cum sy. de acido cit. sy. de infus. ros. rub. puluere scordij, aquis cordialibus borrag. & scorzoneriæ. Non sunt interea omittenda topica præsidia, quæ non indiscriminatim applicanda, sed iuxta huius mali tempora. Habet enim hoc malum, nõ secus, ac alij morbi, sua tempora, quorum primū est, cum inflammatio tantum incipit, Secunda cum incipit liquatio, siue Gangrena. Tertium; in quò superuenit corruptio maior, & fauces profundius corruptæ, ac denigratæ apparent; & tandem, in quo, extincta putredine, reliquum est vlcus. Nos autem, quoniam sumus in secundo huius mali tempore, nempe quod iam liquatio capit, & color carnis in album mutari; indicatio insurgit

emortuam carnem remouendi; remotio autem abstergentibus absolui debet; nempe rhodomelle, sy. de infus. ros. rub. de moris, addito puluere aluminis zucc., quibus nisi remittatur, quin potius excresecat, & ad tertium tempus transeat; ad validiora est confugiendum; nempe ad caustica; hæc enim corruptas carnes dissipandi facultatem habent; nam Gangrena est de illis malis; quæ citra ferrum, & ignem sanari non possunt; quibus cum infaucibus vi non liceat; ob maiora, quæ inducere possunt mala; vt inquit Aret. lib. 5. c. 9. Medicamentis similibus vtendum est; sicuti esse potest aqua Aluminosa; oleum sulph. oleum calchati, aqua Theriacalis; syrupus de corticibus nucū, cum eodem alumine permixtus; ac simul succo alleluiz: Tunc sunt quoque reijciendæ colutiones ex rhodomelle, decocto hordei; scordij, & aluminis zuccarini: Interea victus ratio sit tenuissima; & sub forma liquida; verum si interea accidat; vt deglutiendi impotentia; cibum, & potum impedire videatur; ita vt nutriri non possit; efficiendum est; vt corpus sustentetur non solum per odores carniū; verū etiam per clysteres nutrientes, de quibus agere, spectat ad peritissimum medicum curantem; sed vtinā his omnibus auxilijs detur locus.

APPENDIX.

**A**ngina communiter dicta, quam squinantiam Arabes appellant, dicitur ab angēdo, quia ita patientes angit, ut illos quasi strangulet. Definitur autem, quod sit inflammatio musculorum, gutturis, vel faucium; per inflammationem autem quid generaliter intelligimus, ut alibi notauimus; per Guttur, verò caput asperæ arteriæ, per fauces tandem intelligimus omnes illas partes, quæ Gulæ, & Gutturi præiacent; & aperto ore conspicuæ sunt, *ut 4. aph. com. 34.* His itaque partibus inflammatis fit Angina; nã ex talium partiũ inflammatione succedūt duo illa symptomata, quæ necessariò sequūtur Anginã nẽpè difficultas respirandi, & difficultas deglutiendi; nã inflammatio circa has prædictas partes existēs; impedit transitũ aeris propter respirationem, & cibi propter deglutionem; quamuis in nonnullis Anginis lædatur magis respiratio, in alijs verò magis deglutitio: communiter verò quatuor afferuntur differentiæ anginarum *ex Hip. & Gal. 4. acutor. com. 33;* vel enim inflammantur partes internæ Gutturis; & tunc talis Angina appellatur cyananche; vel influmantur partes externæ gutturis, & talis Angina appellatur paracynanche; vel inflammantur partes internæ faucium, & tunc appellatur synanche; vel inflammantur partes

externæ faucium, & tunc appellatur parasynanche.

Causa immediata huius mali est sanguis in venis prædictarum partium conuocatus, ibique tumorem faciens calidam intemperiem inducit, ex quibus integrè constat inflammatio: solet verò aliquando sanguis esse purus, vel pituitosus, vel biliosus, vel melancholicus; atque hinc patent causæ remotæ, & externæ, inter quas numerat *Hip.* quandam Anginam factam ex luxatione vertebræ colli. Dignoscitur autem Angina generaliter ex quatuor symptomatibus, quæ solent in qualibet Angina apparere, quorum primum est dolor, qui pendet ex confluxu materiæ, secundum est difficultas Respirandi. Tertium est difficultas deglutienti. Denique quartum, quod solet apparere febris ob inflammationem. Signa verò cuiuscunque differentiæ sunt; quia si inflammatio sit in Guttore, respiratio est difficilis, frequens, & violenta, *ut 4. acut. 34.* notauit *Gal.* ita ut quandoque Ægri non possint respirare, nisi erecta ceruice; secus verò dum inflammatio est in faucibus, respiratio non est difficilis; sed deglutio est difficillima; ita ut quandoque neq; aqua possit introduci. Si fuerit inflammatio in partibus externis, apparebit tumor circa faucium partes, & circa collum; si verò sit in partibus internis, nullus apparebit tumor, *ut 4. aph. 1. 34.* Tandem distingues causas: nam si sit pu-

ras sanguis, erit in corpore dispositio plethorix, maximus dolor, rubor; & tumor ingens: si sit sanguis biliosus, nō erit tāta rubedo, dolor erit acutus, cū leui, vel nullo tumore: si sit pituitosus, ferè nullus erit dolor, neq; calor, neq; rubor, sed potius tumor albicabit, & erit mollis: tādē si sit melancholicus, tumor erit durus citrā ruborē, & nulla erit febris, aut fortè exigua, & lenta. Cæterū morbus hic generaliter est valde periculosus, & vt plurimum acutissimus, ita vt infra quatuor dies perimat; præsertim vbi maxima læsa est respiratio: tunc enim solet prima, vel secunda die interficere, vt 3 *progn. t. 16.* minus tamen periculosæ sunt illæ Anginæ, quæ sunt in partibus externis, vt *ibidem t. 17.* in quibus Anginis febris est vehemens citissima mors succedit, vt 4. *aph. 34.* Tandem lethales quoque sunt, quæ pendent ex luxatione, *ibidem t. 45.* Quare cū hic morbus sit acutissimus, citissimam postulat Curationem, hinc instituto victu tenuissimo, statim mittatur sanguis, primò ex vena iecoraria: deinde ex cephalica, etiam ter, aut quater, & pluries eadem die, stante necessitate, ne scilicet ob copiam sanguinis suffocetur: deinde, si videatur adhuc sanguis abundare, possumus scarificare cucurbitas in spatulis, vel denique secare venam sub lingua, vt cōsultat *Hip.*; hoc autem auxiliū postremo loco cōuenit, & optimè euacuato corpore, ne maior fiat attractio: Si verò

interim non cedat, statim corpus, purgare debemus, cum cass. vel manna electa dissoluta cum decocto pectoroli: possumus etiam in principio parare Gargarismata repellentia, & procurare extrinfecationem materię ynctionibus, & cataplasmate, ex cass. & tandē circa finem, ac cessante fluxione, debent gargarismata esse resoluētia. Demum notantur, quædam remedia à scriptoribus, quæ à proprietate creduntur iuuare Anginam: inter ista est stercus canis albi, cinis Hirūdinum, vel coclearum vltarum, caput viperæ serico suffucata, & collo appensum. Sunt nonnulli, qui vbi hominem præfocatum iri dignoscunt ad laryngotomiam, tanquam ad sacrā ancoram confugiunt, cuius Remedij mentionem fecit *Paul. lib. 6. cap. 33.* & *Brasauulus Ferrariæ* in quodam anginoso suis proprijs manibus, cum nullus chirurgus id facere auderet, hominem liberavit, & sanauit, quod remedij genus non esse reiciendum, puto: vbi præceps periculum imminet suffucationis; non enim vulnera asperæ Arteriæ sunt lethalia, præsertim si inter anulum, & anulū sectio per transversū fiat in tertio, vel quarto annulo infra guttur, & Aeger non sedeat, sed iaceat. Illud verum est, quod hæc operatio in vltima desperatione fieri debet, & tunc prius consulēdi sunt Ægri, atque adstātes, exposita periculi magnitudine, ac inuitabili interitu: nā si inuāt, est faciēda, sin minus, abstinēdū.

CON-

CONSULTATIO XIX.

*De penetrante Thoracis vulnere pro quodam nobilissimo viro.*



**I**N Thoracis vulneribus quod primū considerandū occurrit, est penetrationis cognitio; quam multas ob causas esse admodum difficilem, & circa initia non semel imperceptibilem; præter præclarissimorum virorum decretum; quotidianus docet euentus: hanc .n. sæpè neque candela accensa, neque lana carpta, neque Gossipiū optimè carminatum supra vulnus admotum, possunt denunciare; quia neque lana; aut Gossipium tussiendo quasi vento agitantur, etiam ore, naribusque clausis; quin neque Radio plumbeo quantum-vis prudenter admoto, & ex arte aptato adinuenire illā possumus; siue ob vulneris obliquitatē, vel musculorū inopinatam agglutinationem; siue ob cōfractæ costæ recursum ex teli abstractione factum, vel incostantē fauciati situm; vel intercostalium musculorum, qui exterius pectus circumscribunt extumescentiā, atque inflammationem. Quare non mirum, si in prima, aut secūda visitatione penetrationis via non fuerit adinuenta, quamquā à peritis Medicis fuerit vulnus exploratum. Quod mox esse penetrans, monstrant indubitata in-

dicia, nempè sinistri lateris dolor, grauitas, ac pondus iuxtà falsas costas, sputum cruentum, ac subpurulentum, difficultas respirandi; tussis molesta; febris in vestigio, com meatus materiæ ex vno in aliud latus, efflatus aer, qui dū per vulnus sufflando exhalat, crepitus quidam persentitur; & ampullæ multæ, quæ iam efformantur; hæc enim cum ad Thoracis vulnera sequuntur, certam denūciant penetrationem: vt, præter *Gal. lib. 4. de loc. aff. c. 9.* refert *Ioannes Andreas à Cruce lib. 4. t. 2. c. 3. de vuln.*: Sed vtinam ne, præter penetrationem, aliqua internarū partium læsio sit quoque adnexa, & præsertim Pulmonis, de cuius læsione non leuis suspicio est; non solum quia viget difficultas respirandi; verum etiam quia ab instrumento valde acuto, oblongo ab animo irato, ac forti brachio fuit vulnus illatum. Quod multas ob causas esse valde periculosum, existimo. Primum ob plures, quas cernimus esse violatas partes, nēpe musculos intercostales, neruulos, arterias, venas, pleurā. (Nā de pulmonis læsione adhuc non satis constat.) quæ munera præstantissima exercent, nempè expirationē, & inspirationē. Deinde ob propriam sui essentiam: quia magnum est secundum pro-

funditatem: magna autem vulnera periculosa pronuntiatur à Gal. 4. met. c. 6. Tertio ob assiduū motum, motus autem fluxiones, inflammationes concitat: & vniōē impedit. Quartò, quia aer externus per vulnus ingrediens interna viscera non parum offendit, & internus exhalat, quo expirante, atque euascente virtutis robur notabiliter læditur, atque dissoluitur. Præterea si simul cruenta materia, vel saniosa ac purulenta intra cavitatem effusa, retineatur, læthalem infert calamitatē; necessariò enim putrescit, & mortem infert: si ex Thoracis vulneribus nigra sanies, & fetida egrediatur, vt plurimum fauciati moriuntur, inquit Hip. lib. de coacis præmotionibus: non enim huiusmodi vulnera commode detergi possunt; nec sanguis educi, atque euacuari: quare facilè morbi insanabiles, & læthales sequuntur, nempe fistulæ, purulentæ collectiones, tabes, &c. Tamen quia nobilissimus noster Patiens est in iuuenili Ætate constitutus, & vires quam maximè adhuc vigent, de salute est bene sperandum, inquit Valleriola lib. 3. enarrationum med. enarrat. 8. Quare eliciendæ sunt indicationes; quarum prima esse debet educendi sanguinem in capacitate collectum: Secunda prohibendi, ne sanguis, vel sanies in Thoracis spatium dilabatur: Tertia abstergendi, & exiccandi: tandemque reuellendi, deriuandi, ne alieni succi ex vniuerso corpore, ad sedem affectam de-

fluant, & inflammationem iam inchoatam augeant. ad educendum sanguinem in capacitate collectum Periti medici varijs artibus, varijsque suffragijs vtuntur; nam potest educi per vulneris orificium, per os tussiendo, & per vrinæ vias; quæ omnia non probantur in casu nostro; non enim conducit per os tussiendo, ac per vrinæ vias euacuare, atque expurgare cruorem, serosasque superfluitates, quæ in capacitate continentur; tussis enim spirituales partes nimis exagitat, vberioreque materiam ad cavitatem allicit: euacuatio pariter per vias vrinæ ex solo vsu attenuantium, ac diureticorum sperari potest; quæ propter febrem, sitim, aliaque accidentia, quæ vigent, sunt prorsus reicienda. Quare tutius est, ut per vulneris orificium educantur; quod, cum exiguum sit, est ampliandum, apertumque seruandum, tamquam medela eius, quod in capacitate continetur. Sectionis autem initiū à medio musculi spatium esse debet, versus inferiorē costam descendendo; nā sic euitantur vasa, quæ superioris costæ parti adhærēt lib. de vul. c. 18. inquit Fallopius. Vt autem apertum seruetur, tubulum argenteum, vel plumbeum perforatum admoueri debet; Cuius beneficio materia, quæ in capacitate cōtinetur, educatur; artificiose tamen, & sub debita longitudine applicetur; ne contenta viscera attingat, & lædat; & ne in cavitatem cadat, forni filo alligetur: verum si hac arte

non

non educatur, ita situandus est Æger, vt infimas partes spectet, & pedibus suspendatur, vel ita concutiatur, vt tota materia liberè exire valeat, modò lectum ipsum eleuando, modò deprimèdo, modò membrum ipsum attollendo, modò demittendo, pro vt vulneris orificium cõsulit, inquit *Gal. 5. met. c. 8. ¶ 5. de locis affect. c. 2.* Quibus non iuuantibus, ad illud instrumentum est recurrendum, quod syringa à latinis, Pæicleum à Græcis dicitur; verum, si quia grumefactus, educi non possit; attenuantibus, ac dissoluentibus, vtendum esse puto; nempè syr. acetoso, melle ros. melicrato, quod nõ parum probatur à *Gal. locis citatis*; Conformatur autem ex duabus partibus aque fontis, & vna mellis. Sed his efficacius est decoctum, v3. ℞. hord. mundi, lentium ana ʒ 2. consolidæ maioris, hyssopi liq. ana m. ÷ aq. fontis q. 5. pro decocto; cui adde mellis ros. ʒ 4. & iterum parum bull. col. seruetur pro vsu, quod intra vulnus syringa iniicitur. Sed ne sanguis, vel alia purulenta materia in Thoracis spatium delabatur, efficit conueniēs situs, nempè si collocetur Paterius supra apertum vulneris orificiũ, super quod debet, quantum fieri potest, decumbere; nam sic prohibetur, ne sordes, quas assidue labia vulneris eructant, in capacitatem distillent; & si essent iam collectæ, proprio pondere ferantur ad vulnus. Confert etiam, vt per quædam interualla ore, nari-

busque occlusis spiritus supprimatur quòusque pulmones intumescant, & diaphragma contrahatur, ita vt contenta materia ad vulnus exprimatur; non enim libenter admitto, vt noster Paterius tussiat, vt materia fortius expellatur ad vulnus; quia Thoracis partes nimis exagitantur, ita vt ambientis iniuriæ præsto sint, & noua materia in dies ad cavitatẽ confluat, inquit Cæsar Magatus, quod accepit ab *Hip. lib. de loc. in homine*, vbi scripsit, agitata vulnera perenni motu denuo lacerantur. Ad abstergendum verò exiccandum, natiumque calorem fouendum, probarem terebenthinam claram venetam, permixtam cum portione aliqua mellis ros., oleique hipperici, tepidi, intra vulnus instillatam: deinde, apparente aliqua sorde, lotionibus ex vino, & melle, vt decocto hordei, & lentium addito, melle, vulnus abstergatur; atque exiccetur. Sed his omnibus efficacius est decoctum agrimonię, æquiseti, bett. cetaurei, & pipinellæ in vino rubro paratum, addito rhodomelle. His deterfo, atque exiccato vulnere, ac restituto, quantum fieri potest, naturali affecti loci tẽperamẽto; vnitas solutæ partis procuranda est per nouæ carnis generationem, medicamentis longo vsu, & experientia comprobatis, nempè pulueribus sarcoticis. thuris, aloes, sarcacollæ, myrrhæ, bol. arm. permixtis cũ oleo abietino, & resina terebenthinæ, vel vnguento de matresilua, vel vnguen-

guento basilico, ex quibus possunt lineamenta ex arte contorta obliniri, & duplici filo alligata intra vulnus demitti. Tandem ad deriuandum, ac reuellendum, præter venæ sectionem, quæ bis fuit facta, ac frictions, quæ in diebus quoque fiunt, probarem, ut venæ sedis aperiantur, quarum apertio pro Thoracis affectibus adiuuandis communiter probatur, tamquam satis proficua; à purgantibus his primis diebus abstinere; tum quia adhuc per interualla viget sanguinis profluium; tum etiam quia purgantia corpus excitant, sanguinis profusionem concitant, corpus calefaciunt; & febrem augent. Quibus omnibus addenda est proba victus ratio magis, minusue tenuis, aut plena, prout occasio tulerit, de qua re me remitto ad arbitrium peritissimi curatis: pro potu probare aquam capil. ven. vel hord.: aer interea sit temperatus, & potius vergat ad calidum, quam ad frigidum: vitetur omnis motus tam corporis; quam animi; somnus sit moderatus: supra vulnus, ut plurimum dormiat, ac quiescat, ut facilius contentæ materiæ pateat exitus; alius sit lubrica, & si talis non sit, arte procuretur. his enim auxilijs posse nobilissimum vestrum patientem sanitati restitui, speramus, & ordinemur Deo fauente.

## APPENDIX.

**T**Horax humani corporis satis nota Regio à clauiculis ad diaphragma vsque exposita, costis vndique circumscripta, præstantissima viscera continens, sæpè sauciatur. & ut plurimum grauissimis vulneribus opprimitur: de his igitur uulneribus primum videbimus causas deinde inuestigabimus signa, quæ docet, ac docere possunt penetrationem; Tertio præsagium: & tandem curationem. Et quantum ad primum non est admodum laborandum in perquirendis causis horum uulnerum: nam satis notum est, quod sint omnia illa instrumenta, quæ perforandi, incidendi, ac contundendi uim habent, ut Gladius, pugio, pila plumbea, & huiusmodi. Quantum ad secundum, quæ docent, uel docere possunt penetrationem, sunt radioli, specillum, digitus, & consimilia alia, quæ in angustis, ac obliquis uulneribus penetrantibus inuestigandis habentur: debet uero ex plumbea materia esse constructa. uel cerea, ut facile flecti, ac intronitti possint, licet frequenter digitus uerus sit iudex: in amplis uero, ut plurimum sat est sensus uisus: uel simul etiã sensus auditus, u3. cum afflatus aer per uulnus sufflato exhalat, ampullæ multæ efformantur, & crepitus quidam per sentitur: quod maximè accidit, cū uulnus per rectam lineam ad capacitatem fertur: cavitatē quo-

quoque ferrum permeasse, significat, præter spirituum exitum, candela accensa, vel gossipium, ore & naribus clausis, osculo vulneris admota; Quia ubi est penetrans, candela vel extinguitur, vel flamma dimouetur; in qua res est sciendum, aërem illum non esse portionem eius, qui ore, & naribus fuit attractus; quippè hic ad pulmonem solummodo peruenit; qui verò per vulnus exit, est idem, qui per idem vulnus permeauit in Thoracis dilatatione; quo fit, vt sic affecti non raro voce priuentur; quia maior aëris portio trahitur à Thorace per vulnus, quam per os ad pulmonem: quare deficit in efflatione ad vozem materia. Verum, si accidat, vt penetrationis notitia ex supradictis haud haberi valeat; ad causam instrumentalem, ac efficiens rem est confugiendum: Quare inquirendum est telum, ex quo illatum fuit vulnus, v3. num fuit acutum, ob longum; tenue, & quale, vel circa basim amplum, & crassum, circa cuspidem acuminatum; num fuit per rectam lineam, aut obliquam illatum, nū ab homine robusto, irato, &c. nū fuit obiectum, minus acuminatū, contundens, &c. ex his enim sæpè penetratio detegitur, ac læsionis terminus adinuenitur; est enim necesse, vt ex longiori, acuroque instrumēto à forti brachio illato, ingens sit læsio, & vulnus ad capacitatem penetrans. Quod si neq; ex his penetratio adinueniri possit, siue ob vulneris obli-

quitatem, siue quod ipsius cavitatis, ab aliqua muscoli portione, claudatur; tunc collocandus est sauciatus in eo situ, in quo fuit vulneratus; nam sic seruantibus partibus eundem situm, quæ tunc obtinebant, facile ex specillo penetratio adinuenitur. Tandem si neque ex his penetratio detegatur, congrua sectione vulnus ampliatur; nam tunc specillo admoto, vt plurimum penetratio adinuenitur; solent etiam dubiam penetrationem ostendere quædam grauissima accidentia, quæ ob sanguinem in capacitare collectum necessariò sequuntur; inquit *Gal. lib. 4. de loc. aff. c. 9.* nēpè lateris dolor, pondus iuxtà falsas costas; sputum cruentum, aut saniosum, fetens anhelitus, tussis molesta; comæatus materiæ ex vno ad alterum latus, & febris; quæ si absint, non sunt expectanda, sed prima die, atque hora est terminus vulneris explorandus, & penetratio adinuenienda. Animaduertendum tamen est, quod non semper est necesse, confosso Thorace, ac tælo internam cavitatem attingente, spiritus per vulnus efflari; quia non semel est obseruatum, pulmonem esse in pluribus pleuræ adnexum, & connexum: hæc autem pulmonis cum pleura connexio causa plerumque est, vt impediatur vulneris efflatio, & medici decipiantur, inquit *Realdus Columbus lib. 5. de ijs, quæ rarò in anatome contingunt.* Quod si *Gal. 1. de loc. aff. c. 1.* Dixerit, spiritus efflatum confossi Tho-

Thoracis esse signum: verum quidem est; & omnium ferè medicorum, qui chirurgicam facultatē, aut scriptis, aut opere profitentur; persuasa opinio est, nempe confosso Thorace, ac telo internam cavitatem attingente necessariò spiritum per vulnus efflari, non tamen è conuerso, nempe si confossus est Thorax, necesse est, vt fiat efflatus; quia interdū impeditur ab illa connexionē pulmonis. Dignum quoque adnotatione est, quod prodit *Hieronymus Fabritius*, v3. non confosso Thorace, exire tamen acrem, & mukam stili portionem ingredi, quod maximè accidit, vbi vulnus propè os pectoris existit, & id euenire inquit propter insignem cavitatem, quem faciunt membrana ad sternon, ad distinctā, ac separatam cavitatem Thoracis. Quare sicuti magna teli portio, quæ in vulnus ingreditur, non arguit, vulnus esse penetrans; ita à parua interdum apparet esse penetrans. Thoracis vulnera ferè omnia sunt periculosa, licet penetrantia non sint, & curatu difficilia. Primum, quod hæc regio in continuo est motu propter cor, quod continuò mouetur; ad motum vero cordis reliqua viscera etiam mouentur; motus autē præterquam concitat fluxiones, impedit etiam agglutinationē; carnisque regenerationem. Deinde ob focum caloris, nempe cor, quod intra se continetur, inflammationibus est quammaximè obnoxium. Tertio ob costarum læ-

sionem, quæ facile corrumpuntur, & inde in fistulas degenerant. Quarto propter sanguinis profusionem, quæ ad fauciatas venas, & arterias necessaria sequitur. Quæ verò penetrantia sunt, periculosissima pronunciantur, vt supra iam diximus, præsertim quæ ad posticam partē accipiuntur; hæc enim propter venam illam magnam, eiusdemque multiplices Ramulos, & propter neruorum compages sæpè mortem inferunt: cæterum Thoracis vulnera non penetrantia, vt reliqua vulnera curantur. Quæ verò in cavitatem penetrant, quomodo curari debeant, est valde controuersum; nam sunt, qui dicunt, vulnus illico esse consuendum; nam sic prohibetur, ne exterpis aer in capacitē ingrediens, contenta viscera refrigeret: nec est timendus sanguis incapacitate collectus; nam facile à naturali calore conquoquitur, attenuatur, & tandem à pulmonibus per sputum expellitur, vt in empiema quoque fieri contingit: secus verò alij aliter sentiunt; dicunt enim, nullum Thoracis vulnus esse consuendum, siue sit cum læsione partium internarum: siue sine læsione; quia materia, quæ in cavitatem continetur, facile ob loci caliditatem, continuumque Thoracis motum inflamatur, & corrumpitur; quare vel empiema inferret, vel Ægrotantem iugularet. Adde, quod contenta viscera ob cordis refrigerium, libero egent spacio, quod à contenta materia im-

pedi.

peditur; quare Aegrotantes, vel miseram ducunt vitam, vel suffocantur.

Præterea, si in empiemate, ut materiæ detur exitus, in quarta, & quinta tantopere sectio commendatur; Cur in his vulneribus apertum orificium non est seruandum; nam certum est, quod materia in capacitate collecta, debet expurgari; sed cum nulla sit alia via, per quam commodè possit educi; idcirco, ne maioribus malis detur occasio, vulnus apertum est seruandum: Neque est dicendum, quod per os, & vrinam potest euacuari; quia per has partes sine maxima difficultate educi non potest; nam si per vrinam debeat excerni, est primum necesse, ut pleuræ substantiam penetret: deinde in venam sine pari, postea in emulgentes; Renes, vreticas vias, & tandem ad vesicam; si per os, ac tussim, necesse est, ut per pulmonis substantiam etiam membranosa ad arteriam Asperam transmittatur, & tandem per os excernatur idque raro, aut nunquam fit; at derelinquere Aegrotantes in tanto discrimine, valde impiū est: quare perpetuò Thoracis vulnera aperta sunt seruanda. Sed hæc difficultas facilè soluitur, si hæc distinctione utamur; nam vel fauciat i corpus sanū est, & sanguinis quantitas pauca, aut nulla sit, illic vulnus esse consuendum, fere omnes fatentur. Secus verò; vbi languentis corpus, est cacochimum, & sanguinis copia in capacitate continetur; tunc

enim vulnus apertum esse seruandum, recepta opinio est, non enim conducit vulneris osculum occludere, vbi materia copiosa in capacitate est retenta: sed candelulo, vel aliquo alio instrumento est apertum seruandum, tanquam medela eius, quod in Thorace continetur: non enim curandum est vulnus quatenus morbus est: sed potius tanquam salubris causa conseruandum: quia nisi materia quotidie educatur, pessima symptomata est allatura. Quod si quis dicat quod sicut Abdominis vulnera penetrantia consuuntur, etiam si materia intus consistat, ita quoque Thoracis vulnera consui possunt. Quia ficile est responsum: quoniā in vulneribus Abdominis materia illa, quæ in cavitate continetur, ad illam descendit partem cauam, quam efficit os sacrum, vna cum osse pubis, & coxendico, vbi rectum intestinum etiam continetur: ad hanc igitur cauitatem tanquam ad cloacam omnia huius regionis excrementa deponere natura solet: quare per dictum intestinū, vel per anum, vel per inguina, hanc materiam potest euacuare: id autem in materia, quæ in capacitate Thoracis continetur, contingere minimè potest, in qua expedita via nulla adest, per quæ educi, atque euacuari possit, ut iam dictum supra est.

K

CON-

## CONSULTATIO XX.

*De empiemate pro quodam nobilissimo viro.*



Optimam, atque opportunam in vnoquoque morbo curando esse adhibendam curationem, præcipit *Hip. lib. 1. de morbis t. 1.* quæ si præstita fuisset in curatione Thoracis vulneris huius nobilissimi viri, non utique morbus morbo successisset, nec de pernicioso empiemate, nempe de purulentæ materiæ collectione, in capacitate Thoracis, quæ non finit Thoracem attollere, conquereretur: eaque detineri, costat. Primò ex difficultate respirandi: quia ut pulmones commode possint dilatari, Thorax quodammodo vacuus fuit à natura constructus: quare quoties in hac cavitate pus colligitur anhelitus difficultas necessariò sequitur, *vi 2. progn. com. 5 2.* notavit *Gal.* Deinde ex tussendi cupiditate, nec quicquam commentatione dignum expuit: etenim, si excreasset, nequaquam purulentus euasisset: causa autem, cur nihil expuat, triplex est, nempe ipsius puris lentor, & crassitudo: continetis pulmonem membranulæ densitas, & facultatis imbecillitas. Tertio ex grauedine, & fluctuatione, quæ fiunt ex puris præsentia, atque motu. Quarto ex febre, quæ noctu præsertim, & assumpto cibo, inualefcit: quæ cur accidat *1. de*

*diff. feb. c. 1.* docet *Gal.* Quinto ex rubedine Genarum, quæ propter pulmonis calorem accidit: cuius causa eleuantur tenues vapores, qui Genas, & caput petunt. Tandem ex extremarum omnium partium caliditate, oculorum concavitate, pedum extumescencia, vnguium curuatione, cibi fastidio, aliisque notis, quas refert *Gal. loc. nuper citatis.* Cuius mali causa licet possint esse angine, vel pleuritidis, suppuratio, aut destillatio, vel sanguinis eruptio, ut præter *Hip. 7. aph. t. 3 8.* & *5. aph. t. 1 0.* notavit quoque *Paul. lib. 5. c. 3.* in casu tamen nostro fuit facta; siue simulata vulneris sanatio, nempe externarum partium, non autem internarum agglutinatio; tunc enim ut sequatur suppuratio, est necesse, inquit *Hip. lib. 1. de morbis t. 18* quod frequenter accidit miseris sauciatis, qui à nefarijs circulatoribus, ac medicis curantur, ne dicam necantur. Quæ quidem purulenta materia, in capacitate retenta, cum sæuè moueat accidentia, nec per vias vrinæ; nec per aluum, nec per abscessum, nec per asperam arteriã, per quam sæpè expurgari consuevit, educatur, periculum præceps imminet, non solum pulmonis, ac pericardij exulcerationis; verum etiam suffocationis, tabis, & inuitabilis interitus; nisi quam-

ce-

celerrime educatur : tamen; quia vires adhuc consistunt ; nec tota forsan Thoracis cauitas est adhuc repleta , sed sinistra tantum pars afficitur ; salutis fiducia adhuc viuit ; eo magis , quod prudentia curantis ; & obsequentia Ægrotantis , non parum auxilium præbent . Ad educendam autem purulentam materiam in capacitate collectam , respirationis vias obstruentem , naturalemque calorem suffocantem , probarem attenuantia , atque abstergentia , quæ ex Gal. decreto 5. de simpl. c. 13. non debent esse neque nimis calida , neque nimis acria , & exiccantia ; quia si materia nimis exiccetur , expulsionem fit rebellior ; sed lambitiua , quibus parum , & sæpè est vtendum , sicuti est decoctum hordei , liquiritiæ , hyssopi , & Iridis , addita portione aliqua oximellis , hoc de pulmone vulpis , hoc , quod sanum : & expertum appellant , simulque syrapi viol. vel de liq. , vel de farfara ; quod si interea pus mordax appareat , Terebenthina abietina cum puluere liquiritiæ vtendum , aut saccharo optimo ad 32 ; verum si fetidum pus excernatur ; exhibeatur aqua mulsa ex hyssopo , & origano : præterea si accidat , vt purulenta materia per spurum educi nequeat , quin potius in ventrem irruat ; vt facile contingere potest ; cum totum corpus sit transpirabile ; & peruium , & natura per occultos meatus , ac porositates nouam materiam ad aluum , tamquam ad aptam cloacam transmittat ; tunc ad emolli-

tes cliesteres est recurrendum ; vel ad pilulas ex terebenthina veneta cum rheubarbaro permixta ; vel ad mel rosatum solutium cum cass. & ag. , & demum ad optimos cibos lubricantes : his enim auxilijs naturæ motus , & conatus adiuuantur , & pus vnà cum excrementis , facile per hanc regionem educitur , quam tamquam aptiorè , & frequentiorè comendauit Hip. 2. de morbis . Quod si neque per tussim , neque per aluum educi possit , atque euacuari : tentandum est , vt per vias vrinæ expurgetur , per quas non raro natura in hac regione grauata : solet se exhonorare . Quomodo autem purulenta materia in Thoracis capacitate collecta possit , per vias vrinæ expurgari : variæ sunt authorum sententiæ , quas recensendi non est hic locus . Verum si quis hanc rem curiose scire desiderat : adeat Gal. lib. de locis aff. 6. vel Hieronymum Fabricium lib. de Operationibus Chirurgicis ; vel Clarissimum Marcum Aurelium Seuerinum lib. quem scripsit de recondita abscessuum natura . Auxiliorum autem , quæ huiusmodi opus præstare valeant , infinitus est numerus : laudarem tamen in casu nostri Ægroti decoctum Asparagi , feniculi , & Pimpinellæ , in quo potest dissolui lac seminum melonum , vel serapium , de quinque radicibus dissolutum cum sero lactis caprini ; aut saltè cum parua quantitate aquæ stillatiæ , sem. melonum : capil. verner. , graminis , enulæ , parietariæ , & pimpinellæ . Verum , vt verum

dicam, priusquam contenti puris excretio procuretur, leniente aliquo medicamento, corpus esse expurgandum, puto: humoribus tamen prius præparatis serapijs incidentibus, atque attenuantibus, nempe de hyssopo humido, de liquiritia, capillorum ventribus radicibus, & huiusmodi; Quibus exhibitis, ac præparatis humoribus, ad expulsionem vtiliter exhiberi potest cass. nouiter extracte per setam 3 1 ÷ diacap. Arnaldi 3 ÷ agarici croci, pulu. hieræ ex septem rebus, liquiritiæ ana 3 1. mis. & cum sach. fiat bolus: Poterit etiam exhiberi in forma pilularum, v3. ꝛ. hord. mundi. passularum enuleatarum ana p. 1. prunor. sebesten nu. 3. dattilorum caricar. ana nu. 2. liquiritæ rasæ, & contusæ ag. trohis. cum rhodomellæ sine sale Gemmæ ana 3 1. capil. vener. hyssopi recentis ana 3 1 ÷ f. d. in aq. capillor. vener. in sufficienti colat. diss. mannæ electæ, vel sacch. viol. 3 3. diacaptol. Arnaldi 3 4. sy. suess. 3 2. diaph. 3 2. mis. & f. potus. Sed si accidat; vt malum non remittatur, quin potius excrescat, ac periculum præceps immineat, ne suffucatio sequatur, ad maiora ex communi medicorum consensu est recurrendum, nempe ad chirurgiam, quæ, vt quameitissime fiat, præcipit *Hip. lib. 5. aph. c. 15.* nam, nisi infra 40. dies purulenta materia educatur, necessariò corpus contabescit propter vlcus, quod ex putrescente materia in pulmone excitatur: verùm, vt se-

ctio tutò fiat, vitari debet pars anterior, & posterior; vnde fieri debet ad latus sinistrum, quinque digitos longe ab osse sternon; sic enim vitatur omnis scrupulus, ne subiecte partes, quæ in capacitate continentur; attingantur: fiat autem inter quintam, & sextam costam: vt pulmo, ac diaphragma ab omni iniuria liberentur: non enim pulmonis extremitas vltra, quintam procedit, nec diaphragma vltra sextam costam ascendit: fieri etiam debet ad partem supernam sextæ costæ; quia sic etiam prohibetur, ne attingantur, nervuli excurrentes, & venæ intercostales, atque arteriæ: incidatur tamen prius cutis, ac deinde perforetur; fiat quoque oblique, & parua incisio. Qua peracta, non vnica vice totum pus educatur: nam id vetat *Hip. lib. 6. aph. tex. 17.* ne virium iactura, animi deliquiù, & tãdem interitus sequatur. Quibus peractis, candula plumbea perforata; & alata, filo alligata intromittatur, prudenter tamen, ne pulmones attingantur: sit quoque curua, & oblique deorsum procedat, v3. diaphragma versus, & pus inde quotidie iuxta uirium robur, educatur. Illud tamen verùm est, quod vt pus facile educatur, confert, vt fiat, excitatio, commotio, atque supra vulnus inclinatio. Tandem, si pus ob sui crassitiem, affectique loci imbecillitatem educi nequeat; mulsa injiciatur, vel instrumentum illud applicetur, quod syringa, siue Piulculum, siue siphon appell-

pellatur: iuxta vulneris formam concauatum; atque eisdemmet medicamētis vulnus curetur, quibus reliqua Thoracis vulnera curantur: In quibus omnibus de sex rebus nonnaturalibus optima habenda est prouidentia; nam aer ad calidum, & siccum vergere debet, somnus pariter sit moderatus, repletio vitetur. Cibi sint boni succi, incidentes, & maximi nutrimenti; vt sunt contusa pullo- rum, iura consupta, carnes Auicularum montanarum: oua recētia, & similia: præsertim verò probantur extremitates Hædorū. Cæterum vtrum suppurati, qui vruntur, vel secantur sint euasuri, considerandum etiam pus, inquit *Hip. lib. 7. aphor. tex. 44.* quod si appareat purum, & albū, liberantur: secus verò, si subcruētum, & foetidum, moriuntur. Illud tamen silentio prætereundū non est v3. quòd sectio Thoracis non est facienda, nisi vires sint robustæ: nam obseruatum est, quod qui Thoracem secant, aut ferro, ad imam usque adurunt, vel statim mortem inferunt, vitali spiritu vna cum pure confertim euacuato; vel fistulas insanabiles inducunt, inquit *Paul. lib. 6. c. 44.* quare semper cautè est procedendum in his deploratis malis curandis.

APPENDIX.

**E**Mpiema latini suppurationē appellant, licet plures habeat significationes: tamen hoc

loco sumitur, pro ea puris collectione, quæ fit in capacitate Thoracis, & circa pulmonem, quid autem sit, ex dictis patet: est enim puris collectio ex sanguine extra vasa existente suppurato, siue ex disrupto abscessu pulmonis, vel Thoracis, siue ex vulnere. Difficultas tamen est, an ex catarrho pituitoso descendente ad Thoracem fieri possit empiema. Sed facilis est responsio, eamque docet *Gal. 7. aph. com. 30.* vbi inquit, quod ex pituita non potest fieri verum pus: quare neque fieri potest verum empiema: sed solum spurium, & illegitimū distingues verò, an sit verum pus, ex odore: quia verum pus iniectum carbonibus fetorem maximum exhibet: falsum vero parum, aut nihil fetet. Deinde, quia verum pus deiectum in aqua descendit ad fundum vsque, falsum verò supernatat. Dignoscitur autem empiema primò ex difficultate respirandi, cum febre continua habente naturam febris factę: deinde ex dolore grauatiuo circa Thoracē; & cum tussi emittitur sputum purulentum. His adde causas prægressas, nempè inflammationem, vel abscessum, vel catarrhum, uel sputum sanguineum, uel vulnus. Morbus hinc quamuis sit diuturnus, certā tamē affert mortē, quę tunc solet esse proxima, cū respiratio est ualde læsa, tussis difficilior; & sputum apparet feculentum, subcruentum, & maximè fetidū. Cæterum huius mali curatio consistit in euacuatione puris, eiusdem-

demque absterfione; quæ cum nec per tuffim, neque per vrinarium ductum, neque per aluum, neque tandem per ea *secundo de morbis* proposita ab *Hip.* æduci valeat; ad chirurgiam esse confugiendum, fatentur ferè omnes probati scriptores, nempè ad per-

forationem Thoracis, quæ quomodo tuta fieri possit, iam dictum est. verum, vt verum dicam, præsidium hoc maximum, non esse usurpandum puto, nisi cum maximè puris copia vrget, quæ alia ratione euacuari non potest.

## CONSULTATIO XXI.

*De Cancro incipiente sinistra mammilla, pro quadam honestissima muliere.*



Terum propter eã, quam multis cum partibus habet cognitionem, non paueros gignere morbos, in dies obseruamus, & nunc huius honestissimæ mulieris aduersa fortuna cõprobatur, quæ septem ab hinc mensibus menstruorum purgationibus penè destituta, de duro, ac doloroso tuberculo, quod pedetentim ad sinistram mammam Cæpit erumpere, grauitèr conqueritur; & iure quidem; quia reddit naturã Cancrici, dum videmus, quod continet omnes illas notas, ac conditiones, quæ Cancrum constituunt, vtputa colorem sub rubrum, qui tendit ad fuscum, dolorem per interualla pungitium, & duritiẽ: sed maxime omnium, indicat locus affectus nempè spongiosa mammarum substantia, consueta hoc malignus pati, quæ non afficitur primario, sed secundo ob vteri vitium, menses suppressionem laborantis; ille enim san-

guis propter victus rationẽ, aliasque causas in vasis affatim includitur, nec per consuetas vias educus mammas petit, ibique diffusus eiusmodi tuberculum efformauit. Verosimile quoque est, præter vterum, sinistramque mammam, nobiliora alia viscera esse male affecta, præsertim verò Hepar, atque lienem; illud ad calidum valde intemperatum, feculentum sanguinis multum generat; hic verò obstructus, ac debilis, hunc crassum sanguinem, neque trahit, neque expellit: quare in vasis retentus, atque errans, imbecillas partes occupat; vnde sicuti plures partes sunt affectæ; ita plures, ac diuersi sint. p. N. affectus, est necesse, nempè in vtero obstructio, cuius causa fiunt mensium suppressiones; in Iecore intemperies calida, & sicca; in liene etiam propter succorum crassitiem eadẽ obstructionis dispositio viget; & demum in mammilla morbus in aucta magnitudine, tumor v3, durus, orbicularis, immerfus, ac fuscus

fci coloris, quæ non solum incipientis cancri notæ sunt; verùm etiam progressi, & efferati mali indicia præbent: quare non est scyrrhosis tumor, vt quidam putarunt, de quorum errore non miror: quoniam etiam peritissimi viri in distinguendo cancrum à scyrrho, valde laborarunt; siquidem circa sua initia ambo rudimenta habent satis confusa, ita vt vix à peritis medicis dignoscantur; erumpunt enim ad formam pisi, vel fabæ; exerescunt pedetentim ad magnitudinem auellanæ, deinde mali appij, postmodum ad formam mali punici, demumque ad formam magnitudinemque melonis amplificantur, inquit Rasis septimo ad *Abmāforem* c. 9. & *Gal.* quoque in *met.* c. 9. Quomodo autem scyrrhus à cancro distingatur, alibi dicemus. Incipientis cancri notæ patent ex dictis; sunt enim tartarij humores; non quidem putridi, sed qui vix incipiunt putrescere; nam ex his putrefactis cancri fiunt vlcerati, vt 2. ad *Glauc.* c. 10. inquit *Gal.* qua ratione scripsit *Paracelsus* ex salibus corrosiuis, arsenicalibus, ac aluminosis, de quibus menstrua maximè participant, fieri cancrum, siue occultos, siue exulceratos.

Pro cuius mali curatione communis indicatio esset educendi humores, vnde vitium natum est 14. *met. cit.* inquit *Gal.*; deinde prohibendi, ne amplius in venis colligatur, idque si fieri nequeat, saltem per interualla educantur, tandemque roborandi partem, ne

huiusmodi humores amplius recipiat. Quos scopos attingere, licet non sit impossibile, est tamen valde difficile, & operosum ob Iecur, quod ad eiusmodi humores producendos est admodum pronum; & geniti per consuetas vias non educuntur, sed supernas petunt partes, Hic autem motus vix potest prohiberi: non est tamen diffidendum; nam obseruatū est, quod cancri paruiores circa sui initia spem salutis admittunt, non solum per chirurgiam; verùm etiam per topica præsidia, præsertim verò per frequentē euacuationem; nam *Gal. lib. quos, quomodo, & quando purgare oportet*, quamplures mulieres frequenti purgatione ab incipientibus cancri fuisse liberatas, refert: initiū autem curationis esse debet ab euacuantibus; siquidem nil præstantius pro cancri curatione, ac preservatione inueniri potest ipsa euacuatione, præsertim per Hemorrhoides facta, vt 2. ad *Glauc. cit.* innuit *Gal.* & pluries repetita: sicuti etiam a pertio venæ saluatellæ; cauteria quoque, cucurbitulæ, frictions, & ligaturæ partium infernarum, è quibus sanguis educitur, deriuatur, & reuelitur, ac prouocatur menses, aperiantur obstructions, & refrigeratur Iecur, non sunt reiicienda. Interea leniatur alius clysteribus serapia quoque attemperantia exhibeantur; postea cathartics, quæ atrum humorem educere valeant, expurgetur corpus, de quorum materia, & forma me remit-

to

to ad peritiã Excellentissimi Medici curantis. Verùm post totius corporis euacuationem, probarem, vt exhibeantur quæ insensibiliter euacuant, vrinam cient, malignitatieque humoris aduersãtur, vt ius pulli iunioris alteratũ, vel columbi domestici, sal theriacale, trocisci viperini, ius canchrorum fluuialium ex lacte, theriaca magna cum conferua borraginis mixta, & huiusmodi: præceteris verò probarem quoq; longum vsum seri caprini optime depurati; nam refrigerat, & attemperat non solum Iecur, verum etiam totum corpus; hoc idẽ præstat lac caprinum, quo nihil præstantius inueniri potest; nam morbus hic vix illis nationibus visus est, quæ lacte vtuntur, vt de scitis refert *Gal.*, sicuti etiam lac Asininum, in quo Cancri fluuiales fuerint decocti, cuius longus vsus cancos placidissimos reddit.

Ad roborandam verò affectam partem, ne malignos hos humores facilè excipiat, leniendumque dolorem, dolorosam puntionem remouendam, feruoremque attemperandum, commendarem refrigerantia, leuioraque discutientia, quæ consistentia sint mollia, vt linimenta ex succo solani, sèperuiui, plantaginis oleo rosato cõpleto, plumbo vsto, & loto, portiuncula aliqua Ceræ exceptis, ac in mortario plumbeo diu agitatis: ab exiccantibus præsidijs, à puluere v3. litargirij, cerussæ, & similibus abstinerem; quia ex his dolores intenduntur, & cancri

magis efferascunt. Quare potiùs admouerẽ vnguentum populeũ, oleum lumbricatum, oleum ex vitellis ouorum, mucilagines sem. althææ, maluarum, & violarũ, addito puluere plumbi vsti, & loti. Non est quoq; contemnendũ linimentum ab *Horatio Augenio lib. 5. epist. 4.* adnotatum, cuius forma est hæc. ℞. succi plantag. depurati ℥ 2. ol. ros. omphan. ℥ 1 ÷, Cerussæ ℥ 3. agitentur simul in mortario plumbeo, donec recipiant crassiorem substantiam; inquit enim, quod eiusmodi auxiliũ lenit dolorem, partemque liberat ab erosione. Sed ad mulcendam dolorosam puntionem, attemperandumque feruorem admodum conferre potest linimentum, quod conformatur ex cerussa de plumbo, aq. end., aceto, & parum oppij. Verum si his rite peractis ex voto huius mali dissipatio nõ succedat, foret ad chirurgiam confugiendum, quæ in casu huius honestissimæ mulieris locum habere nequit, dum videmus eius viscera admodum alterata, & ad feculentum succum generandum valde prona, simulque vniuersus corporis habitus fatismelancholicus apparet. Quare, si sectio fieret, ac radicitus euellatur, præter discrimina, quæ sectionis tempore impendẽt, sanguinis v3; fluxionis; doloris &c. vlcus, vel remaneret cancosum, ac immedicabile, uel ad aliquam aliam partem reuertetur, ubi maius, ac breuius accerferet periculũ, inquit Celsus: quare tutius est sequi Antiquissimi Senis

*Senis* consilium, qui *soxto aph.* testatum reliquit, cancris occultos melius esse non curare, &c. vnde in casu nostro sat est illa curatione uti; quam præseruatiuam appellant, nempe bis in anno purgare, singulis mensibus venas pedicis aperire, & optimis cibis vesci; his enim auxilijs, eaque curandi ratione speramus, nostram Patientem posse ad vltimam senectutem produci.

APPENDIX.

**C**ancer ex communi medicorum consensu tumor est durus, rotundus, inæqualis, liuidus, in ambitu venas exaltatas, hinc inde protensas habens, tartareo humore plenas: cuius nomen æquiuocum est; quia eius significatio ad duo morborum genera extenditur; ad cancrósũ v3. tumorem, quem Barbari cancrũ apostemosum etiam nominant; & ad cancrum exulceratũ siue manifestũ; occultus autem dicitur ille, qui est sine vlcere, & radices in abditis corporis partibus occultas habet, vt in palato, sinu muliebri, &c. latitat. Manifestus, hoc est exulceratus dicitur ille, qui labia habet prætumida, foris emersa & maxime dolentia. Cancer occultus, siue cancerosus tumor ab alijs tumoribus admodum differt; Nam illi tumores sui apertione exonerantur, emundantur, & curantur: hic verò apertus recrudescit, augetur, irritatur, & efferafcit, & numquam curatur;

Nam ex centum cancris, siue occultis, siue exulceratis vix potest sanari vnus per veram curationẽ: quare cura præseruatiua ad producendam vitam tutior est, prohibendo v3; vlceris incrementũ, atque feruorem, sedando dolorẽ, qui maximus esse solet; nam vbi cãcer suas fibras propagat nullis remittitur præsidijs: siquidẽ mitiora contemnit, & à fortioribus irritatur. Superest tamen videndum, an cancri aliquando per ferrum, & ignem curari debeant; nã in hac re non plane conueniunt authores; siquidem *Ambrosius Pareus* purgati vir iudicij, ac doctrinẽ *lib. 6. c. 29.* sciendum est, inquit, cancris interdum exulceratos, & exiguos, si consistent in parte, quæ amputationem ferre possit, purgato corpore, viribus consentientibus, esse amputandos prius quam vltius procedant, & altas infigant radices; deinde effuso copioso sanguine, actuali cauterio sectũ locum esse inurendum, quousque totũ, quod cancerosum est, prorsus auferatur; & *Hip. pariter 7. epid. tex. 54.* cancrum in palato constitutũ ferro, & igne se curasse fatetur, & *Gal. 2. ad Glauc. c. 10.* quoque cancris, qui insignem habent magnitudinem sine manus opere curari non posse, ait: quin *14. meth. c. 9* omnem cancrum curabile facit, docetq; modum; purgando v3. corpus, & radicitus secando. *Leonidas* insuper apud *Ætium* cancerosam mãmarrũ duritiem esse chirurgia auferendam,

L scrip-

scripsit: præterea cancri curationem per ferrum, & ignem factam feliciter successisse, pluries à se obseruatam, refert *Christophorus Auega*; Sed cur omitto *Auic.*? non ne in 3. 4. cap. de cura cancri inquit, quod non nisi per chirurgiã possunt cancri superari; ita vt totum membrum affectum absumatur eradicando omnes venas, vt currat postea sanguis multus. Tandem cancri non solum incipientes, sed etiam ad magnam molẽ exporrecti, vt per chirurgiã curentur, monet *Amatus Lusitanus centuria 3. cur. 32.*

Ex aduerso non defunt, alij, qui omninò contemnunt, cancos neque per ferrum, neq; per ignẽ curari debere; quia etiam si radicitus euellantur, vel immedicabile vlcus cancerosum remanet, vel etiam curatum reuiuiscit; vel ad alias partes exitiosus, hic humor decumbit, vbi maius, & breuius accersit periculum. Cancros maiores, ac conueteratos neque ferro temerè esse incidendos, neque scalpello excidendos, sed blande, & leniter tractandos *lib. 4. obs. 3.* ait *Forestus*; quinimo refert, se obseruasse, proprijsque oculis vidisse, post abscissam mammillam cancerosum vlcus fuisse exortum, & mortem successisse. Hanc curationem, quæ ferro fit tanquam crudelem, & noxiam vituperat *Paracelsus*, sicuti etiam, illã, quæ per ignem actualem fit.

Verum, vt verum dicam, quid ad hanc difficultatem dicendum, patet ex dictis, nam vel cancri

sunt paruiores, & circa sul initia, nec adhuc immerfi; & tunc per chirurgiam proculdubio curari possunt; & debent; his enim prodest sectio, & vstio; quia non dum radices figerunt; & hanc ferè omnes admittunt, etiam si exulcerati sint, vt felici cum euentu pluries quoque sum expertus in càcris ani, præputij, labiorum, pudentarumque partium, & oculorum, vt etiam elapsis mensibus 1661. in cancro ingentis magnitudinis oculi sinistri cuiusdam vetulæ obseruauimus, qui felici euentu per ferrum à peritissimo *Pellegrino* fuit extirpatus, me spectante, ac consentiente, præter plures alios interfuit *admodum Reuerendus Thomas Mansus* vir doctrina, & charitate clarissimus diuæ Mariæ Sanitatis Verbi diuini minister pijsimus. Vel sunt grãdiores, occulti, immerfi, & inueterati, vel exulcerati; & isti neq; per ferrum, neque per ignem, neque per medicamenta curationẽ admittunt; ex his enim potius irritantur, efferafcunt, & citã mortem afferunt; sunt enim incurabilia vlcera ex atrabile, inquit *Gal. Libello de atrabile*; Siquidem omnes, qui eiusmodi cancos curare tentarunt, magis illos irritasse, & breuius interimisse visũ est; nõ potuerunt vnquam vlcera ad cicatricem perducere, vnde homines in curatione afflictos, ac maceratos vsque ad mortem detulerunt, qui si sectionem non adhibuissẽt, longiori tempore vitam cum minori molestia transgissẽt,

vt

vt idem Gal. 6. aph. com. 38. afferit; vbi cancer est durus, & magnus, non oportet, vt approximentur ei (ego non potui sanare ex eis aliquem, neq; vidi ante me, qui peruenerit ad illud) inquit *Albucasis lib. 2. c. 53.*; siquidem est longa experientia obseruatum, quod qui eiusmodi cancos incidunt, non plus lucrantur, quam quod cancrum occultum faciunt

manifestum; quare in his curandis sequi debemus Admirandi *Hipp.* consilium cum inquit (hos melius est non curare, hoc est nõ incidere, neque exagitare.) Quod si quandoque ad veram curã cancri sit deueniendum, distinguere oportet, num sit curabilis, num incurabilis; idque non nisi tempore, & experimento depræhendi potest.

CONSULTATIO XXII.

*De Capitis aliarumque partium doloribus, tuberculis, & macie pro quadam vulgari Puella.*

**M**ulieres, quæ domũ suam patefaciunt omnium cupiditati, si bene valent, à Gallicana lue infectæ depræhenduntur; Quæ verò morbosam ducunt vitam, perpetuò hac labe tentantur, quæ omnium p. N. affectuum est origo, causa, & nutrix: quare mirum non est, si infelix hæc adolescens decimum octauum annũ nata à quampluribus olim dilecta, multis atque exitiosis malis immaniter afficiatur. Primum enim tentatur capitis, dexterique humeri doloribus, noctu præsertim, sic grauissimis, vt elapsis diebus è lecto surgens per fenestram se præcipitandi voluntatem habebat. Affligunt autem noctu præsertim Gallici dolores; quia excrementij succi, attenuatique vapores, ob cutis densitatem propter solis recessum concitatam, extra pro-

PELLI nequeunt; hinc retenti distentionem, membranarumque ossa ambientium distractione efficiunt, ad quam implacabiles cruciatus, nocturnique eiulatus sequuntur; quæ circa diei aduentũ soluuntur; præsertim cum benigna venus solem ante greditur; tunc exporrectis spiritibus influens calor cælestis, caloris virtute adiutus, poros aperit, fuligines expellit, prauos halitus dissipat; adeo vt immanes dolores, vel remittantur, vel prorsus cessent; sũt autem remissi, atque mutabiles in recẽti cõtagio; fixi verò, & permanentes in inuetarato, vt *lib. 2. c. 4. de lue venerea innuit Ludouicus Mercatus.*

Deinde affligitur tuberculis, quæ Gummata appellantur, duobus v3. ad regionem sincipitis, & tribus ad anticam partem sinistrae tibiæ. Tandẽ detinetur macie, & febricula; Quorum malo-

rum causam proximam ac immediatam esse bilis, atri que succi Ichorem cum Pituita mistum statuo. Remotam verò esse contagiosam luem, quæ partes omnes ferè ita conspurcat, vt impotentiam, atque marcorè naturalibus facultatibus inferat : quo fit, vt vitiosus sanguis producat, qui ad imbecillas particulas pulsus, vel attractus eiusmodi mala parit, quæ interdum ex se inuicem generantur. Quæ quoniam in dies fouentur, ac producuntur, tantù abest, vt curentur, vt potius deteriora fiant. Quomodo .n. sperari potest sanitas, vbi præcipuæ partes sunt vehementer affectæ; Hepar enim concoctricis facultatis legitimus opifex non parù est hac labe infectum, dum videmus, quod non prebum sanguinè; sed malos humores producit: est etiã secundum propriam substantiam cor affectum, vt ex febricula, & macie satis euidenter depræhenditur; caput pariter læsum videtur, vt ex doloribus percipitur; demumque ventriculus, & artus, vt ex inappetentia, siti, scyrrhosisque tuberculis patet; sed maxime omnium, quod huiusmodi affectus inter se non conueniunt, immo contrarij obseruantur; siquidem venerea lues exiccantibus, ac calefacientibus curatur; febricula verò refrigerantibus, & humettantibus; Quare has ob causas, & quod generosa præsidia ob virium iacturam perferre nequit, periculum imminet, nã tandem fato cedat; nã chirurgica auxilia,

& cathartica quæ tantopere in curandis his malis desiderantur ob innati caloris paupertatem, stomachique languorem, locum habere non possunt, neque ex topicis vllum salutare præsidium sperare possumus. Quam ob rem, puto omne studium esse dirigendum, vt vita producat: ad vitam autem producendam primum locum obtinet victus ratio, quæ instituenda est ex ijs, quæ multum nutriunt, & pauca excrementa generant; permista quoque cum alexipharmacis, vt ius pulli, in quo sparta parilla china, & limatura ligni Indici fuerint decocta; ex eisdem pariter decoctis in aq. lup. conficiatur panis, coquantur olera, elixentur carnes, & parentur, iura consumpta. Potus sit ex vino oligophoro eisdemmet alexipharmacis medicatum. Electuaria, ex conserua borrag. violarum, syrupo de pomis, pulueribus tenuissimis spartæ parillæ, radicis Chinæ, & faccero efformata non parum commendantur, Si bis in die ante prandium, & cenam exhibeantur; in his enim calorem febrilem attemperandi, veneream luem remittendi, macièque corrigendi facultas maximè viget; præsertim si clisteres ex lacte, iure pulli, cassia, melle, & oleo violato alternis diebus injiciantur, ac interea vniuersù Corpus oleo amigdalino dulci, violato, ac rosaceo, in quo fuerint infusa alexipharmaca, foueatur. Tandem si per tempus licebit, ac vires consistant, tamquam fatis

pro-

proficuum, poterit exhiberi decoctum ex eisdem alexipharmacis paratum in phiala vitrea cum succo limonis, & aqua fumarie, per 40. dies mane, ac sero.

Ad dolores verò sedandos præter topica lenientia, utputa unctiones ex oleo anethino, chamomellino, ligni Guaiaci, fotusque decocti sem. lini, fenugræci, capillorum veneris, anethi viridis, parietariæ, maluarum, rosarum, & capitum Papaveris; non omitterem somnifera leuiora, ut diacodium ad 3 2. hora somni, semina Papaveris albi, ad 3 ÷; cū iure pulli, requies Nicolai, vel nepetes Quercetani ad g. 2. Tandem ad Gummata probarem diachilō Gummatum cum puluere Iridis; vel emplastrum ex radicibus altheæ, cucumeris Asinini, brionia, oleo liliorum alborum; aceto mulso conflatum; vel suffumigia ex lapide piretri, aut molari, extinctis in decocto rad. altheæ brionie, spartæ parillæ, & corticis ligni Indici, cum sexta parte aceti. Quod si ex his suppuratio appareat, priusquam ossa corrumpantur, scalpello aperiantur, ac curentur, ut cætera vlcera Gallica curantur.

APPENDIX.

**S**olet non raro huiusmodi venenosa labe adeo in solidâ corporis substantiam se insinuare, eiusdemque humidum absumere, ut à febrium hecticarum tabe consumptis nihil videatur dif-

ferre, ij, qui hac calamitate tentantur; nam cum solidæ partes naturali humido destituuntur, incalescunt, exiccantur, febriculaque oritur, quæ hectica Gallica, dicitur. absumuntur autem non solum pinguedines, & carnes; verum etiam alimentales Ichores, qui etiam ad partes spermaticas, ac cutaneas consistunt; illud quoque verum est, quod præter multas alias causas, quas hic recensere non licet, maciei causa est sanguinis defectus, aut vitium; Cū v3; vel est nimis crassus, & à venis non egreditur; vel nimis acer, & à partibus non attrahitur, non raro quoque est vitium facultatis attracticis, quæ proprio non fungitur munere, vel concoctricis, quæ non rectè immutat, ac concoquit; vel expultricis, quæ citius non expellit. Accidit autem non tam ob vim huius virulentia; quàm ob ineptam curationem à medicastis (quorum hodie infinitus est numerus) factam. Cæterum Gallicana macies vix est corrigibilis; quia Gallicum virus; quod in partibus solidis est infixum, & vehementer immersum, neque catharticis, neque sudoribus, neque suffumigijs, neque mercurialibus linimentis ob virium iacturam eorum, qui hac labe sunt affecti, superari potest; atque ex his detegitur error eorum, qui putant, solo usu spiritus tartari posse Gallicanam maciem in partibus solidis infixâ, extirpari. Verû si aliquod præsidium esset administradû exhibendû, petatur à Ludou. Septalio lib. 7. n. 2 14.

CON-

## CONSULTATIO XXIII.

*De articolorum doloribus, frontis tuberibus, vlceribusq; serpentibus, pro quodam nobili Adolescentulo.*



Vemadmodum ex bubonis Gallici suppuratione Gallicana labes educitur, Hepar repurgatur, & proxima sanitas attenditur; ita ex eiusdem suppurationis pertinacia, virulentæ materiæ ad præcipuas partes recursum, atrocissimi dolores, maligna, ac serpentia vlcera, aliaque multa non minus horrenda, quam exitialia mala, sine vlla dubitatione expectantur; quæ incautos homines, vel mutilant, atque deformant, vel tandem misere iugulant; sicuti huic infelici adolescentulo euenisse iam audiuius, qui ex bubonis, quo per plures dies fuit vexatus, introessione, primò articolorum doloribus fuit correptus, deinde duris tuberculis ad regionem frontis, ac pectoris, & tandem malignis, sordidis, ac serpentibus vlceribus ad ambo crura, & internodia digitorum sinistri pedis.

Quorum omnium malorū causam in vnam prauorum succorum fluxionem qualitate venerea infectam, tamquam omnium malorū commune principium, esse referendam, omnino est credendū; hæc enim massam sanguineam cō-

taminat, naturales spiritus dissipat, & facultates omnes prostermit: vnde postea vniuersum corpus deflorescit; & varia vitia ad varias corporis partes emergunt, quorum varietas ex ætherogeneis succis perficitur; nam cum crassæ, viscidæque materiæ, tenuis, acrisque ichor admiscetur, vlcera putrida, dolorosa, malefica, & exedentia sequuntur: vbi verò crassa, ac feculenta colligitur, tubercula valde dura prodeunt: tandem vbi tenuis, & mordax herpetica vlcera producuntur, Quare cum in casu huius patientis tubera non valde dura obseruentur, vix exorta dirumpuntur, nec vltra cutem procedant; materiã illã, ex qua efformantur, esse tenuem, vel saltem non valde crassam mihi persuadeo: quapropter, mellicerides Gallicas esse appellandas arbitror; sed ne quæstio sit de vocabulis, sat est scire, calidum tenuem ac efferuescentem succum horum affectuum esse causam; nõ enim fiunt vlcera, nisi ab humore erodente, inquit *Gal. lib. de causis symptomatum capite vltimo*; vt patet etiam; quia vlcera, quæ ad eiusmodi tubera sequuntur, nullam habent subiecti ossis corruptionem adnexam, & vix carnem at-

attingunt; quare perperam à quibusdam Gummata appellantur.

His omnibus ratione, rerumq; natura perspectis, non est qui non intelligat, in vnam Gallicanæ virulentiaë profligationem, calorifque nativi reparationem incumbendum esse, quam assequi licebit, si Iecoris, ac ventriculi vitia hac labe contaminati corrigantur, atque extirpentur; humidum substantificum reparetur, excrementitij succi per intervalla educantur; & tandem vlcera exiccantur, abstergantur, ac firmentur, ne vltra proserpant. Quos scopos attingere est valde difficile, ob plura mala simul complicata. Ægrotique vires admodum prostratas; danda tamen est opera, vt dolores leniantur, vita producat, & reliqua mala dissipentur, vel saltem remittantur, quæ vt consequamur, ante omnia leuiora cathartica, quæ redundantes humores iam genitos educendi vim habeant, exhibeantur; reuocatis tamen prius viribus: interea alternis diebus clysteres lenientes. atq; attemperantes, iniiciantur, quales esse possunt qui ex oleo, & melle violato, electuario de succo rosæ ac decocto herbarum refrigerantium parentur; vel ex lacte, & iure pulli; alteretur pariter corpus serapijs attemperatibus cum aquis stillaticijs radicis chinæ, & sparte parillæ; quibus etiam addenda est proba victus ratio, cum alexi-

pharmacis adnexa. Si ex his recte institutis reuocentur vires, lenituo aliquo pharmaco expurgetur corpus: postea per 40. dies exhibeatur decoctum falsæ parillæ, & ligni indici recenter limati in aqua lupulorum, & fumiterræ paratum; verum singulis quaternis diebus leniatur alius, manna electa, vel syrupo fumaris composito, vel cassia, & huiusmodi. Non sunt interea continenda vlcera, in quibus abstergentia, & quæ euocandi virulentiam, facultatem possident, ad moueri possunt, cuius census sunt pulueres aluminis, mercurij præcipitati, aeris vlti, tutiæ & his similia. Post detersionem vnguentis mercurialibus farcotis mistis absoluat cura; & demum epuloticis cicatrices obducantur; Verum si his non remittantur, ad suffumigia expulcinabrij, thuris, ladani, ambræ, belzoin theriaca, & acerrimo aceto exceptis esse confugiendum, puto; nam fumus, siue vapor ex his eleuatus mira præstat pro his malis suppurandis; dolores enim mulcet, virus euocat, prohibetque, ne vlcera vltra procedant: ad tubercula vero præter alia auxilia alibi annotata, emplastra ex ranis cum duplicato mercurio vtiliter administrari possunt; his enim auxilijs speramus, posse nostrum Ægrotum saltem in meliorem statum deduci.

CON-

## CONSULTATIO XXIV.

*De Oculi dexteri, nariumque vulneribus pro quodam egregio viro.*



Vo sunt vulnera, quibus duobus ab hinc diebus strenuus hic vir affligitur, alterum v<sub>3</sub>; ad oculum dexterum; alterum verò ad vniuersam narium regionem, vbi ex ictus vehementia, instrumentique valde contundētis magnitudine, & ponderositate ab hoste robusto illati; non solum nares dissectæ, contusæ, laceratæ, depressæ, ac deformatæ apparēt; verùm etiam omnes eiusdem oculi tunicæ sunt ita contusæ, attritæ, ac disruptæ, vt humores prorsus lapsi sint; vniuersaque oculi substantia de propria sede remota, ac extra orbitam prolapsa videtur, quæ omnia quoniam ad sensum patent alia non egēt probatione. Quæ quidem vulnera ob partium, in qua cōsistunt structurā, communicantiamque, quā cum cerebri membranis habent, non solum sunt valde periculosa, verùm etiam in euitabilem deformitatem, ac cæcitatem proculdubio afferunt; est enim impossibile, vt seruetur visio vbi effusi sunt omnes humores, tunicæ disruptæ, ac laceratæ, vniuersaque oculi substantia sic attrita, ac extra propriam orbitam prolapsa, inquit *Rabimoises in suis aphorismis*; & quamquam scripserit *Gal.* hu-

iusmodi malum in pueris interdū esse corrigibile, regeneratis tunicis, & vt putarunt nonnulli, restaurato humore aqueo; tamen in adultis, & vbi membranæ sunt prorsus laniatæ (vt in casu nostri *Ægroti*,) hæc fiducia non viget; secus verò narium vulnera paucam, aut nullam deformitatem inferunt, si recte curentur, atque ex arte tractentur. Vt igitur seruetur indiuiduum, postquam oculus seruari nequit, omni studio agendum, vt fauciata partis calor naturalis roboretur; vt quod est contusum, ac separari debet, citius, ac promptius fiat; idque consequemur, si fluxionibus, quæ facile possunt superuenire, occurratur. Quare instituta proba, ac tenui victus ratione protinus reuellantur, atque educantur humores, primo sanguinis missione; deinde purgatione, alijsque reuellentibus præsidijs; postmodū alterantia, atque attemperantia exhibeantur, quorum beneficio fluxuri humores ad motum inepti redduntur, simulque inflammatio, quæ facile, & frequenter ad oculorum percussiones solet superuenire prohibetur.

Ad oculum vero fauciatum, ea administrari debent præsidia, quæ proleniendis doloribus, qui vehementer excruciant, magis proficua

cua censentur, sicuti est lac humanum ex sana, temperataque muliere Puellam lactante emulctum. cum sacch. croci que portione permistum; sanguis quoque turturū, aut pullorum, aut columborum in oculo instillatus ex vena secta sub alis non parum comendatur à *Parco*, lib. 9. c. 24. vtiliter quoque vti possumus cataplasmate, quod recipit carnis pomorum sub cinere coctorum ꝓ 2. vitell. ouor. n. 2. cass. rec. ext. ꝓ 1 ÷ mucaginis psillij, ac cytoniorum ana ꝓ 3. sief. sine opio ꝓ 1 ÷ far. hord. parum, mis. & fiat cataplasma. Non est pariter contennendum linimentum, quod summopere extollunt Prattici, v 3. ꝓ. lacrimæ abietinæ pluries lotæ ex aq. plant., & ros. ꝓ 1. pul. tutiæ preparatæ Gummi arabici, & sief. albi sine opio ana ꝓ 3 ÷ lacrimæ sanguinis drac. ꝓ 1. ol. ex vitellis ouorum ꝓ 3. mis. in quorum absētia, optimum album oui diutius in mortario plumbeo agitatum, vna cum aqua ros. & plantag., addito puluere sief. albi sine opio; his enim auxilijs ex arte ad motis speramus, dolores proculdubio sedari, præsertim si ad regionem frontis frigida, & adstringentia administrantur, cuiusmodi est cataplasma, quod conformatur ex fuc. semperuiui, aq. plantag. pul. boliarm., sang. drac. & far. hord.. Verum si contingat, vt dolores non remittantur, ad leuiora narcotica recurrendū, præsertim verò ad collyriū, quod conformatur ex aq. solani, ros. plātaginis, & sief. albo cum opio;

vel ad cataplasma ex mica panis cocta in lacte, ac cum cremore sem. papaueris albi permista. A fortioribus etiam abstinendum, puto, ne corruptio, vel aliqua alia mala insequantur. His, vel consimilibus sedato dolore, incūbendum, vt oculi substantia, e propria sede prolapsa in suam orbitā restituatur, simulque vulnus abstergatur, exiccetur, ac sarcoticis sanitati ad veram consolidationē deducatur: auxilia autem, quæ eiusmodi opus præstare possunt, multa, ac varia à veteribus proponuntur, præsertim ab *Aetio*, & *Paulo* lib. 7. c. de collyrijs; tamen mihi est familiare decoctum ex rosis siccis, baccis myrthi, cortice thuris, fol. poligoni, acacia, aloe, hypocistide, addito modico lactis, & sief. albi sine opio, expertus sum quoque non semel felici cum successu decoctum feniculi, eufragiæ, celidoniæ, pilosellæ, pimpinellæ, & fol. vtriusque consolidæ, addito syrupo de rosis siccis, ac puluere pompholigis. Hoc idem præstant pulueres aloes pluries loti ex aq. rosata sief. de thure, tutiæ preparatæ sacch. & ossis sepiæ. Verū m si propter excrementorum redundantiam caro mollis excrescat, vt non semel contingere solet, exiccetur puluere aluminis rocchæ, tutiæ sacch. & ossis sepiæ, addito modico pulueris calcanti rubri, sed loti; cautæ tamen, ne fluxiones concitentur, & maiora mala sequantur. Interea in loco obscuro, ac temperato infortunatus hic vir collocetur; quia oculi faucia-

M ti

ti ab omni luce vehementer ledū-  
tur; similiter etiā prohibeatur, ne  
oculus læsus à sano moueatur; vt  
inflammatio, quæ propter mo-  
tum facile sequitur, arceatur; qua-  
re tutius est, vt ambo oculi obue-  
lentur.

Tandem non est vulnus nariū  
contēdendum, sed quò citiùs fie-  
ri poterit in tanta laceratione  
summa arte, summaque solertia  
consuēdum; deinde tubuli lignei,  
vel argentei, vel plumbei cānu-  
lati, gossipio, aut stupa, aut lin-  
teis inuoluti intrinsecus applicē-  
tur; extrinsecus verò pulueres bō-  
li armeni; thuris, mast. sang. drac.

& aloes administrentur; postea  
elapsis tribus, aut quatuor diebus,  
desuper vnguentum album, ad-  
moueri potest; vel de tutia vsque  
ad aglutinationem, quæ circa sep-  
timum contingere solet, potissi-  
mum si artificiose prudenterq; li-  
gatura fiat; est enim semper ca-  
uendum in deligandis nariū vul-  
neribus, ne nasus deprimatur, vel  
in alterum latus declinet, & defor-  
mitas insequatur: fasciarum autē  
forma, ac deligandi modus non  
solum in praxi addiscitur, verum  
etiam docet *Gal. lib. de fascijs cap.*  
*41.* vbi harum fasciarum figura  
depicta etiam videtur.

## CONSULTATIO XXV.

*De vulnere Genæ sinistra pro quadam honesta Muliere  
Puteolana.*



Asus huius infelicis  
mulieris, de quo do-  
lenter conqueritur  
satis euidenter patet;  
est enim soluta vni-  
tas Genæ sinistrae ab instrumento  
valde acerrime incidente, sillata;  
nam ex vehementia icūs nō solū  
cutis est incisa; verum etiam mu-  
sculosa caro, subiecteque partes  
vehementer dissectæ non sine ma-  
xima iactura membranarum, ac  
venarum, vt ex dolore satis acer-  
bo, ingenti sanguinis profluuio,  
oculi rubore, ac totius mādibulæ  
inflatione, luculenter apparet.  
Cum igitur ex dictis constet, hu-  
iusmodi vulnus esse non leuiori-  
bus symptomatibus referētum, si-

mulque magnum secundum pro-  
funditatem, atque longitudinem,  
quæ est septem digitorum tran-  
suersorum: insuper quoque ma-  
gnum in potentia, quia in parte  
consistit omnibus intuētibus per-  
petuo exposita; vbi cicatricis  
deformitas vix euitari potest, cu-  
ius causa non solum mulieres, ve-  
rum etiam, & ipsimet viri quoties  
in hac parte fauciantur, prop-  
ter metum cicatricis atrocissimis  
animi perturbationibus exagitā-  
tur; quo fit, vt humores pertur-  
bentur, & ad læsam partem faci-  
le confluant, & inflammacionē,  
vel aliquam aliam noxam inferāt,  
potissimum cum curatio non re-  
cte administratur; vt igitur eius-  
modi

modi mala, quæ impendent, euitentur, ad indicationes curatiuas deueniendum, quarum prima esse debet, vt vulneris labra ad mutuum contactum reducantur, secunda, vt adducta conseruentur, & vltima, vt agglutinentur. Verum prius quam aliqua operatio tentetur, est vulnus abluendum, vt si quid sanguinis concreti intus existat, detergatur, ne putrescens inflammationem excitet: detergi autem potest spongia madefacta in vino nigro austero ex arte supra vulnus expressa, postea illico labra manibus adducta consuantur, cuius puncta breuiora sint oportet, inuicemq; æqualiter distent; præterea nec valde profunda, nec multum in summo infingantur; siquidem hæc non retinent; illa vero facillimè secant; neque ad partem decliuiores est orificium apertum relinquendum, ne turpis cicatrix inducatur; siquidem discrimen, quod impedit, ne in fundo vulneris saniosa, aut purulenta materia colligatur, poterit imum punctum solui, vt *lib. 2. cap. de vulneribus genarum recte notauit Casar Magatus, vir quidem ingenio, & doctrina hoc seculo clarus.* Verum vt cicatricis deformitas euitetur, in quinta die puncta scindantur. Quod si ob doloris metum futuram, (vt audio,) non admittat, ligatura ex arte facta, loco futurarum vti possumus; quamquam tutius sit

linteis glutine aliquo oblinitis circa supernam, ac infernam vulneris partem admotis, atque exiccatis ad inuicem, postea confurtis, vti; nam longa experientia sum certior factus, quod labia vulneris hoc modo adducta, nullo pacto distrahuntur, & agglutinatio citius, ac promptius absoluitur, præsertim si medicamentum ex decocto consolidæ, equiseti, pimpinellæ, pilosellæ, masticis cum albo oui quassati, & spiritu vini administratur. Sed, vt ab inflammatione præseruetur, vena pedis sinistri primo aperiat; deinde vena interna dexteri cubiti secetur, ac iuxta virium robur sanguis detrahatur: tententur etiam omnia reuulsionum genera, siue per catartica; non enim à ratione est alienum in quarta die corpus expurgare catartico aliquo leniente, ac roborante. Interea quoque euitetur omnis motus tam corporis, quam animi, præcipue verò maxillarum; est enim commune medicorum omnium consilium, quod ad hanc regionem sauciati, non debent loqui, nec ridere, nec flere, nec inclinatio capite stare, nec spiritum cohibere, nec mandere, nec tandem buccas inflare; his enim auxilijs, ac curandi methodo speramus, Deo fauente, hanc nostram Patientem ab omni periculo, cicatricisque deformitate reddi immunem, ac prorsus præseruari.

## APPENDIX.

**S**implicium vulnerum curatio in vnione consistit; est enim necesse, vt quæ per diuisionem plura sunt facta; vnum fiant. Huiusmodi autem vnio à duobus perficitur, nempe à natura, & a medico naturæ ministro, vt *lib. art. medic. c. 90.* notauit *Gal.* Illud tamen verum est, quod à natura tamquã ab agente præcipuo, & per se, suis proprijs facultatibus adiuta perficitur: à Medico verò per accidens, quatenus scilicet impedimenta, vt puta extranea in vulnere infixæ remouet, dissidentes, distantesque partes coniungit; coniunctasque futuris, ligaturis, & fibulis conseruat, læsæ partis substantiam tuetur; ac ab accidentibus vindicat, medicamenta ad mouendo, quæ pro agglutinatione molienda sunt satis proficua: verùm agglutinantium medicamentorum, quædam sunt simplicia; quædam alia composita: ex simplicibus verò quædam sunt liquida, quædam solida, siue sicca; inter liquida primum locum possidet vinum nigrum austerum, vt *lib. 4. de simpl. med. facult.* inquit *Gal.* quod ob sui tenuitatem abstringit; atque siccatur; deinde succi foliorum cupressi, caudæ equinæ, mille folij, consolidæ maioris, & tormentillæ; vel liquor, qui in vlmorū vesicis mense Mai collectis reperitur. Inter solida adnumerantur tenuissimi pulueres mannæ thu. corall. rub., bol. arm.

orient., mirobalanorum, citrinor. aloes, mastich. & huiusmodi. inter composita. Sunt ceratum barbarum, ceratum de minio, emplastrum Isidis, diapalmæ, &c. Sed his omnibus efficacius est. Balsamum sanguinis humani, aqua vitæ ter destillata, in qua per plures dies fuerint infusi pulueres thuris, Hipperici, consolidæ, & huiusmodi: næc est quotide vulnus soluendum, sed alternis diebus, atque ita est procedendum quousque agglutinatio sequatur; à succo lactucæ, semperuiui, plantaginis, sicuti etiam à posca, quibus vtuntur errabundi Chirurghi, & exteri tonsores, est profus abstinendū; quoniam cum humida sint, læsam partem vehementer alterant, & agglutinationem impediunt: Verùm enim vero sunt, etiam quamplures errabundi Chirurghi, circulatores, nefariæ fœminæ, Monachi apostatæ, & quidam milites Hispani, qui spretis medicorum consilijs, omnibusque reiectis auxilijs, pro curandis vulneribus siue simplicibus, siue compositis, quibusdam incantationibus vtuntur; nempe quibusdam petijs, siue linteolis cruciatis, schedulis appensis, oleis benedictis, susurratis quibusdam verbis supra vulnus recitatis, atque admotis, quæ an hanc curandi vulnera facultatem possideant, nõ est hic locus, vt disputemus: illud tantū est credendū, quod susurrata verba, quibus isti facinorosi, atque impij medicastri vtuntur, superstitiosè, & minus rectè recitantur.

tantur; & humanæ naturæ hostis sub his experimentis illos proculdubio deludit. Quod si quis dixerit, susurrata verba siue Græca, siue Hæbraica, aut schedulas appensas, salubrem aliquam operam quandoque præstitisse; in his aut diuina virtus agnoscitur; aut ad Demonum fallacias, quas semper suspectas habeo, aut ad phantasticam animæ partem esse referendam existimo; tanta enim imaginationis est vis, vt *lib. de motu animalium c. 5.* dixerit *Arist.* ima-

ginationes habere virtutem, quæ admodum res ipse habent. vt autem verum dicam, Demones per verba aliqua, atque preces miros affectus edere posse, non ambigo; attamen hic omnia remotiora habent principia, quam quæ ad nostram considerationem spectant: Verum si quis plusculum de hac re scire desiderat, adeat *librum 18. Fortunati fidelis, v. 3. cap. nonum* contemplationum medicarum.

CONSULTATIO XXVI.

*De ulcere sordido, ac putrido frontis ex malè curato vulnere pro quodam nobili viro.*



Vod vulnera oscitanter curata, vel in cacoetica corpora inflata in vlcera sordida, putrida, atque mali moris commutentur, præterquam quod textatum reliquit *Auic. in 4. 4. t. 3.* huius nobilis viri infortunio comprobatur; qui iam decem ab hinc octo diebus domum reuertens, cecidit, & ingenti contusione cum vulnere complicata in frontis regione fuit affectus, citra tamen ossis læsionem: quam imprudenter tractatam, ac vntuos medicamentis temere curatam; in sordidum, ac putridum vlcus degenerasse, indicant caro mollis, & laxa; sordes crassa, ac viscida, quæ parietibus vulneris vehementer adhæ-

ret; fœtidus halitus, quæ cruciat, febris, atque inflammatio, quæ vniuersam ferè frontis regionem occupat.

Cuius vlceris, horumque malorum symptomatum causa, innotescit ex dictis; fuit enim humidorum medicamentorum longus vsus; siquidem, (vt ex relatis audiuius,) fuit per plures dies huiusmodi vulnus ab inepto Tonfore oleosis medicamentis curatum: quantum autem oleosa, humidaque medicamenta sint vlceribus infensa, *3. meth. c. 2. et 5. de simpl. med. facult. docet Gal.* fortasse etiã auxilium præbuerunt varia errata in victus ratione, simulque mali succi, non vt decet expurgati; referunt enim ex medicamento purgante in quarta die exhibito, sufficientem non fuisse sequutam eua-

euacuationem.

Cæterum, cum eiusmodi vlcus sit in propria essentia magnum; dum videmus, quod occupat maiorem frontis partem; cum propè partes principes consistat, nõ leuiores adnexa habeat accidentia, à prauisque succis foueatur, non vacat periculo; timetur enim, ne, auctis symptomatibus, os detegatur, alteretur, & corrumpatur, ac noxa cerebro per pericranium communicetur, læthalisque calamitas insequatur. Quibus, si erosio venis, aliisque vasibus, accidat sanguinis profusio, & vires prosterantur, vix vitæ periculū euitari poterit; nam cum ex morbis, alter alteri succedit plerumque necat, inquit *Hip. lib. de off. med. l. 23.* Quare, vt his, maioribusque, quæ impendent mala occurratur, indicationes curatiuæ sunt eliciendæ, quarum prima consistere debet in recta institutione rerum naturalium: secunda in euacuandis vitiosis, ac redundantibus succis; & vltima in administrandis topicis præsijs, & quantum ad primam, aer est corrigendus, scilicet expedit vt sit sincerus, clarus, & siccus, verum in actiuis temperatus. Viuus ratio debet esse moderate refrigerans, & putredini resistens, nempe ex cibis maximi nutrimenti. Vinum pariter sit tenue, clarum, & dilutum; quamquam ob febrem tutius foret aqua hordei, vel scorfonariæ, vel cardillorum; somnus sit moderatus, animique passiones euitentur.

Quantum ad secundam quoniam corpus non fuit recte purgatum, & vlcus in dies à copiosis, vitiosisque humoribus fouetur, expedit, vt iterum repurgetur per pharmaca, quæ crassos alteratosque humores respiciat, vel vnica vice, vel partitis vicibus ad arbitrium peritissimi medici curantis: post cuius purgationem, tanquam satis opportunum, ac proficuum præsidium commendarem, vt hirudines venis penitioribus intrinsecis podicis applicentur, ac permittatur, vt copiosus sanguis educatur: viribus tamen consentientibus; nam miram præstât pro capitis affectibus curandis, inquit *Hieronymus Fabricius*; præterea nõ sunt post totius euacuationem omittenda attemperantia, vtputa conseruæ refrigerantes syrups compositi, simulque reuellentium omnium genera, vt frictions, cucurbitulæ, & huiusmodi.

Quantum ad vltimam, nempe ad abstergendam crassam sordem, corruptaque fragmenta remouenda, ea sunt administranda, quæ propria substantiæ tenuitate, quæ prædita sunt; in sordem illam facile penetrant, & temperata caliditate, quam possident; attenuant, dissipant, crassumque excrementum quantumuis viscidum abstergunt, & separant. Has omnes facultates obtinent alumen zuccarinum, mel despumatum, flor. far. hord. seminis lini torrefacti, pulueres aeris vsti, mercurij præcipitati, & calcanti rubri; vel demum

VN-

vnguentum ægyptiacum: Quibus non iuuantibus ad incisionem deueniendum, priusquam alterati, ac putres humores sinuent, & maiora mala accersant, quæ proculdubio sunt espektanda, nisi totus sinus qui versus infernam partem tendit, & sub tumente parte consistit prorsus destruat. Ab oleis causticis nempe ab oleo stibij mercurij sublimati, ac trociscis Ioannis vigonis, sicuti etiam ab igne actuali abstinere; ex his enim huic regioni administratis, cerebri, membranarumque inflatio, frenitides, exitiales febres, & implacabiles dolores necessario sequuntur, & denique forsitan etiam miserabilis interitus; vetat enim ferè omnes authores, & præfertim Fallopius lib. de vlcibus in capite vsum ignis, ne cerebrum ferueat, membranæ inflamentur, & conuellantur. Quare tutius est ea curatione vti, quæ citra maiorum malorum discrimen abstergit, corruptas carnes remouet, & demum exiccat, atque consolidat; atque ita puto, esse procedendum pro curatione huius vlcis, aliorumque symptomatum, quibus vehementer affligitur nobilis hic patiens.

APPENDIX.

**S**ordida, putridaque vlcera ex *Guidonis* sententia, non, nisi secundum magis minusue, differunt; nam sordidum vlcus Rypa-

ron à Græcis appellatum, est illud, quod crasso, viscido, ac subalbo excremento est referendum: putridum verò, quod corruptam eructat materiam, fætorem cadauerosum exspirat, & colore fusco, vel atro est ornatum, interdum etiam subalbido, vbi calor à succo pituitoso estinguitur; generatur autem fordes in vlcibus, vt plurimum ex oleosis, humidisque medicamentis, quandoque ex fortioribus abstergentibus, ac preualidis exiccantibus, quibus medicastri Tonsores sine ordine, modo, & mensura vtuntur; interdum quoque ob naturæ defectum producit, quæ alijs malis vexata ad illos superandos ita est intenta, atque occupata; vt plane vlcus ab omni auxilio destitutum, derelinquat, vt *6. epid. 2. com. 30.* notauit *Gal.* Frequenter etiam ob succorum vitium, à quibus vlcera pars fouetur, non modo fordes, verum etiam putredo gignitur; quanquam frequentissime ad magnos, ac vitiosos abscessus, pustulas malignas, carbunculos, antraces, bubones gallicos, morsus venenatorum animalium, Grumosum sanguinem, ingentes fracturas, venenata vulnere, & caustica vehementia sequantur. Cæterum sordida vlcera si rectè curentur, periculis vacant; nam sæpe sine multo labore remittuntur; nisi irritentur; sæpe etiam, si temere curetur, in nomas degenerant, quæ vel membrum mutilant, vel Ægros ducunt ad mortem.

CON-

## CONSULTATIO XXVII.

*De sinuoso occipitis ulcere, totiusque capitis tumore pro quadam honesta Muliere.*



Effectus P. N. à quibus honesta hæc Mulier sollicitatur; duo potissimū existunt; alter est sinuosum vlcus ad occipitis regionem, vt ex specillo, visu, & tactu depræhenditur; alter est apostema, siue tumor totius capitis, mollis, indolēs, & aliquantulum pellucidus, qui re vera Hydrocephalus appellandus non est, vt quidam putarūt; sed tumor oedematosus; nam Hydrocephalus dolorem exhibet, qui interdum est vehemens ob copiam aquosi humoris cutem, subiectasque membranas distendentis, vt *lib. I. de curatione membratim c. 4.* inquit *vidus vidius*; hic autem non dolet: Hydrocephalus fit ex serosa, atq; aquosa humiditate: hic ex succo pituitoso naturali. Hydrocephalus est valde mollis; hic aliquantulum renitens, & albus. Hydrocephalus compressus motum inundationis habet; hic autem hoc motu caret; denique in hoc tumore, admoto digito, fovea remanet, quod in Hydrocephalo non obseruatur. Quapropter tumore hūc esse oedematosum statuendū est, vt patet; quia est mollis, indolens, albus, & tactui cedens, quæ pathognomonica oedematis indicia esse, 2. *ad Glanc.* retulit *Gal.*

Cur autem oedemata non dolent, est; quia in his insignis aliqua intemperies non viget, neq; de repente distrahuntur partes.

Quorum malorum causam efficientem primariam fuisse acrem, serosumque sanguinem, credendum est; qui ad hanc partem capitis regionem pulsus abscessum efformauit: hic autem serius sectus, nec recte curatus, in vlcus sinuosum, siue talpum degenerauit, vt patet; quia more talpæ sub cute hinc inde proserpit, pluresque sinuositates parit; causa verò secundaria, & præsertim oedematis, ex dictis quoque innotescit; est enim pituitosus sanguis propter ventriculi, Iecoris, & cerebri frigidam, humidamque intemperiem genitus, qui putrescens sinuat, & sub cute erodens, in dies novos cuniculos inducit; & quamquam caput supra positū sit, tamen cum sit cauum, atque peruium, omnes humiditates, omnesque vapores ex vniuerso corpore recipit, vt *lib. de Gland. t. I.* notauit *Hip.*

Pro quorum affectuum remotione indicationes curatiuæ forent vlcus abstergere, atque exiccare; cuniculos auferre, pituitosam materiam, per totum caput dispersam, discutere, ac dissipare, fluxionesque auertere

re

re, & deriuare. Quos scopos abfoluere, etsi non sit impossibile, est tamen valde operosum, arque difficile, tum propter materiæ frigiditatem, ac copiam; tum propter viscera male affecta, maiorum magnitudinem, affectæque partis nobilitatem: quare time, ne cuniculi vltra proserpant, os corrumpatur, & membranæ corruptio per futuras meningibus, ac cerebro communicetur: vnde, vt his, alijsque maioribus, quæ impendent mala, occurratur; dâda est opera, vt redundantes humores in corpore geniti quamprimum educantur: quare instituta, optima victus ratione, quæ ex *Hip. sententia lib. de aff. tex. 21.* calefaciens, & exiccâs esse debet, phlegmagogis expurgetur corpus, nêpè melle ros. solutiuo, ag. diaphinico, speciebus Hieræ, & similibus; præparatis tamen prius humoribus serapijs, quæ pituitosû sanguinem respiciunt. Post corporis purgationem decêter factâ. ònia viscera corroborêtur decocto Guaiaci alijsque auxilijs alibi dicêdis corroborêtur; interea collocato huiusmodi nostro patiente in thalamo calido, & sicco saltem per 30. dies decoctum assumat, per interualla tamen exhibeantur pilulæ cochiarum ad 31 ÷ de hiera cum ag. 2. mis.

Ad sordidum, sinuosum vlcus: ea sunt administranda præsidia, quæ abstergerendi, exiccandi, purulentamque materiam euocâdi facultatem habent; non enim potest sinus agglutinari, carneque

expleri, nisi cauitas fuerit prorsus absterfa; abstergi autem nequit, nisi medicamenta vndique ad finem administrantur, parietumque vlceris cauitatem attingant; quæ quoniam nullo pacto vndique penetrare possunt, neque attingere; idcirco necessitate adducti ad chirurgiam est confugiendum, quam tamquam satis proficuum cõmendat *Auic. 4. 4. 1. 4. c. 7. 21.* vbi inquit, quod dum medicamenta non sufficiunt, non datur excusatio, quin vlcus secetur, aut infûdo tantum, aut vsque ad radicem sectione exquisitissima, nec relinquatur cauerna, in qua possit amplius purulenta materia contineri: neque de sectione est dubitandum; nam locus non est de illis, qui periculosam sectionem faciant, quæ solet esse impedimento, quo minus tota cauitas scindatur. Peraçta incisione, sistatur sanguis postea abstergentia, & exiccantia applicentur: ad abstergendâ autem crassam sordem, saniemque exiccandam, tanquam satis vtilis commendarem collutiones deterforias, quæ fieri possunt ex aqua marina, aqua mulsa, aqua aluminosa, post quas expleatur vlcus, pulueribus aluminis zuc. mercurij rubri præcipitati calcanti rubri, stibij, & huiusmodi; demû sarcoticis, atque epuloticis curatio absoluat.

Non est interim oedematofus tumor absque auxilijs deserendus, sed ea administranda, quæ dissipandi, insensibiliter euacuandi; natiuumque partis calorem fo-

N uen-

uendi vim possideant; has omnes vires tenet emplastrum ex radicibus cucumeris Asinini, brionia far. hord. adipe Gallinaceo, lixiuio ex cinere vitis, vel fici confectum: adhuc efficacius est, quod recipit pul. tartari, & aluminis ana 3 1 ÷ pulu. sulphuris, & sem. vrticæ ana 3 2 ÷ pul. flor. anethi, & camomillæ ana 3 4. far. sem. lini 3 1 ÷ aceti 3 1. ol. anethi, & camomellini ana 3 1 ÷ lixiuij ex cineribus farmentorum, & rad. caulium .9. 5. 5. A. f. emplastrum. Nō parum quoq; probatur, quod recipit pul. salis, sulphur., myrrhæ aluminis ana 3 4. pul. flor. anethi 3 2. sapæ 3 1, ol. cost. & rad. cucumer. Asinini ana 3 ÷ aceti parum, puluerizanda, puluerizēt r; contundenda, contundantur. 5. A. f. linimentum. Vtinā hæc omnia sufficiant pro salute nostri nobilis Ægroti recuperanda.

## APPENDIX.

**D**icuntur autem sinuosa vlcera quæ angusto sunt orificio prædita, & cavitare satis ampla & profunda citra vllam callositatem, atque duritiem, & pro orificij magnitudine copiosum pus aut saniem eructant. Appellantur autem non solum sinuosa, verum etiam cauernosa, cuniculosa, lacerosa, & recondita. A quibusdam etiam talpiaria, & recte quidem quia more talpæ sub carne, alijsque particulis proserpunt, parumper cavitates, & cuniculos, non secus ac eius-

modi animalia sub terra efficiūt; quare non sine ratione vocantur etiam chilia idest venter, quia copiosam saniem continent tanquam in ventre. Sinuosorum vlcerum differentia à cauernarum magnitudine, vel à situ, vel à numero, vel à figura petuntur. à magnitudine quidem, quia sinus, vel sunt breues, vel longiores, profundi, altèque penetrantes, vel ad carnes, vel ad ossa, vel ad cartilaginem, vel ad neruosas partes; à situ pariter quia, vel tendunt sursum, vel deorsum, vel ad latera. à figura, quia vel sunt recti, vel flexuosi, vel obliqui; à numero quia vel sunt simplices, vel duplices, vel triplices, & tandem, vel habent orificium in parte superna, vel in parte inferna, vel circa partes laterales; qui enim circa fundum sunt perforati, recti à Gal. appellantur; qui verò circa partem supernam, contrarij recto dicuntur, qui tandem circa partes laterales, obliqui nominantur; omnes autem he differentia ad duas reducuntur. à Gal. quarum prima dicitur simplex sinus à Gal. simplicem autem appello sinum quando saniem, neque valde exustam, neque valde fetidā, neque valde acrem eructat; compositum verò, cum cutem exedit, eamque reddit veluti pānum attritum, & saniosum Ichorē valde fetidum, vel tenuem; ac erodentem saniem emittit; huiusmodi autem species elchos racodes, siue colpos racodes à Grecis dicitur. Ex dictis sinuosorum vlcerum

notę innotescunt, sed quousque tendunt docet specillum, & materia purulenta quam eructant nã ex specillo facillè percipitur num ad partem supernam, vel infernã tendant, num ad neruos, vel ad carnes &c. quia si ad neruos, dolor percipitur, & materia erit tenuis, ac vëtiosa; si ad os, durities, & asperitas tangitur, & materia erit nigra, vel saltem liuida, tenuis & fetens; si cutim pariter exeat, atque erodat sanies virulenta, vel pus acre & mordax excernitur.

Ceterum sinuosa vlcera parua, ac in parte carnosã exorta, & quæ in corpore non valde cacochimo, existunt, periculo vacant. minusque periculosa censentur etiam illa quæ materiam probe concoctã fundunt concoctiones enim securitatem, ac morbi celeritatẽ portant, vt docet diuinus senex. Secus verò magna, & quæ neruosas partes, vel artus occupant, vel ad aliquem ventrem penetrant, vel virulentam, ac fetidam materiam fundunt, & dolores, & febres aliaque symptomata mouent; sunt valde periculosa, quibus si adnexa sit affecti corporis cachexia, vel virium iactura, vt plurimum necant; vtcumque tamen sit; quamcitissimè sunt curanda, alioquin callum contrahunt dura efficiuntur, & in fistulas degenerant. vel concitatis expræcipuis membris, alijsque visceribus, prauorum succorum fluxionibus, reddantur contumacia ad sanandum. Quare institutis atque præmissis vniuersalibus præsiidijs; quæ

viscera corroborare valeant sunt exhibenda. Deinde quæ ipsa sinuosa vlcera respiciunt, sunt faciendã; quare si horum vlcerum orificium fuerit angustum, & sanies intus latens perfectè educi non possit neque abstersio, quæ tantopere est necessaria moliri, neque medicamẽta applicari, illico versus illam partem, vbi maior vrget necessitas secandum, sic enim tribuitur exitus materię, facile ex admotis medicamentis sequitur abstersio, exiccatio, & tandem carnis regeneratio; Verum si orificiũ fuerit magnum, ac in parte inferna, neque opus est arte, neque sectione neque multo labore, ad finem curandum; tunc enim sanies per se effluit; quare sat erit orificium apertum seruare. Secus verò si sit in parte superna, tunc egeamus arte atque solertia, quia sinus est veluti saccus, quare sanies nõquam potest perfectè expurgari. hæc quoque difficultas viget cum orificium ad laterales partes consistit: tunc enim, vt educatur, opus est optimo situ, atque collocatione, vel ligatura, vel tandem idonea sectione. Nam situ; & optima collocatione possumus efficere, vt sanies educatur: vt si sinus in brachio cõsistat, & orificiũ habeat in parte superna, si solerter collocetur brachium, redditur inferius, verũ si per situm, atque collocationem educi nequeat, ad turandas candulatas est deueniendum supra quas inspergendum, est aliquod medicamentum quod abstergendi, atq; exiccandi vim

habeat. Adiuuare quoque saniei expulsiōem solent ligaturę quę expulsiuę appellantur de quarũ materia, & forma alibi dicemus. Verũ si accidat, vt affecta pars haud situari valeat neque per turundas, aut ligaturam purulenta materia, educi possit tota ca-

uitas est incidenda; at vero si affectus locus dubiam, ac periculosam sectionem faciat infundo aperire magis expedit inquit *Gal. 3. met. c. 4.* quod si ob loci præstantiã sectio tuto fieri non possit ad lotiones quę detersiones appellantur est confugiendum.

### CONSULTATIO XXVIII.

*De fractura Cranei absque vulnere pro quodam Excellentissimo viro.*



Vis nam sit affectus P.N. quo vtinam ne lethaliter afficiatur Excellentissimus noster pater ad sincipitis regionem; satis luculenter patet; est enim morbus in situ, & soluta vnitate; in situ quidem quia os de proprio loco est ita demotum; vt meninges & cerebrum cõprimantur. In soluta vnitate, quoniam os est contusum atque diffractum, proprie autem est illa fracturę species quę compressio sine vulnere appellatur. Esse autem cranium contusum confractum, & depressum præter sensũ visus, atque tactus; denunciant symptomata, quę hanc ossis lesionem concomitantur, nempe obcecatio, obmutescencia sanguis e naribus percussione tempore effusus, & febris è vestigio. quod etiam comprimat membranas, atque Cerebrum, docet sensus ipse fidissimus nempe cauitas insolita, quę digito etiam tangitur: & do-

lor quoque quem ostendit; nã videmus quod Excellentissimus hic vir sepe nasũ emungit; pathognomicum signum internę lesionis, huius autem percussione causa remota, (vt audimus) fuit casus ex Equo supra durum, & inequalẽ lapidem. cuius causa etiã meninges fuerunt lesę, & cerebrum compressum. Causa verò proxima ledens, præter os è propria sede demotum, est quoque sanguis extra vasa effusus grauās, vellicans, obstruens, atque impediens omnes animales fũctiones. nam vbi facultas animalis quietẽ agit, & feriat, organa sensus, & motus suo officio non funguntur: siquidem propter ingentem percussione non solum partes continentes; verum contentę nempe spiritus animales, sanguis e proprijs receptaculis, ipsumque met cerebrum à naturali situ dimouentur. Quę quidem mala multas ob causas sunt valde periculosa, & exitialia primum ratione præstantiã partis, consistunt enim in

in regione sincipitis, ac coronalis suturæ, vbi plurimum cerebri viget. deinde ratione propriæ essentia, quia magna est ossis depressio secundum latitudinem, ac profunditatem, quare partes cõtentę vehementer leduntur. Tertio ratione causæ conseruantis, quoniam in trocessum os meninges, cerebrumque comprimens citra discrimen, & laborem remoueri nequit. est enim necesse cutē, musculosas carnes, venas, Arterias, & pericraniū scindere atque distrahere, os ad plures partes terebrare, sanguinem extra vasa effusum educere ferrea instrumenta admouere, ac cranium subleuare. Quę omnia quot, & quantas calamitates funestaque accidentia possint inducere, vt satis notum omitto. tandem ratione symptomatum. quæ è vestigio apparuerunt, & adhuc perdurāt, quæ quoniam magna sunt magnā lesionem denunciant, magnumq; discrimen portendunt, & proximum interitum minantur. non est tamen Excellentissimus noster patiens absque auxilijs deserendus; nam obseruatum est quod plerique præter medicorum fiduciam mirabili quodam modo, ac stupendo, sæpe mortem euaserūt. *ut lib. 4. cap. de extractione sagittarū testatum reliquit Auic.*

Quare confestim ad terebrationem tanquam ad sacram ancoram est recurrendam, & os nobilissimas partes comprimens inter sanam depressamque partem ad plura loca terebrandum; idoneis-

que instrumentis subleuandum. Sed ante omnia molles partes derasis capillis, scindantur, pericranium diuellatur, sanguisque fistatur etsi operationem faciendam impediat, sequenti die os comprimens subleuetur, & secundum artem ad propriam sedem, naturalemque situm restituatur. prudenter tamen ne ex admotis instrumentis meninges lacerentur, & cerebrum ledatur. Neque est expectandum, vt hæc operatio retardetur, vt nonnulli esse faciendum, arbitrantur. Nam hæc sententia in reliquis capitis fracturis, ac lesionibus potest admitti non autem vbi os meninges cerebrumque comprimit, pungit, & quammaximè lædit, sic enim tot tantisque symptomatibus occurritur, sanguisque extra vasa effusus priusquam putrescat, & interitum inferat, educitur.

Neque est dicendum, quod os absque vulnere confractum ferreis instrumentis tractari non debet, neque molles partes discindendæ, sed ea tantum facere oporteat, atque addibere quæ inflammationem arcendi, sanguinemque extra vasa effusum resoluedi facultatem retinent. Quia hæc sententia vera censetur quū meninges neque punguntur, neque cerebrum comprimitur, neque effusi sanguinis magna copia viget; non autem vbi membrana, ac reliquę cunctę partes læduntur ex depresso osse, ac sanguinis copia inter cranium, & membranas, vel inter meninges, ipsumque

que cerebrum collecti existit, non enim potest natura proprijs viribus quod noxium est expellere, neq; à medicamentis superari.

Quibus per actis probarem, vt illa medicamenta apponantur, quæ natium calorem roborandi, ac fouendi facultatem detinent, simulque inflammationem prohibendi. Has vires includit oleum rosaceum, oleum abietinum balsamum apparitij sanguis columbinus & huiusmodi, præsertim verò ligaturæ, cucurbitulæ, hirudines frictions, & sâguinis missio gratia reuulsionis, de quibus omnibus me remitto ad solertiam Excellentissimi medici curantis. Empirici autè post sanguinis missioneu delicatulis linteis balsamo carnis humanæ perunctis, sauciatam partem cooperiunt; dicunt enim quod sola applicatione balsami carnis humanæ, eiusque per vnctione felici cum successu curantur omnia capitis vulnera etiam cerebri; & symptomata grauissima euitantur. Verum, vt verum dicam in hac curatione Excellentissimi nostri Patientis, rationabilibus medicamentis esse vtendum puto. Reliqua verò, quæ desiderantur à doctissimis medicis assistentibus excogitari, mutari, ac factitari possunt pro vt ipsis magis opportunum videbitur.


#### APPENDIX.

**C**ompressio quæ etiam introcessio, desidentia, & de-

pressio à latinis dicitur, à Græcis empisma, siue Ecpyesma à barbaris Manusis, siue monasis, est quædam compositæ fracturæ species versus membranas; procedens, eas vt plurimum comprimens, rimam, ac contusionem, adnexam habes. adnumeratur autem inter fracturas compositas, quia contusionis saltem est particeps. introcedit autem os cum fixuris, nam absq; his introcedere nequit, inquit *Hip.tex.8. libelli de cap. vuln.* quod de osse duro intelligendum est non autem de osse puerorum, quod sine rimis potest introcedere. huiusmodi autem fractura interdum in plura fragmenta perrumpitur, quæ membranæ inherent, & tunc inhecrentia appellatur, quandoque tantam membranam cõprimit, & vrget, & tunc cõpressio dicitur. Diuiditur pariter in plures differentias quarum prima est respectu quantitatis ossis desidentis v3. quum plus minusue desidet. Secunda respectu loci; quum magis in summo, vel altius desidet, nam interdum superior tantum lamina deprimitur, interdum ambæ laminæ, &c. hoc idem intelligendū est de fissuris, quæ cum introcessione copulantur, interdum etiã est sic grauis compressio, vt non solum membranæ deprimantur, vel pungantur; verum etiam, & ipsum cerebrum; vix enim possunt comprimi membranæ, quin & cerebrum quoque comprimatur. Compressio quoties est magna, cum sub sensum cadat facile innotescit, non solum quod specil-

lo exploretur, verum etiam, quia praua mouet symptomata, secus verò vbi exigua est; tunc quia solum eludit, admodum difficile deprehenditur, præsertim si citra ossis detectionem accidit. Poterit tamen peritus Medicus illam venari ex causis ex quibus illata fuit noxa, præsertim efficientibus, & istrumentalibus nempe si istrumentum fuit magnum, casus ex alto, &c. Et tandem ex symptomatibus, quæ iactus tempore magna fuere; perdurant &c. Cæterum vbi os est fractum, ac à propria naturali positione semotum ac, euersum. ne subiectas partes vehementer ledat illico est restituendum, & ossis frustula si adsint remouenda; idoneis istrumentis si adaptari valeant, sin minus, inter sanam ac depressam partem in vno, aut pluribus locis terebrandum non enim conducit supra os depressum terebram admouere, ne magis subiectæ partes comprimantur. Verum si cum fissuris multis, ac patentibus os esse introcessum videatur, nec vllum prauum accidens sit adnexum, nihil


est innouandum tunc enim Icoribus iam patet exitus; quare natura non est perturbanda, neque exagitanda. secus vero si os cum fixuris introcesserit, membranas ledat, & symptomata intendantur, tunc quia natura oppressa nequit quicquã vtile proprijs viribus moliri, illico est ad ferrea istrumenta confugiendum; quin etiam si os membranas neque pungeret, neque deprimeret adhuc est terebrandum, ac perforandum ut remoueatur ossis pars que contusa est; cum etiam, vt detur exitus materiæ, quæ per fixuras ad subiectas partes percolat. Verum non est necesse, vt totum os depressam detrahatur, nam sat est vt os subleuetur. Sic enim prohibetur ne refrigerentur membranae, ac præseruatur, ne exitialibus alijs accidentibus detur occasio; cæterum quod reliquum est naturæ comittatur expectando quousque corrupta ossa à subnascente carne propellantur, que siccantibus medicamentis est adiuuanda, de quibus alibi dicemus.



CON-

## CONSULTATIO XXIX.

*De grauisfima capitis contusione absque vulnere pro quodam nobili Puerō.*



Vod hic puerulus decem annorum, ingenti contusione afficiatur, quæ ab extremo occipitis ad musculū vsque temporalem sinistram percipitur præter extumescentiam, quæ ad sensum statim perspicitur; Indicant eiusdem extuberantiæ, liuor, dolor mollities, febris, sopor, obmutescentia, & oculorum caligo, quæ non solum externam contusionem, verum etiam internam lesionem demonstrant; Cuius contusionis, omniumque aliorum malorum causa; ingens percussio fuit propter casum ex sublimi pavimento factum. causa vero proxima sunt humores, è proprijs receptaculis effusi, sub cutem collecti. sed causa soporis, obmutescentiæ, aliorumque symptomatum sunt cerebri concussio, spirituum animalium dissipatio; opticoꝝ nervorum obstructio, eiusdemque facultatis animalis perturbatio, fortasse etiam sunt vapores eleuati, & ad oculos pulli, vel sanguis extra vasa effusus, & sub meningibus dispersus. est enim necesse dicebat Hip. stuporem obmutescentiam, somnum profundum, motus abolitionem, & lapsum fieri ex spirituum animalium

perturbatione; eorumque influxu à motu denegato. Causa etiam febris, quæ circa initia in capitis lesionibus apparet præter dolorē, est inflammatio, quæ in affecta parte incipit, consentit enim cerebro per soporiferas arterias vitæ principium, per quas plus æquo cerebrum incalescens cor in consensum ducit.

Quæ quidem symptomata, quoniam circa initium nempe tempore percussiois apparuerunt, & adhuc perdurant, maximum vitæ discrimen portendunt; arguant enim non solum externarum, verum etiam internarum partium lesionem; tamen quia est pluries obseruatum. quod in capitis percussioibus, symptomatibus in principio apparentibus magis Ægros conualescere, quam non existētibus, sed superueniētibus postea mori. idcirco non sunt nostro Ægrotanti puerulo deneganda efficacia præsidia quæ alijs fuisse saluti. Eo magis quod huiusmodi symptomata non necessario cranij fracturam denunciant, aut internarum partium læsionem, vt cap. 15. lib. 2. de sacra vulnerum curatione notauit eruditissimus. Cæsar Magatus; Nam frequenter superueniunt ad cerebri commotionem. Quare potius probabilitatem, quam necessitatem: arguūt

vt

vt idem subdit.

Quapropter illico ad magna auxilia est deueniendum præsertim verò ad sanguinis detractiõnem, quæ ex vena cæphalica primo dextri cubiti deinde sinistri fieri poterit. Vel etiam primo ex pede sinistro. Sero ac mane fiât frictiõnes, quamcitissimè etiam corpus expurgetur. instituatür proba victus ratio; interim quoque nasalialia non sunt omittenda. de quorum omnium auxiliorum materia forma qualitate, & quantitate me remitto ad peritiam excellentissimi curantis. ad partem verò affectam sunt apponenda, quæ costringendi, reprimendi, leniendi, digerendi, atque exiccandi facultatem habent sicuti est emplastrum quod cõformatur. ex farina hordei seminis lini, pulueribus rosarum, mirtillorum. ladanii, & vino granatorum, aut posca, quod ad quartum vsque diẽ applicari poterit, quo tempore exacto, addendus est puluis florũ camomillæ, anethi, bettonicæ, cumini, & meliloti vna cum sapa oleo abietino, & therebenthina, quod sero, ac mane mutari debet.

A curatione quæ ferro fit abstinendum esse puto, non enim conducit contusionem aperire, os nudare, ac terebrare. nam longo vsu est comprobatum magis seruari eos, qui citra scalpelli operã partim lenientibus, partim siccãtibz curantur, quam quibus cutis inciditur, & os terebratur, cute existente integra. Tunc enim cutis est aperienda, ac pericranium

separandum inquit *Hip. libello de cap. vuln.* quum os nudatum est in reliquis verò ab experientia, & ratione est alienum, cutem scindere, os perforare, & cerebrum detegere. nam detectum cerebrum, vt ab ambiente àere refrigeretur est necesse inquit. *Gal. lib. 8. de vsu part. c. 2.* etiam si in estiuo tempore id contingat. Est enim quocumque àere estiuo calidius cerebrum. siquidem duo efficit cranij apertio scripsit *And. Cesalpinus lib. 2. quæst. medicinalium cap. 11.* nempe refrigerationem ex contactu àeris frigidioris, & expirationem calidi innati. quibus addi potest quod in casu nostro nec potest, nec debet fieri apertio; nunquam enim temporalis musculus citra conuulsionis motum, viteque discrimen scinditur inquit *Hip. cit. libell. de cap. vuln.* Semper enim maior ex cranij apertione, quam ceterarum partium sequitur noxa, quia detecta cerebri membrana leditur pars princeps, ex cuius lesione exitialia symptomata oboriuntur; quare ab apertione in casu nostro esse prorsus abstinendum puto, tanto magis quod in hac puerili ætate ossa facile depressionem patiuntur, non disrumpuntur cute, & vt plurimum absque fractura, & facile quoque sanitati restituantur, vt non semel obseruauimus, atque ita esse procedendum arbitror pro curatione huius nostri Ægrotantis Pueruli.

O

AP-

## APPENDIX.

**C**ontusio siue illisio, siue elisio est continui solutio à causa extrinseca, integra existente cute, quæ fit ab istrumento graui, ac retuso, vnde ratione partis ad quas recipitur, varijs nominibus insignitur, nam quæ in mollioribus partibus aduenit contusio, & collisio dicitur, in duris verò nempè ossibus impulsio, inflexio à latinis, & fractura, à Græcis Thlasma, siue Thlasis, & à barbaris achafat siue anfac. illud tamé verum est. quod Thlasis siue impulsio solutio est continui in osse circa minimas particulas per compressionem substantiæ ossæ, quæ ex *Gal. sententia lib. de caus. morbor. c. vlt.* ad sensum minime patet, quia res, quæ contundit cum sit obtusa non soluit continuū secundum magnas particulas, vt sectio facit, sed secundum minimas; quare non mirum si minime conspicua sit præsertim circa initia, quia progressu temporis nempe elapsis tribus, vel quatuor diebus, apparent in osse quædam maculæ albæ velut puncta nō secus ac in vnguibus interdum conspiciuntur, quum autem huiusmodi maculæ apparent, denunciant non solum os esse contusum; sed etiam emortuum; nam quo tempore os sanum est & viuit subrubrum videtur; quando emoritur album, cum vero nigrū, tunc non modo est emortuū, sed etiam putrefactum siue sphacela-

tum. moritur autem sub contusionibus os, quia pori, atque meatus per quos sanguis vitales exercet operationes obstruuntur. quare quum sanguis suos non habet motus ad os accedere nequit, os autem proprio alimento destitutum, moritur, sed paulatim non illico, quia cum circa initia, non est adhuc sanguis digestus; sunt enim in osse venulæ tenuiores, ac cauiore sanguine plenæ idest meatus inquit *Hip. lib. de cap. vul.* quare hanc ob causam circa initia vix potest ossis cōtusio dignosci. præterea contusio, vel est solum in carne; & sine vulnere, vel cum vulnere complicata; interdū etiam cum cerebri concussionē, & commotione maxima. verum quouis modo accidat fieri potest citra cranij fracturam, aut cum ipsa, aut simul cum cranij contusione, quia vt rectè notauit *Hip. cit. lib.* potest os in sua ipsius natura contundi, nulla ossi per contusionem rima accedente. quia, vt pariter quoque notauit *Fallop.* quoties os contunditur necesse est, vt locū cedat corpori contudenti; potest autem cedere dupliciter, vel quod recedat è proprio loco, vel quod cedat locū in sua substantia, vel cum rima, vel sine rima, vel cum introessione, & rima, vel sine. tandem contunditur os magis, & minus altius, & minus altum, vt idem *Hip.* inquit. dissimiles quoque sunt contusiones partis mollis; nam vel sunt in cute, vel vna cum cute in subiecta carne, magis & minus latiores lon-

longiores, &c. contusionis, siue ecchymosis causa, est grauis ictus, siue grauis casus. ex his enim non solum carnosæ musculorum partes sine cutis solutione contunduntur; verum etiam ex distentione confertim facta abrumpuntur, saltem tenuissimæ venæ soluuntur, interdum grandiores, & fit ecchymosis magna, vel parua magis minusue profunda, & quo maior est ictus vehementia; eo profundiores, & maiores fiunt contusiones. maioresque lesiones subiectæ partes experiuntur. quare non sunt contendendæ contusiones, & præsertim quæ grandiores sunt, solent enim mutari faci-

le in abscessum, sinuosa vlcera, & Gangrenam. adhuc magis periculosa, & vt plurimum exitiales sunt, quæ cum ossis lesione sunt complicatæ, vel magna symptomata mouent; nam solum illæ contusiones carent periculo, quæ leuioribus sūt, & ex leui causa excitatæ, & ecchymosis naturâ sapiūt. curatio absoluitur si sanguis per cutē dispersus digeratur, vel subter cutē effusus atequā nigrescat, & in grumos conuertatur, euacuetur. Cæterum aliter curantur contusiones in carne, aliter in ossibus aliter sine vulnere, &c. de quibus alibi multa sunt dicenda; atque annotanda.

CONSULTATIO XXX.

*De putrido occipitis vulnere pro quodam nobilissimo viro.*



**A**ffectus morbificus, atque primarius, quo nobilissimus hic vir in occipitis regione detinetur, quod sit vlcus putridum, præter oculatam fidem; indicat foetidi halitus, putrida corrupta sanies, carnis mollities, & corrupta quædam veluti limus substantia, præsertim vero specillū quod citra doloris sensum admouetur, & febris, quæ omni tempore infestat pathognomonica signa nō solum putridi vlceris, verum etiā sphacelati ossis soboles, est enim necesse vt ex corruptis carnibus, ac putrida sanie sphacelletur os,

& affectus secundarij sequantur nempe sitis, oris amarities vigilie, & inappetentia. Quorum omnium malorum causa remota fuit istrumentum obtusum, ex quo præter sinuosum vulnus ingens contusio est concitata; quæ humidis medicamentis à quodam inepto Tonsore curata; tandem in putridum vlcus degenerauit; proxima vero sunt humores crassi, ac vitiosi, sanguinis naturam, quodammodo referentes, qui à naturalibus afflictæ partis facultatibus non regulati, marcescunt & putrescunt, malumque augent & fouent. Quare propter has causas puto huiusmodi mala esse

curato admodum difficilia, & periculi plena. nam timetur ne corruptela, quæ in dies, magis ac magis excrescit subiectis mēbranis, cerebralique substantiæ cōmunicetur, quod facile potest cōtingere, dum videmus, quod iam malum futuram lābdoidem occupauit, per quam facile internis partibus huiusmodi externa noxa potest impertiri; quare danda est opera, vt quamcitissimè corruptæ carnes detrahantur, deinde alteratum, & corruptum auferatur inflammatio sedetur, & fluxiones auertantur.

Quantum ad primum pro remouendis corruptis carnibus nihil est ferro præstantius quare forcipe, vel nouacula, vel consimilibus alijs istrumentis abscindantur, ac prorsus euellantur, deinde pulueribus calcanti rubri, mercurij præcipitati, atque Aluminis expleatur vlcus, huiusmodi enim pulueres præterquam putredini resistunt; malignitatem quoque, atque corruptelam mirabili quadam virtute, euocant, atque absumunt, maxime si ad tumentes inflammataeque partes, cataplasma, quod natiuū calorem fouendi dolorem sedandi, collectamque materiam dissipandi facultatem habeat, applicetur, sicuti esse potest quod ꝑ. pul. ros. rub.  $\frac{3}{4}$  1. flor. camomil. & meliloti, ana  $\frac{1}{2}$  far. hord  $\frac{3}{4}$  3. sem. lini  $\frac{3}{4}$  1  $\frac{1}{2}$  ol. ros.  $\frac{3}{4}$  3. iuris pulli. q. 5. ad ignem 5. A. f. cataplasma, vnctiones quoque ex oleo myrthino, ros. & sem. lini tā-

quam satis vtiles commendantur.

Quantum ad secundum remotis corruptis particulis, ac sinuositatibus, ac prorsus abiterfo vlcere; alteratum, atque corruptum os abraforiis istrumentis auferatur ad viuum vsque nempè quousq; floridi sanguinis stillæ vndique ærumpant; atque guttatim fluāt, atque sic puto esse procedendum, non autem expectandum, vt os corruptum ex se decidat, hoc est à subnascēte causa pellatur. quoniam huiuscemodi naturæ motus non nisi longo tempore contingere solet. nēpè circa quadragesimū, aut 60, vt notauit 4. de Art. t. 36. *Græcor. Splendor. Hipp.* Post ossis læsi detractionem pulueribus ex Aristolochia, paucedani, ac huiusmodi expleatur vlcus, vel filamentis in spiritu vini, ac melle ros. simul mixtis. interim ad fluxiones auertendas, ac noxios succos educendos, iterum secetur vena, ac exhibeatur pharmacū; quod molestantes succos in corpore redundantes respiciat. fiant ante cœnam frictions, ad spatulas, ac nates, apponantur cuturbitulæ, in ceruicis axillarumque regione, quin in vniuersa cerebri vicaria, ex oleo amigdal dulcium, ac pinguedine Gallinæ vnctiones fiant. ex his enim neruosa corpora, quæ cum meningibus, ac pericranio consensū habent roborantur. quotidie pariter alteretur febris, alexipharmaca exhibeantur, nempè quæ aduersus malam qualitatem pugnandi, virtutem continent. tandem alius seruetur aperta.

Cor-

Corpus iuxta periti medici curā-  
tis cōsiliū optimis cibis nutria-  
tur. interea si quid noui emerse-  
rit idoneis auxilijs occurratur. atq;

hæc breuiter mihi dicenda occur-  
runt pro nostri Ægrotantis salute  
recuperanda.

C O N S U L T A T I O   X X X I .

*De Erysipelate Phlegmonoso totius capitis, ac faciei pro quo-  
dam Reuerendo Sacerdote.*



Umorem P. N. qui  
sex ab hinc diebus  
in aure destra no-  
stri Reuerendi cœ-  
pit prorumpere cū  
rigore, & febre, & nunc fere vni-  
uersam capitis totiusque faciei  
regionem occupat, certum est es-  
se erysipelas phlegmonosum. in-  
ditio sunt ingens calor, dolor nō  
leuis, rubor sub flauus, extume-  
scentia magna, febris vehemēs, &  
motus quem facit serpendo, nam  
videmus, quod in horas nouam  
sedem occupat; propriè autem est  
morbus compositus inquit *Gal.*  
*lib. de diff. morborum c. 11. et 12.*  
quia plures complectitur affectio-  
nes; nempe immoderatam calidā  
intemperiem, magnitudinem. P.  
N. auctam, cauitatum obstructio-  
nem, & vnitatis solutionem. Quo-  
rum omnium affectuum causa pro-  
xima, & immediata est sanguiste-  
nūis in substantia, & feruens in  
qualitate, ex quo fit inflammatio  
lata, rubra, & sparsa inquit *Lan-  
franchus*. præsertim autem ad ca-  
put, ad quod huiusmodi humor  
ob sui tenuitatē facile fertur sub-  
dit *Vidus Vidius lib. 12. par. 2. c. 4.*  
quare non mirum si sæpè caput

hoc vitio afficiatur, ait *Auic. lib. 4.*  
*f. 3. t. 1. c. 4.* causa verò remota, vt  
ex relatis colligitur, varia in re-  
bus nonnaturalibus fuisse errata.  
præsertim vero in cibo, & potu  
calidioribus, motu etiam violen-  
to, animi passionibus, & labori-  
bus. Cæterum quoniam affectio  
hæc suapte natura est magna nam  
occupat, (vt videtur) vniuersam  
feræ capitis, faciei que regionem  
simulque praua symptomata ad-  
nexa habet, sitq; in corpore mul-  
tis, malisque succis referto, no-  
bilissimāq; partē afficiat; est val-  
dè periculosa; timetur enim ne  
interiores partes petat, & phre-  
nitidem inducat, vel fauces, ac  
Guttur inuadat, & strāgulantem  
Anginā excitet, si erysipelas foris  
intro conuertatur; malum est, in-  
quit *Hip. 6. aph. t. 25.* Sed quum  
caput occupat non solum est ma-  
lum, verum etiam exitiale, vt præ-  
ter *Celsum lib. 5. c. 26.* refert *Paul.*  
*lib. 4. cap. 21. 23.* & notauit *Ætiūs*  
*serm. 13. c. 15.* præcipuè quum in  
dies excrescit, non enim semel  
vidimus caput hoc malo corrup-  
tum ad maximam, monstruosamq;  
magnitudinem deuenisse, & Æ-  
grotantes fato cecisse. verum quā-  
uis

uis maximus fit affectus iste; tamē quum consistat in corpore iuuenili. non est desperandum quin cōuenientibus adhibitis auxilijs sanitati restituatur. Auxilia autem petenda sunt ab illis tribus medicinæ istrumentis, vnde quia sumus in quarta die, & sanguis primo ex vena pedis reuulsionis gratia, deinde ex basilica dextri cubiti, deriuationis causa fuit iam missus: nunc nulla interposita mora, aperiatur vena humeraria eiusdem cubiti. tum quia morbus est magnus, & magno impetu in ceruicem se insinuat. tum etiam, quia adhuc viget humorum apparatus; nec à viribus contraindicatur. deinde subsequenti die ad humorum feruorem compescendum; aluumque deiciendam premissio clystere ex oleo, & melle violato cass. elect. de succo ros., ac decocto cōmuni, poterit exhiberi bolus ex cass. nouiter ext. pulpa tamarindor. & puluere Glicirhiæ. subsequentibus quoque diebus ad humores à capite auertendos repetantur clysteres, ac ad infirmas partes frictions fiant interim serapiis, ac potionibus frigidis corpus alteretur; in regione dorsi vnguentum refrigerans *Gal.* applicetur, & Iecur vnguento sandalino, & ros. attemperetur, victus ratio ex frigidis ac humidis ferculis, iuribus consumptis, & similibus istituatur. à Topicis medicamentis est prorsus abstinendum, non enim conducit refrigerantia, & adstriuentia, quibus non semel vtuntur medi-

castri in phlegmonoso capitis erysipelatae, adhibere, ne repulsus humor. ad intimas cerebri, & faucium partes ad quas facilis, & breuis est via, feratur. quare optimum arbitror medicamentorum, nihil prorsus laboranti parti ad mouere, sed topicorum loco, tutius est cucurbitulis siccis, aut scarificatis, ligaturis, extremarumque partium lotionibus iterum, atque iterum factis vt, atque ad venas podicis hirudines adhibere; quamplures enim vidimus nullo apposito auxilio sanitati fuisse restitutos. quare probare non possū pro attemperando feruore, ac leniēdo dolore vsū olei amigdal. dulc. loti. est enim oleum inflammationibus in quibus ingens viget feruor, infensum, siquidem superpositum flammam flammæ adijcit; atque ita puto esse procedendum in casu nostri Reuerendi pro cuius sanitate recuperanda, hæc breuiter erant dicenda.

## APPENDIX.

**E**Rysipelas Grecis ita dictum; ab antiquioribus latinis sacer ignis idest execrandus, vno excepto *Celfo* à quo more Græcorum erysipelas quoque appellatur *lib. 5. cap. 26.* à barbaris spina. à *Quinto Sereno* simpliciter ignis, & tandem à quibusdam medicis ignis siluaticus. est tumor P. N. non admodum exporrectus ex feruenti tenuique sanguine productus. cuius species ex *Gal.* sententia plures sunt, quædam enim

Differentia.

Subiectum.

Causa.

enim desumuntur à materia nempe ab ipsa bile; quare quot sunt species bilis, tot sunt species erysipelatum. nam quum bilis est naturalis, & simplex exquisitum producit erysipelas, si non naturalis erysipelas malignum exulceratum putridum cancerosum, &c. si cum alijs succis adulterata, nempe cum sanguine erysipelas fit phlegmonosum, si cum pituita oedematofum, &c; Quaedam desumuntur à magnitudine, quia interdum sunt magna, ut quæ occupant vniuersum caput, & faciem, interdum totum crus, & femur, &c. quaedam desumuntur à tempore, quia, vel sunt in principio, vel in augmento, &c. quaedam à complicatione; quia interdum sunt cum ulcere complicata; non raro cum vesiculis, cum crustis, &c. Quaedam erumpunt primo & perse, quaedam sequuntur ad alios morbos, nempe ad vulnera, fracturas, &c. Subiectum erysipelatis frequentissime est cutis externa, atque extrema; interdum etiam sunt membranæ, ac viscera interna Gal. n. lib. 4. de locis affectis cap. 8. mentionem fecit erysipelatis Pulmonis, & ventriculi. lib. de Marcore c. 7. Hepatis, lib. 5. de locis aff. c. 7. erysipelatis quoque vteri meminit adhuc Hip. 5. aph. tex. 43. & idem Gal. vesicæ aph. 3. com. 16. Causa erysipelatis remota sunt omnia quæ biliosum sanguinem generare sunt apta, nempe àer calidus, nimius motus, immoderata vigilia, vehemens ira. medi-

camenta nimis calida, vulnus fractura, vltio, & huiusmodi, causæ, verò internæ duplices sunt antecedentes v. 3. & coniunctæ, antecedens est nimia bilis copia, ex ingenti Iecoris caliditate producta. causa verò coniuncta est succus biliosus non quidem excrementitius, sed alimentalis, qui etiam sanguis tenuissimus appellatur à Gal. 2. ad Glauc. cap. 1. quia bilis, quæ secundum naturam est nil aliud est quam sanguis tenuissimus, calidissimus, atque effervescentes, quare non sibi contradicit Gal. quum 13. & 14. meth. dixit à flaua bile nasci erysipelas, quia idem est flaua bilis, ac sanguis tenuissimus, inquit Fraciscus Valleriola lib. 3. enarrat. medicinaliū cap. 4. Dignoscitur erysipelas ex tumore, qui ad cutis tantum superficiem consistit, quia cum humor biliosus sit admodum tenuis potius per cutem dispergitur, quàm infigitur, & in tumorem attollitur, ex calore vehementi, quia interdum cutem sic vrit, ut vesiculæ excitentur. ex dolore pungituo, ac mordente, ex colore rubro, sed claro, qui admoto digito, recedit, & cutis alba fit, sed remoto illico recurrit; ex febre acuta, quæ motum tertianæ habet. distinguitur autem à phlegmone, quia erysipelas cutem tantum occupat, phlegmon verò præter cutem, subiectam quoque carnem; præterea erysipelas colorem pallidum, vel flauum, vel ex vtriusque mixtum retinet, phlegmon verò rubrum; erysipelas serpit,

serpit, & è loco mouetur, inflammatio autem omni tempore in vno loco infixæ consistit, tandem est dissimile erysipelas ab inflammatione in caliditate, quæ longe maior est in erysipelate quam in phlegmone; insuper erysipelas quæ sua sponte nascitur, nec sequa symptomata mouet, nec magnum est; nec præcipuas partes occupat periculo vacat, secus verò magnum in capite, vel ceruice, vel in vtero obortum, est valde periculosum, & vt plurimum exitiale, sicuti & quod ad alios sequitur morbos nempe ad articulorum vulnera, luxationes, ossium fracturas, vel ad venereos bubones, vel ad pudendarum partium

vitia, in his enim semper timetur ne in alios exitiales morbos commutentur, nempe in vlcera sinuosa, corrosiua, phagedenica, siderationem & huiusmodi. Erysipelatis curatio est potius ab ijs, quæ respiciunt causam, quam effectum; petenda; nam quæ respiciunt effectum sunt frigida, & adstringentia, vel frigida & humida, quorum neutrum admoueri debet, ne repulsus humor, præcipuas partes adeat, & longe maius malum accersat; qua ratione Neapolitani medici omni tempore topica præsidia contendunt, & ijs tantum vtuntur, quæ erysipelatis causam siue remotam, siue antecedentem respiciunt.

## CONSULTATIO XXXII.

*De defluio capillorum, & carie pro quodam strenuo milite.*



Vemadmodum non omnes, qui cum peste correptis, aut in aere pestilenti versantur, afficiuntur, ita non omnes, qui cum coinquatis scortis accubunt, vel concubunt inquinantur inquit *Ambrosius Pareus lib. I 8. c. 5.* Quid igitur mirum si nobilis ac strenuus hic vir è quatuor suis familiaribus, qui cum quadam muliere hac virulentia infecta re habuerunt; Ipse dumtaxat carie contraxit, & paucis post diebus capillorum defluio fuerit correptus. sunt enim quidam (inquit *Fallop-*

*pius,*) qui Hepar robustum, & spiritus potentes habent; quare non facile inficiuntur; secus vero alij sic imbecillum Hepar, ac debiles spiritus retinent, vt ex simplici contactu, vnico lactis succtu, quin vnico osculo hanc virulentiam contrahunt, vt huic nostro patienti euenisse credendum est, qui post commercium cum inquinata muliere habitum statim circa Glandis coronam, tristum quendam sensum persentire cepit, simulque quædam exigua vlcuscula ad instar acus cuspidis aspicere, quæ secundum latum & profundum, pede tentim proserpere visa sunt. non

non sine maximis doloribus , & molestijs, & paulo post capilli cadere ceperunt; ex quibus satis euidenter colligitur hunc strenuū virum maligna carie detineri; sic enim huiusmodi vlcuscula appellantur à *Fallopio* quoties varijs figuris sunt figurata, varijsque coloribus depicta, vel labra habent callosa, in dies proserpunt; & interdum sic seuissime, vt intra paucos dies vlcuscula iam dispersa, simul coniūgātur, quæ omnia in casu nostri patientis obseruantur: Horum autem vlcusculorum causa non fuit sordes inter Glandem, & præputium collecta, neque nimius labor in coitu, aut longa æquitatio, aut vuluæ adstrictio ex adstringentibus a quibus, quibus nefariæ fæminæ, vt appareant virgines, vel vt augeant delectationem, vtuntur, procurata; sed Gallicana virulentia ex venereo actu, contracta; quæ sicuti cum delectatione recipitur, ita non sine maximis doloribus, ac laboribus remouetur, atq; estinguitur quæ etiam capillorum defluuij causa existit. nam Hepar hac labe coinquinatum virulentos ichores, atq; acriores fuligines, & excrementa gignit; quæ partim ad supernas partes delata; partim ad pudenda pulsa, huiusmodi vlcuscula producit inquit *Petrus Pigreus lib. 8. c. 3.* & ante ipsum *Gabriel Fallopius lib. de morbo Gallico fol. mihi 81.* Quare priusquam virulentia hæc magis se insinuet, & maiora mala excitet; danda est opera, vt acer materia

quæ circa pilorum radices colligitur, dissipetur, simulque prohibeatur ne amplius regeneretur, & quæ iam in corpore producta reperitur catharticis expellatur, reuellatur; interim vlcuscula ab omni virulentia vindicentur abstergantur, exiccantur, & demū cicatrice obducantur, vt autem acer materia, cuius causa capilli decidunt, educatur, forent necessaria discutientia, quibus ante totius corporis providentiam vt non licet inquit *Gal. lib. 1. de med. secundum locos*; nam euacuatis noxijs succis à quibus mala fouetur, facile qui pilorum radices contaminant, carnes erodunt, atque exadunt, superantur. Quare preparatis peccantibus succis ferapijs attemperantibus; syr. v3. de suc. cicor., lap., fum. ter., & huiusmodi; expurgetur corpus syr. sueff., ros. solut., cass., cōf. hamech., decocto ag., tartar., fol. sen., flor. cord., & tamar, ex his enim acres, & exusti humores, qui in Ægrotantis corpore redundānt, educuntur; sed quoniam plenitudo quoque viget, idcirco sanguis ex vena pedis nittatur; sic enim reuelluntur humores, & Iecur attemperatur. Post corporis euacuationem acer materia cuius causa pilorum radices eroduntur, expertis auxilijs dissipetur; sed nō adstringētibus inquit *Alexander Massaria lib. de Morbo Gallico circa finem.* Nam hæc præter quam quod ad pilorum radices non perueniunt, Ægros sæpè numero in grauissima pericula deducunt; si-

P qui-

quidem hoc modo impedita humorum fluxione, illi rursus ad internas corporis partes, & præcipue capitis recurrunt; vnde miseri Aegrotantes in vehementes capitis dolores, vertigines, destillationes. aliaque mala incidunt. Quare his, tanquam perniciosis omiſſis, quæ discutunt, & humorum malitiam corrigunt, admo- ueri debent, siue sub forma aquæ, siue olei, siue linimenti. sub forma autem lotionis potest esse se- quens decoctum v 3. ꝛ. fol. lapa- tij, fum. ter., calamenti, absyn- thij, pulegij ana m. 1. abrotani, fol. myrti, ros. rub. ana m. ÷ ligni san. 3 4. bull. in lixiuio cum 3 ÷ ag. hoc autem decocto prudẽ- ter caput abluatur, ne pili deci- dant; post lotionem, roboranti- bus vtendum, nempe oleo rosato omphangino ad 3 3. in quo infun- dantur per diem naturalem 3 3. pulueris ladani in linteolo inuo- luti, postea fricetur caput, & in- de supra exprimatur oleum. verũ si his nõ cedat; ad decoctum spar- tæ parillæ, & ligni Indici in loco sudorifico per plures dies assumẽ- dum, esse confugiendum pro- barẽ, aut tandem ad suffumigia ex thure, ambra, ladano, belzoin cinabere, & aceto conflata. His enim auxilijs non modo prohibe- tur capillorum defluuium; verum etiam speramus, quod qui deci- derunt, renascantur. oleum quo- que Gariofyllorũ chemicè extra- ctum, & prudenter admotum, nõ est reiciendum; alioquin vesicu- læ, excoriations, & corrosiones

sequerentur, est enim valde cali- dum. Quare tutius est ad pilorũ exortum procurandum; vt ijs vta- mur, quæ leuiores sunt, quale est. quod Recipit rad. arũdinum vsta- rum, amigdalarum amararum. cum corticibus ana 3 1. li- gni Indici 3 2. thuris, Gariofyllo- rum ana 3 3. ol. laurini 3 1 ÷ mis. & 5. A. f. linimentum; illud ta- men verum est quod sæpe sæ- pius citra topica præsidia, sed de- cocto tantum ligni Indici spartæ parillæ, & sudoribus has affectio- nes curauimus. non sunt interea, contendenda vlcuscula, ne mali- gniora, & deteriora fiant; & in- alia exitialia mala degeneret. qua- re illico eorum malitia, ac virulẽ- tia, quæ vulgo radix dicitur ex- pertis auxilijs dissipetur, nempe puluere quem recentiores Ange- licum appellant, vel puluere præ- paratæ tutiæ, plumbi vsti, aris vsti, & huiusmodi; neque ex his admotis auxilijs reformidanda est horum vlcusculorum dilatatio, quam vt satis utilis est optanda, inquit *Fallopius*, quoniam supe- ratæ atque æuictæ virulentia si- gnum est; & vlceris bonitatis eui- dentissimum inditium. his, vel consimilibus, superata vlcusculo- rum virulentia, non sunt illico claudenda, ac cicatrice obducẽ- da, imo per plures dies aperta seruanda. nam ex intempestiua horum vlcusculorum consolida- tione, bubones testiculorum in- flammationes, & consimilia mala sequuntur; vidimus tandem eui- cta omni malignitate, ac vlcuscu- lis

lis absterfis ; exiccantibus esse vtendum medendi ratio consulit, nempe vnguento de minio de li-targyrio, de tutia magistrali , & similibus. Quibus omnibus addenda est ea viuendi ratio, quæ exuberantes succos minuat, temperet, & immutet ; has vires obtinent herbæ refrigerantes, carnes vitulorum, pullorum auicularum montanarum, & huiusmodi euitentur etiam merores tristitia, & sollicitudines. de reliquis me remitto ad curantis medici peritiam, & prudentiam.

APPENDIX.

**M**ultiplex est capillorū defluuium, vnum quod fit propter cutis raritatē; Alterum quod fit vitio nutrimentī destruentis radices pilorum. Tertium, quod fit non mala qualitate nutrimentī, sed proprio ipsius defectu; has tantum species nouerunt veteres, & de postremis duabus multa scripsit *Gal. lib. I. de comp. med. c. 2.* Sed præter has, quedā alia exorta est species, quæ huius venenatæ luis est partus, de qua est nunc dicendum ; appellatur autem defluuium pilorum Gallicum, siue Alopecia Gallica. quod omni studio, omnique industria, & arte est impediendum ne fiat, si iam cæperit, & si sit factum vt renascantur. Causa autem propter quam cadunt capilli capitis, barbæ, & superciliarum; sunt fuligines crassæ, & salsæ eleuatæ ex acrioribus, ac exustis succis vitio

Iecoris Gallicano sigillo signati, non autem sunt humores, vt non nulli putarunt ; nam si essent humores cutem potius exulcerarēt, quam capillorum defluuium efficierent. in dies enim videmus, quod ex humoribus per vniuersū corporis habitum diffusis, generantur pustulæ, & non concidūt pili. Iecur autem hac labe infectum acres producit succos, ventriculusque consentiens pituitosos. huiusmodi verò humores sic commixti, has efficiunt de sui substantia fuligines, quæ ad caput tendentes, cum propria crassitie tum cutis densitate, retinentur, & pilorum radices corrodunt, vt vt etiam plantis accidit, quæ radicibus præcisis, protinus cadunt. Quæritur autem hic cur tantum capitis, & faciei capilli concidūt, & non aliarum partium. (Sed vtinam caderent isti quia venustius corpus redderetur,) sunt qui dicunt quod accidit, quia materia illa fuliginosa ad caput tantum transmittitur, non autem ad alias partes. dicerem tamen ego id contingere propter cutis capitis, & faciei densitatem, atque imbecillitatem ; densitas enim iuuat ad retentionem, & imbecillitas cædit materiæ virulentæ. imbecillitatis autem signum est, quia cutis capitis facilæ caluescit, & canescit, aliæ verò partes non ita. Sed dices cur? in alijs morbis concidunt pili omnium partium, nempe in Læpra Arabum, quæ est Elephantiasis Græcorum, in febribusque pestilentibus, & malignis; in


Gallicis concidunt tantum capilli capitis, barbæ, & superciliarum. Respõsio autem patet ex dictis, quia in alijs morbis materia falsa, & acer diffunditur per totum corpus; in Gallicis verò cum materia sit vaporosa, supernas tantum petit partes. Cæterum cum multiplex sit capillorum defluuium; signa distinctiua sunt, quod Æger, aut patitur, aut passus est alios Gallicos affectus, vel saltem commercium habuit cum suspiciosus, aut coinquinatis mulieribus; præterea eiusdem oculi apparent lucidissimi, facies deflorata, tumida, & quasi diaphana; diaphaneitatis verò causa est vapor acer, & exustus per totam faciem diffusus. potest quoque dici quod huius causa esse potest cutis laxitas sanguine tenui, & aquoso diluta. talis autem facies visitur in corporibus mali habitus, & hæpate male affectis. Capillorum defluuium, ferè nullum affert vitæ discrimen est tamen symptoma valde molestum, reddit enim homines quammaximè deformes. vnde viri nobiles, & præsertim religiosi qui tali, & tanto infortunio têtantur ne Glabri, ac deformati videantur, mallent mori, quam depilari; quare nederideantur cõtinuo aduolantia auxilia à medicis exclamant, vt illico ab hac fæda molestia vindicentur. auxilia autem quibus Ægrotantes hac fæda labe infecti valeant adiuuari petenda sũt ab ijs, quæ in hac cõsul-

tatione diximus; illud tamè addi potest, quod post totius corporis vniuersales euacuationes. cõmendantur non parum masticatoria ex mastiche; & radice piretri cõflata. habet enim vim ciendi sputum, materiamque illam halituosam educendi præsertim si mane & vesperante cibum vsurpentur. ad dissipandas quoque fuligines nõ parum commendatur vnguentum Rondeletij, quod ꝑ. ol. abrotani ꝑ. 2. pinguedinis vrsi, vel cuniculi, vel talpæ ꝑ. 1. cineris expelle vrsi, vel Erinacei terrestris, siue marini ꝑ. 2. mell. ꝑ. 1. argëtiuiui ꝑ. 1. euphorbij, & myrrhæ ana ꝑ. 1. therebenthinæ ꝑ. 2. f. 5. A. vnguentum. ad depilatam quoque partem apponi potest medicamentum, quod recipit faui mellis cum apibus ꝑ. 3. pinguedinis vrsi ꝑ. 2. ladani ꝑ. 1. abrotani ꝑ. 1. omnia in mortario subacta in vnũ coeant ad formam linimenti, huiusmodi autem medicamento depilata loca inungantur. sed vt ex arte apponantur, quod est superfluum rasura tollatur; deinde est caput lauandum, vel vrina, vel decocto facto ex cineribus Arundinum, radicibus asphodelorum, ladano, farina fenugreci, & folijs capillorum veneris. vel aqua fallopij. v3. ꝑ. mellis purioris, vini maluatici, vrinæ pueri, & lactis vaccini ana lib. 2. simul destillentur. huiusmodi enim aqua stillatitia detergit, siccatur, fuligines euocat, & pilos regenerat.

CON-

CONSULTATIO XXXIII.

*De luxatione maxilla ex utraque parte pro quadam nobilissima Muliere.*



Qvod nobi lissima hæc mulier Maxillæ luxationem ex utraque parte patitur: colligitur ex multis. Primū quod tota Maxilla ad anteriorem partem prominet, nec distorta apparet. deinde quia os ita obseruatur apertum; vt nullo modo claudi possit. Tertio, quia acuti processus vtriusque partis superioræ videntur prominentiores. Quarto, quod dentes inferiores, multo superiores excedunt. Tandem, quia Musculi temporales distenti, atque duri conspiciuntur. hæc autem signa denunciant hanc luxationem esse ad partem anteriorem; quoniam si ad posteriorē partem esset, ita Os clauderetur, vt neque loqui, neque saliuam mittere posset, quod in casu nostræ nobilissimæ mulieris non obseruatur. Quamquam re vera hanc luxationis speciem ad partē v3. posteriorem fieri non posse scripsit Hieronymus Fabritius lib. 5. c. 3. quicquid dicant antiquiores Chirurghi anotomiæ imperiti. subdit. illud tamen verum est, quod nunquam maxillæ perfectè luxari possunt inquit Paul. lib. 4. c. 11. Quia earum processus admodum sunt inuersi, atque à ligamentis validissimis, cordisque alligati,

musculisque infiltrati. Nam sunt quædam ossa, quæ licet, è proprio loco prolabantur, luxationem nō patiuntur, sed potius torsionem, vel separationē; de quorū numero sunt maxillarum ossa, inquit *Valescus à Taranta cap. 27. sui philonij Chirurgici.* Causa huius luxationis, (vt ex relatis audiimus) fuit violentus motus, vomendiq; stimulus, quem ventriculus à purgante medicamento paulo antequam deuorato exagitatus, ac perturbatus, excitauit; ad quod reddendum, maxima oris facta est apertura, & huic calamitosæ luxationi data fuit occasio. Quæ quidem luxatio est quam celerrimè reponenda, priusquam distenti musculi cerebrum in consortium trahāt, ipsumque afficiant. nam est obseruatum, quod quum repositio diu protrahitur, languentis corpus multis periculis redditur obnoxium, nempè acutis febribus, vehementissimis inflammationibus, acerbissimis doloribus præsertim capitis, soporibus, conuulsionibus, biliosis deiectionibus, ac vomitibus propter maximum consensum, quem cum cerebro habet ventriculus, & cerebrum cum musculis maxillam sursum mouentibus nempè per neruos à tertio pari excurrentes, & per quosdam etiam alios ramulos, qui à se-

à secundo, & tertio pari eiusdem cerebri, in musculos maxillâ mouentes inféruntur; quam quidem repositionem, neque ita facile assequi possumus. cum luxatio ex vtraque parte sit; hæc enim ex cœmmuni medicorum sententiâ semper Ægrius reponitur, cum omnes quatuor muscoli quibus maxilla sursum trahitur, distendântur; quin quod peius non habemus peritum restauratorem, qui ex arte cito, tuto, & iucundè hanc operationem efficere valeat, restituendique modum calleat; qui talis esse debet. primum maxilla deorsum est trahenda, deinde retro equaliter propellenda, quia luxatio ad partem anteriorem consistit. Tertio sursum in locum suum compellenda, quæ ònia, vt ex voto succedât, nobilissima nostra patients debet nõ in humili sedili collocari; cuius caput immobile à robusto ministro retineatur: postea peritus artifex, pollices linteis, vel fascijs subtilibus inuolutos, in patientis os immittat, molaribusq; dentibus imponat. reliqua manu extra in maxillam mento apprehendat, eamque deorsum trahat, eodemque modo procedatur, vt iam supra dictum est. Restituta in proprium locum maxilla, leuè medicinam esse adhibendam. præcipit *Hip.* sicuti sunt panni cum laxiori fascia alligati Cerato obliniti ad maxillæ capita admoti; idest ad tempora, aut consimilia, quæ inflammationem prohibendi facultatem habeant. præsertim

vero non parum confert temporales musculos oleo rosato lubricato inungere. Tandem fascia ad mentum apponenda est aliquantisper diuisa, vt mentum in illa diuisione ingredi possit, deinde ad aures fasciæ capita adducântur; ex arte etiam recisa, vt aures foras trahantur; & tandem in capitis vertice alliganda quousque maxilla fuerit confirmata, quod vt plurimum trium dierum spatio contingere solet. Interea victus ratio sit tenuis, cibi sint forbiles, & dum cibatur relaxetur fascia, & deinde iterum arctetur. sermo interdicitur. nam omnis maxillæ motus noxius est; quibus auxilijs ex arte peractis, atque ita institutis, & secundum artem admotis, speramus & credimus nostrâ nobilissimam patientem proculdubio conualituram. die 13. Iunij 1665.

## APPENDIX.

**M**axilla superior cum sit immobilis, & fixa luxatione non experitur; secus verò inferior, quæ propriè mandibula seu Maxilla dicitur quamquam plures, & valètes obtineat musculos, ac neruosas cordas, tamen videmus, quod ex oscitatione, alijsq; oris deductionibus, siue propter vagitum immoderatum, & violentum, siue propter corporis, animique turbationem, concitatis, repentè luxetur, ac in priorè partem propellatur, inquit *Celsus cit. lib. c. 12. & Gal. com. 2. lib. de Art.*

*Art.*, non autem ad posteriorem, aut ad dexteram, vel ad sinistram partem, vt quidam putarunt, cū os luxationem ad posteriora impediatur, & ne ad dexteram labatur, impedit sinistram maxillæ caput; & ne ad sinistram impedit, destrū. Quare sequitur quod ad priorem tantum partem manibula luxari potest. illud tamen verum est: quod interdum ab vna parte; interdum ab vtraque luxatur. Siue

à causa externa quum maxima oris apertio fit, dum alicuius rei magna aliqua moles excipitur, siue à causa interna dum mollificatur: aut conuellitur inquit *Guido*. Cæterum nisi maxilla cito restituatur, alteratur, dolores, & febres infert, biliosum fluxum per aluū, & vomitum suscitatur, & circiter decimam diem, qui ita sunt affecti, detendunt vt præter *Hali abbatem* refert *Auic.*

CONSULTATIO XXXIV.

*De Carbunculo in vertebra colli pro quodam nobili viro.*



**E**rtum est, affectum *P. N.* qui septem ab hinc diebus ægregiū hunc virum 40. annos natum immaniter in cervicis vertebra exercet, esse morbum compositum ex aucta magnitudine, calida intemperie, & soluta vnitatem, qui à latinis carbūculus, à Græcis antrax, & à Barolitanorum familia pruna, & ignis persicus appellatur; præter ingentem tumoris duritiem, vehementem dolorem, pruritus satis molestum, feruorem non leuem, & febrem; inditio sunt color fuscus, ac luridus, numerosæ pustulæ, milio similes, & variæ crustulæ, quæ ad tumoris cuspidem apparent; huiusmodi autem notæ, vt *14. meth. c. 10. 2. ad Glauc. c. 1. libel. de arrabile c. 4. (ff) de Tum. P. N. c. 6.* refert *Gal.* huius mali soboles sunt: accidit autem in

carbunculis vehemens dolor, quia affecta pars vehementer alteratur, soluitur, & corrumpitur; durities verò ex humoris crassitie, & repletionem; febris ab inflammationem; pruritus ex succis mordicantibus; luridus color ex humore crasso, & atro; & tandem pustulæ, atque crustulæ ex succis valde adurentibus, atque ebullientibus, quibus tenuis quidam Icor est admixtus.

Ad cuius autem carbunculi Ideâ constituendam concurrunt causæ proximæ, & remotæ: proximæ sunt humores crassi, adusti, atque efferuescentes, simulque putrescentes, qui affectam partem exedunt corrumpunt, & contaminant; propriè autem est sanguis crassus ebulliens, & feculentus, qui dum corrumpitur, pars tenuis vertitur inflauam, crassior vero in atrabilem, vt *2. de diff. feb. cap. 9.* refert *Gal.*

*Lib. art. med.*  
c. 32. & 41.

*Gal.* generatur autem huiusmodi sanguis ob vitium Iecoris valde exusti, vt ex temperamento valde calido, quod nobilis hic patiens præmōstrat; percipitur nempe ex colore rubro, corporis gracilitate, venarum amplitudine, & ætate consistente, quæ ex *Gal.* sententia sunt Iecoris calidioris pathognomonica signa. Causæ verò remotæ præter calidam àëris constitutionem, fuerunt errores in cibo, & potu, alijsque rebus non naturalibus, vt ex relatis innotescit. Quare has ob causas non est contemnendum huius nostri patientis malum; nam obseruatum est, quod carbunculi ferè semper sunt exitiosi, & non semel prorsus læthales, licet pestilentiales non sint; vt plurimum enim aliquam venenosam qualitatem adnexam habent; quæ natiuum partis calorem destruit, eiusdem temperamentum euertit; venenatos halitus per arterias ad cor transmittit; non raro etiam ad cerebrū vel ventriculum pellit; quare febres, vomitus, animi defectum, soporem, deliria, aliaque funesta mala excitat, quæ perdendi hominem vim habent: adhuc maius minantur discrimen, cum grandiores sunt, colorem fuscum habent, & nobiliorem aliquam partem occupant; quare cum ferè hæc omnia in casu nostri Ægrotantis in cospectum prodeant, est maximè de salute dubitandum, & certè dubitarem, nisi virium robur, ætas virilis, obsequentia patientis, ac periti curantis solertia

adessent; vbi autem hæc vigent, magnam salutis fiduciam habemus. Sunt autem hæc præsertim, sanguinis missio, purgantia, proba victus ratio, atq; topica præsidia ad affectum locum admouenda; ex his autem præcipuum locū obtinet venæ sectio, quæ quam nullum habet contra indicans, idcirco nulla interposita mora ex brachio sinistro fiat; dum ex dextero fuit alias missus; mittatur tamen vberrimè; habemus enim omnes illas condiciones, quas *1. aphor. com. 23. & 14. meth. cap. 10.* notauit *Gal.* nempe maximam inflammationem, ardentem febrè, & vehementes dolores; lenita nihilominus aluo enemate aliquo ex decocto herbarum refrigerantium, ac emollientium parato, nempe ex cassia, oleo, & melle violato constructo. Post venæ sectionem vtiliter exhiberi potest succus limonis, vel citri cum saccharo, & boli armeni puluere, vel quid simile, quod feruorem attēperet, malæque qualitati resistat. Interea etiam quotidie alteretur febris, serapijs refrigerantibus, vel radicibus conditis, vel confer. borag., viol., ros. rub., aqu. scorsoneriæ, & huiusmodi. Chيميци pro alexiterijs vtuntur mumia vitæ, quæ est sanguis florentis, & benè valentis hominis lento calore exiccatus, spiritu limonis, acido vitrioli liquore impinguitus cum pauca myrrha, cuius dosis est 3 ÷ cum aq. cinnamomi sūmo mane ieiuno stomacho à purgatione, quam multi pro curandis

dis carbunculis probant, in casu nostro abstinere, non quod timeam pravi succi recursum ad interiora, sed ob febrem ardentem, quæ semper refrigerantibus, vomitibus, ac venæ sectione, non autem purgantibus, à quibus solet exacerbari, curatur; licet quandoque prudentiores quoque medici ad hanc febrem curandam leuioribus catharticis vtantur, nē pē sy. ros. sol., viol., tam., cass., māna, trypheraperfica, & huiusmodi, quibus vrgente aliqua necessitate, nos quoque vti poterimus, quamquam tutius sit sanguinem ex venis podicis, ad motis hirudinibus mittere; quam sanguinis euacuationem in casu nostro tāquam satis proficuum commendarem, magisque probarem.

Ad partem verò affectam apponi poterunt ea, quæ dolorem mulcendi, inflammationem attemperandi, vlcis malignitatē corrigendi, atque putredinem remouendi facultatem habeāt. Pro leniendo autem dolore, feruoreque attemperando, laudare, quæ modicè refrigerant, & aliquantulum discutunt; has dotes obtinet cataplasma ex folijs plantaginis cum lacte coctis, contusis, ac cum farina hordei, mica panis, oleoq; rosaceo permistis, vel quod conformatur ex far. fab. hord., folijs plantaginis, coctis, contusis in iure pulli, floribus mali punici, ros., Gallarū, bac. myrti, ol. ros., & myrthino; vel emplastrum ex melle, sale, far. trit., ouorum luteis, & lacte compositum, mira præstat

pro dissipandis etiam malignis carbunculis; sunt etiam, qui dicunt, quod consolidamā inter duos lapides contrita diuino quodam priuilegio carbunculum sanat; hoc idē de scabiosa affirmāt. A repellentibus prorsus abstinere; tum quia non sumus in principio; tum quia neque ratione loci, neque ratione materiæ virulentæ conueniunt. quare potius probarē vniuersæ cutis exēsa scarificationem, ac sinere copiosum sanguinem fluere, cuius beneficio dissipatur virus, corrigitur putredo, atque vlcis absterio sequitur, præsertim si deinde lixiuio falso, in quo sit dissolutū vnguentum ægyptiacum *Auic.* scarificata pars abluatur, ac puluere calcanthi rubri, aluminis, & mercurij præcipitati expleatur; ex his enim corrupta caro in escharam degenerat; quod si simul aliqua sinuositas hinc inde obseruetur, vt fære semper contingere solet, illico remoueat; est enim impossibile, vt vlcus mundū reddatur, existente aliqua sinuositate. quibus non iuuantibus, iterū corruptæ partes scarificentur, & scarificatæ partes ignitis ferris exiccantur; vltione autem ex pavescere non debemus; quia, vt rectè notauit *Cels. lib. 5. c. 28.* non sentit ea caro, quæ corrupta est: remota putredine, ac absterio vlcere, curetur affectus locus, vt cætera vlcera curantur; illud tamen verum est, quod his omnibus addenda est proba victus ratio, quæ debet esse ex cibis boni

Q suc-

succi, & refrigerantibus, vt cremor ptisanæ, herbæ refrigerâtes, iura consûpta, panis in iure pulli maceratus, & huiusmodi; potus sit ex aq. hord., scorfonerię, & cardillorum; alius seruetur lubrica, somnus sit moderatus, euitentur omnes animi passiones, ac quiescat cum animi tranquillitate. die 22. Maij 1664.

## APPENDIX.

**E**St autem carbunculus, qui antrax à Græcis dicitur, à barbaris, ac Barolitanis ignis perficus, ignis sacer, & pruna, tumor maximè adurens, nigrâ crustam habens, ex sanguine nigro crassiori, magis æstuanti, quam qui phlegmonem parit, productus. propriè autem est morbus compositus ex tumore, qui refertur ad magnitudinem auctam; ex feruore, qui refertur ad immoderatam intemperiem calidam; ex vlcere, quod refertur ad solutionem continui; & tandem ex crusta, quæ morbum constituit pertinentem ad numerum P. N. auctum, vt præter *Gal. lib. de diff. morb. cap. 12. et 6. aph. com. 45.* innuit *Vidus Vidius lib. 12. par. 2. c. 4.* dicitur autem antrax, quia ad instar antri specum continet; pruna, ignis sacer, & ignis perficus, ob similitudinem, quam habet cum prunis; omnia enim hæc vocabula vnam, eandemque tumoris speciem significant, non autem diuersam, vt præter *Fuchsium lib. 2. paradox. c. 18.* notauit

*Fallop. lib. de tum. P. N. c. 9.* Quare errant, qui putant, antracem esse aliud morbi genus à carbunculo: illud tamen verum est; quod carbunculus est pustula parua in principio, & diuersorum colorû, aliquando ad similitudinem fauillæ extinctæ cum vesicula cineritia, antecedens vt plurimum antracem. Carbunculi olim quammaximè Narbonę Gallię grassabântur, sed inde ad Italiam delati, passim magnâ stragem attulerunt, vt *lib. 26. cap. 1.* notauit *Plinius*: ceterum carbunculi; vel sunt benigni, vel maligni, vel pestiferi. Benigni dicuntur illi, qui mitiora adnexa habent accidentia; maligni, qui seuiora inferunt symptomata; & pestiferi siuè epidemici, qui cum pestiferis febribus sunt complicati; & isti, vel apparent ante febrem, vel vnâ cû febre, vel post febrem: quare diuersam requirunt considerationem, vt alibi in proprio capite de bubonibus pestiferis est adnotatû. Denunciant carbunculum incipientem rubor, seu color fuscus, & citrinus, durities, dolor, calor, incendium, acuitas, & paruitas formæ, velocitas augmenti, vesicatio in circuitu, & vbi in pus vertitur, & suppurât, obseruatur veluti caro emortua, in cuspide escharam habens; & si præmatur materiam viscidam, ac crassam eruçtat, quin cum non magis excrescit, magnum pondus infert, & membrum videtur magna, & arcta ligatura adstrictum. Assurgunt carbunculi in varijs corporis

nis partibus, præsertim verò in Gládulosis locis, cruribus, alijsq; mébris, in quibus nõ solú ob imbecillitatem recipitur humor, verum etiam ob caliditatem, vel dolorem aliquando attrahitur: qui quidem à partibus præcipuis transmittitur ad partes viles, & imbecillas; si tenuissimus est, dissipatur, ac in vaporem conuersus exhalat; si tenuis, in sudorem vertitur; si valde crassus, efficit cantharum; etsi crassitudini accedat ferués, carbunculos; qui si oboriantur propè præcipuas partes, necessariò sequitur sebris ardens non secus, ac est quæ cù erysipellate iungitur, quoniam ob feruorem, & putredinem cor afficitur. carbunculorum causa proxima innotescit ex dictis: remota verò solet esse praua victus ratio, præcipuè cibi, & potiones mali succi, ob quas causas sæpè etiam oritur pestilentia, quæ multos profert carbunculos, inquit *Gal. lib. de succ. bonitate, & vitio*; sed maximè omnium est viscerum impuritas, quorum causa impuri succi producantur, vnde partes accommodato alimento carentes coguntur aliquid ex his attrahere. Carbunculi quoque cuiuscumq; sint naturæ non sunt contendendi, præsumquè enim sunt venenosi, aut si tales nõ sint, possunt tamen ex nimio sanguinis ardore, atque ebullitione fieri. Quare pro magnitudine, & paruitate formæ, præ grauioribus, vel leuioribus symptomatibus attenditur interdum salus, interdum interitus;

aut membri mutilatio; non enim semel obseruauimus deperditos sensus visus, & auditus, retractionem digitorum; contractionem articularum, deperditionem motus, vitiatas secundum figuram particulas, & cicatrices deformes ex corruptione organorum harum partium: tãdem est valde exitiosum. si carbunculi euanescant; transfertur enim virulenta materia ad præcipuas partes, & interitum afferunt: tempus autè, quò euentum expectare oportet, breue est, cum morbus sit acutus. Præsidia verò, quæ pro curandis carbunculis tantopere desiderantur, quamplura esse debent, ob morbos, ob causas, & ob symptomata; initium tamen semper esse oportet à remotione causarum: quare habita ratione sex rerum nõ naturalium, illico mittatur sanguis, si nil obstet pænè vsque ad animi defectum: incidatur autem vana partem affectam è directo respiciens, ac pro affectæ sedis situ, nunc humeraria, nunc interior, interdum etiam media, & ea, quæ in malleolis est, secatur; nam ob humoris prauitatem non licet reuulsiones tentare; ne venenati succi ad nobiliores partes retrahantur: à purgantibus propter febrem ardentem, quæ ferè semper est connexa, est abstinendum, nã hæc ex communi medicorum decreto, suspecta sunt, nisi clisteribus fiat, nam eiusmodi humoris, qui, nec irritari, nec commoueri debet, agitatio omni tempore metuenda est; non enim semel ob-

Curatio.

Q 2 ser-

seruauimus, exacerbatos esse carbunculos, irritataque symptomatica ex vi purgantium medicamentorum, præsertim circa initia exhibita. Ad remouendum affectû dirigendum quoque est consiliû; nam cum affectus morbus sit in repletionem, euacuatione curari debet; euacuatio autem repellentibus, discutientibus, ac sensibilibus euacuantibus fieri potest; sed repellentia, quæ pro reliquis tumoribus curandis circa sui initia maxima cum utilitate admoventur, in carbunculis sût quam maximè exitialia, non enim conducit malignos succos ad nobiliora membra propellere: adde etiam, quod cum materia crassa sit, neque repellentibus cederet. Quare potius lenientia, & attèperantia probantur, ut quæ remittendi feruorem maximam vim habent, de quorum materia, & forma alibi diximus, & dicemus. Huiusmodi autem præsidia optima sunt in fine principij, & in augmento; circa verò statum suppu-

rantia desiderantur, quæ non in crusta, sed in parte inflammata sunt apponenda. crusta enim circa incrementum, & statum apparet: quam scalpello esse abscindendam præcipit citatis locis Gal., pluribus, ac altis plagis peractis, ut quicquid sanguinis subest, educatur, & ne quid concreti relinquatur. Sunt autem profundæ incisiones propter infestantis humoris crassitudinem satis proficuae, ut idem Gal. inquit: illud tamen verum est, quod benigniores carbunculi non semel citra incisiones, & scarificationes, ac præuidida auxilia curentur: quare in his sat est admoouere aliquod emplastrum, quousque ex se aperiat; secus verò in magnis, atque malignis, & ubi à malo victis medicamentis, etiam circa initia, actuali cauterio vtendum, donec extirpentur: terminus autem vsionis est, quousque ex omni parte doloris sensus percipitur: tandem casus escheræ procuretur, ac curètur, ut cætera vlcera.

### CONSULTATIO XXXV.

*De Parotide symptomatica dextra pro quodam nobilissimo viro.*



Vod nobilissimus noster Patiès symptomatica Parotide sit affectus, ex eo tamquam ex signo pathognomico coiuncitur, quod circa huius cõtinuæ, malique moris febris ini-

tia, citra notas concoctionis, & absque vlla tolerantia, & conferentia, quin non sine viriû iactura ad dextram aurem maximo, cum impetu, & dolore, iam tribus ab hinc diebus cæpit erûpere; & quod magni refert, aucta est magis febris, simulque eiusdem

dem symptomata, nempe sitis, capitis dolor, inappetentia, vigilię, & labores. Cuius causa materialis proxima, & immediata sanguis est, nō quidem syncerus; sed crassus, pituitosus, viscidus, cum aliqua bilis portione permixtus: inditio sunt color subruber, tumoris laxitudo, dolor extensiuus, ac mordicatus, oris amarities, febris ingens, & acuta. Causa verò efficiens sunt facultates expultrices totius corporis, & præsertim cæbri, quæ à morbifica causa irritatę, ac lacescitę, hos crudos, molestantesque succos retro aures deponere ceperunt, tamquam ad partes debiles, & laxas, vbi tumorem hunc efformarunt; morbum v3. compositū ex aucta magnitudine, intemperie, & solutione continui.

Quæ quidē parotis, quia circa morbi initia, absque notis concoctionis caput erumpere non sine ingenti dolore, alijsque memoratis accidentibus, fitque ex copiosis, prauisque humoribus generata, quin in horas, magis, ac magis excrescit, non leue discrimen portendit, & vtinam nō sit exitialis; in his enim extuberantijs, quæ ita prorumpunt omnitempore de interitu Ægrotantis timere oportere, scripsit *Vidius lib. 4. c. 13.* nam quemadmodum concoctiones iudicij celeritatem, & morbi securitatem indicant; ita cruditates contrarium denunciant, vt *1. epid. 2. num. 45.* docuit *Hip.* nam vapores, qui ab his eleuatur, cerebrum petunt, delirium mo-

uent, & phrenitidem inducunt, vel vna cum materia petunt fauces, & guttur, & exitialem anginam excitant. Symptomaticis parotidibus nunquam est fidendum, quia etiam si suppurent, spem salutis non semper promittunt; Ancilla enim pittoris parotides suppuratas habuit, & tamen miserè obiit, vt *1. epid. 2. num. 84.* refert idem *Hip.*, oportet enim, non tantum parotidum materiã, quæ in affecta parte continetur, esse concoctam, atque à natura euictam; verum etiam illam, quæ in venis consistit; verum enim verò quamquam tot, ac tanta discrimina in casu huius nostri Ægrotantis impendeant, non propterea est sine auxilijs destituendus, quinimò omnia tentare debemus, vt quoad fieri poterit, adiuuetur. Quare cum huiusmodi parotis ex humorum multitudine, ac prauitate oboriatur, præsertim verò ex sanguinæ crasso, illico vena basilica. vel communis oppositæ partis est secanda; deinde Cæphalica eiusdem affecti lateris, ultimo cucurbitulæ scarificatæ spatulis admoueantur. Verum; quia vna cum sanguine, etiam alij humores sunt coniuncti; idcirco præmissis serapijs de succo borrag; infus. ros. rub., & rhodemel. zuc., expurgandum est corpus sy. ros. solut., rhab., diacap., decocto ag. troc., fol. sen., cort. cit., triph. pers., flor. cord. & huiusmodi; neque est dicendum, quod in parotidibus nulla vniuersalis euacuatio est tentanda; quia non conducit naturam

turam esse à suo opere distrahendam; nam hæc sententia est admittenda, cum parotis critica est, & Ægrotantis corpus à succorum multitudine est immune; tunc quidem neque venam secare, neque purgare conuenit, quia reuocata natura à suo munere diuerteretur: at ubi materiæ multitudo est coniuucta, & symptomatica est, tunc venam secare, & medicamentum purgans exhibere, à ratione alienum non est; his enim non solum natura à suo opere non distrahitur, sed minorata à multitudine, à qua veluti à sarcina præmitur, quod reliquum est, facilius concoquere, suppurare, atque expellere potest, ut inquit *Gal. 2. aph. cõ. 29.* Quare in parotidibus symptomaticis priusquàm topica præsidia applicentur, ex *Gal. Pauli*, & *Alexandri* decreto semper corpus est euacuandum; nam qui, nulla euacuatione præmissa, statim ad cataplasmata transierunt, aut aliud, quid discutere, aut parotides euocare tætarunt, hi manifestè authores extiterunt, cur Ægri strangulentur, ut inquit *Alexander*.

Post corporis euacuationem utiliter quæ leniendi, suppurandi, ac resoluendi virtutem habent possunt applicari. ut vnctioes ex oleo lilior. alborum, amigdal. dulc., camomill.; butyro, pinguedine Gallinacea, & similibus præfertim verò, quatuor anod. in hydreleo decocta, vel cataplasma, quod conformatur ex far. hord., sem. lini, flor. camomel., ol. aneth.,

lilior. albor., & iure pulli, aut carnis pinguis; verum si ex his resolutio non speretur, quin potius fiducia suppurationis vigeat. emollientibus, ac suppurantibus putò absoluedam esse curationem, neque expectandum est, ut spontè rumpatur, quinimo non expectata perfecta suppuratione, & adhuc subcruda, ferro ignito aperiri potest; nulla enim ratio melius prohibetur, ne tumor recurrat, quam ipsa apertione ignito ferro decenter facta. nam materia per ipsum vlcus quod infligitur, expurgatur, ut *5. epid. 16. fol. 454.* scripsit *Vallesius*. siquidè ex Parotide serius facta mortè fuisse sequutà refert *Hildanus cen. 1. obs. 39.* ubi enim parotides vehementer excrescunt, & venenosæ sunt naturæ, simulque Ægrotus suffocatione periclitatur, priusquam aliquid natura moliat, cædenti auro, aut aliquo alio ferro sunt aperiendæ, sic enim veneni vis remittitur, & collecta materia diminuitur, huiusmodi autè auxilio plurimos veluti deploratos sanitati fuisse restitutos *cap. vli. de febribus lib. 7.* asserit *Mercatus*. præterea ex immatura huius abscessus apertione, prohibetur etiam ut sanies ad internam auris cauitatem erumpat, ac tenuissima neruosaque membrana humiditate repleta intumescat, vel corrumpatur, & furditatem afferat inquit *Arætius cap. 25. de Tumoribus. P. N.* neq; huius abscessus apertio cuiuspiam atrox videri debet, nam pars adenoza in qua consistit

tumor per se vilis est, quãque ob id, licet vrere, secare, & vtrumque contemnere scripsit *Seuerinus lib. de abscessu critico cap. 31.* vnde cum hæc omnia in casu nostri Aegrotantis vigeant, huiusmodi abscessum etiam subcrudum esse aperiendum puto, priusquam virus cor petat, vires magis languescant, vel materiæ multitudo suffocationem inferat. interea vires optimis, ac generosis cibus conferuentur, de quibus me remitto ad prudentiam Excellentissimi Medici curantis. die 24. Maij 1664.

APPENDIX.

**A**bscessus qui circa aures post longas, ac malignas febres assurgunt, vel etiam circa initia malignarum febrium, parotides à Græcis, simulque à latinis nuncupantur, *vt lib. 2. cap. 1.* notauit *Plinius.* est autem Parotis tumor P. N. Glandulas, atque eas partes, quæ circa aures sunt occupans. prorumpunt autem ferè semper ad anteriorem auris partem, vbi situm est Glandulosum quoddam corpus, solida substantia præditum, cavitatem replens, quæ supra Masseterem musculum est, quasi capitis emuntorium. sunt etiam parotides de genere inflammationis, & in se includunt omnia morborum genera. quare adnumerantur inter morbos compositos. differunt etiam parotides ratione materiæ, temporis, complicatorum affectuum, &

Generationis modi. ratione materiæ, quia sanguis, qui parotides excitat, vel est pituitosus, vel biliosus, vel melancholicus, vel etiã malignos ac pestilentes humores admistos habet. ratione temporis quia, vel sunt in principio, vel in augmento, vel in statu, vel in declinatione. ratione complicatorum affectuum; quia vel sunt indolentes, sine febre alijsque accidentibus; vel dolorosæ cum febre vigilijs, syncope, lingua arida, & similibus. tandem ratione generationis modi, quia interdum fiunt per viam crisis, & critica appellantur. assurgunt enim apparente humorum concoctione, citra capitis affectionem; & cum symptomatum remissione, in fine morbi, cum virium robore, & tolerantia ac conferentia. Frequenter sunt symptomatice, & prorumpunt cruda existente materia, circa morborum initia, vel post longas febres, & sine symptomatum remissione, & cum virium iactura. Pelluntur autem huiusmodi humores excitantes parotides, vel à capite, vel à toto corpore, siue symptomaticè, siue criticè. symptomaticè verò dupliciter, vel propter copiam materiæ, vel propter malam eiusdem qualitatem, quæ stimulat naturam ad expellendum. Dignoscuntur parotides generaliter ex tumore, qui ponè aures oritur, ex dolore qui vehemens esse solet, ex mutatione coloris partis, quæ vt plurimum magis minusue rubet, ex febre quæ ferè est acuta, & maligna.

gna. peculiariter verò, si fiant ex sanguine depræhenditur, quia, apparent notæ inflammationis, si ex bilæ notæ erysipelatis, &c. verum si fiant ex crassis succis apparent post longas febres, si cū acuta febre, vel post, erumpunt ex tenui humore.

Cæterum parotides særè semper sunt periculosa, & vt plurimum exitiales, licet quædam magis, quædam minus. nam quæ in morbi principio cruda existente materia prorumpunt perniciosæ valde sunt, atque lethales; Quæ verò in fine morbi apparent cum virium robore valido, ac concoctione præcedente, salutare pænè sunt; secus verò, quæ in fine morbi cum virium defatigatione, ac sine symptomatum abiectione assurgunt, perniciosæ censentur; indicant enim innati caloris extinctionem, potissimum si nigri, vel liuidi coloris fuerint; quemadmodum, quæ post multa adhibita præsidia nec dissipantur, nec suppurant, arguunt etiam natiui caloris impotentiam cum ad resolutionem, tum ad suppurationem. recidiam quoque minantur si iudicationis tempore non maturascant docet *Hip. 6. epid. 4. r. 1.* semper enim sunt suspecti abscessus retro aures inquit *Prosper Alpinus lib. 7. de præfagienda vita, et morte c. vlt.* Quia ob cerebri vicinitatem fumus ab eis eleuatus potest delirium inducere, vel fauces petere, & in Anginam com-


mutari. illud etiam verum est, quod moriturus ex parotidibus, citius perit adolescens propter acriorem, ac calidiorem apostematis materiam.

Indicatio parotides curandi colligitur ex varietatè causarum, quia vbi iudicatoriæ, & critica sunt, & Ager manifestè leuetur, totum opus naturæ est committendum; nam quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, nec mouere, nec aliud quippiam nouare, vel medicamentis, vel alijs irritamentis, sed sinere oportet, scripsit *Hip. 1. aph. tex. 20.* quia natura est morborū medicatrix, subdit, *Gal. lib. 3. art. med. c. 29.* Leniendus tamen dolor est, vel liquata Gallinæ pinguedine cum butyro, & cera, vel hordei farina in hydreleo decocta; vel quibusdam alijs præsidijs de quibus alibi dicemus. secus vero si parotides symptomaticæ fuerint, ac ex materiæ multitudine oboriantur, & præsertim ex sanguine crasso, & bilioso. tūc instituta optima victus ratione, ac præmissis clysteribus lenientibus, viribus consentientibus, mittatur sanguis vt supra diximus. ita quoque si ex sanguine pituitoso, vel melancholico; est quidem sanguis mittendus, sed longè parcius, ne magis eiusmodi humores infrigidentur; interea vnusquisque humor, serapijs est præparandus; deinde pharmacum quod peculiarem redundantem in corpore succum respiciat est exhibendum.

CON-

CONSULTATIO XXXVI.

*De Critica Parotide pro quadam Reuerenda Moniali.*



Tubercula quæ quatuor abhinc diebus circa ambas aures erumpere cæperunt, sunt de genere inflammationis, vt calor, color subruber, dolor, & febris suadent, quæ quoniam post longam febrē, quæ per plures dies fuit nostra Reuerenda vexata, apparuerunt, non vereor parotides appellare. quorum tuberculorum generatio, sicuti, & quorumlibet aliorum Præter naturam est à materia, copia, & qualitate peccante, vt habetur ex *Gal. in initio libri de tumoribus præter naturam*. materia autem hæc duplex est, sanguinea v3. in prædominio, nec non pituitosa crassa, & viscida, quarum vtraque non generatur in Glandulis, quæ ponè aures sunt, sed transmittitur à facultatibus expultritis principalium membrorum, à quibus noxiæ ac molestæ succi, modo per vrinas, modo per vomitum, modo per aluum, vel per sudorem excernuntur, vt *2. aph. com. 15.* notauit *Gal.* frequenter etiam ad Glandulas pel-luntur, ad quas propter earum laxitatem facile penetrant, ibique infixi, ac dispersi hos tumores effrunt, & fouent, vt satis euidenter constat in casu huius nostræ

Reuerendæ. Verum quia eiusmodi tubercula post longam febrem erumpere cæperunt; idcirco est credendum molestantes hos succos, terminum à quo habere ex vasis, è quibus natura in has Glândulas tamquam in partes viles deponit. num autem huiusmodi tubercula fuerint exorta per viam crisis potest dubitari; quoniam vera crisis non fit per abscessum, sed per euacuationem, nempe per sudorem, alui fluxum, sanguinis hæmorrhagiam, &c. tamen quia vrinarum concoctio viget, virium robur adhuc persistit, circa finem morbi apparuerunt, conferentia, ac tolerantia obseruantur, citra ullam capitis affectionem, & febris quoque remissa videtur; quodammodo, critica possunt appellari. quare de salute non est diffidendum. concoctiones. n. sunt naturæ opera inquit *Gal. 1. aph. com. 18. & lib. de art. constit. c. 18.* illi enim abscessus perniciosi & lethales censentur, & re vera sunt, qui assurgunt in fine morbi, & sine symptomatum remissione, & cum virium iactura.

Cum huiusmodi parotides criticæ reputentur; & iudicatoriæ sint: dum abundè confluunt humores, & nostra Reuerenda aliquantulum leuetur; totum opus naturæ esse committendum puto. est

R ta-

tamen ex *Hip. consil. 1. aph. cit.* adiuuanda fortibus ex oleo irino, amigdal. dul., aneth., camemelino, melle, & tandem etiam cucurbitula. verum si ad suppurationem, aut resolutionem tendere videantur, adiuuari etiam possunt ijs, quæ resoluendi, ac suppurandi virtutem habeant; nempe cataplasmate quod conficitur ex far. hord., sem. lini, orobi, pulu. flor. camomillæ, meliloti, fenugreci, ol. anet., lilior. alborum, & pinguedine Gallinæ, & anatis. quamquam tutius sit in his parotidibus suppurationem tentare, nam sic melius, ac facilius educitur materia, quæ febrem facit; quare emollientia, & suppurantia poterunt applicari, sicuti etiam potest emplastrum, quod efficitur ex far. trit., pinguedine suilli, rad. alth., fol. maluar., & caricis. vel quod recipit fol. scabiosæ, brancæ vrsinæ, malu. ana.

m. 1. rad. althææ, lilior alborum ana 3 1., caricar. pinguium nu. 4. far. tritici, 3 3. pingued. suillæ 3 2. coquantur coquenda contundantur contundenda, & cum aliqua portione fermenti f. 5. A. cataplasma. Verum si dum huiusmodi suppurantia apponuntur dolores, & febres intendantur; expauescere non oportet, quia hæc necessario accidunt, dum pus conficitur inquit *Hip. 2. aph. tex. 47.* quo confecto, non est expectanda perfecta suppuratio, sed sub crudus, in parte maturiori, ac decliuiori suppuratus locus aperiat. inquit *Alexāder Massaria cap. de parotide.* tandem digestiuis auxilijs retineantur apertæ, vt natura possit exonorare. deinde abstergentibus, atque exiccantibus absoluetur curatio, vt speramus, & credimus.

## CONSULTATIO XXXVII.

### *De bronhocela, seu Hernia gutturis pro quadam Reuerenda Moniali.*



**H**umor gutturis rotundus, qui in anteriore colli parte nostræ Reuerendæ paulatim cæpit excrecere, iam særè agitur annus, est illud vitium, quod bronhoceli à Græcis, à nostris verò barbaris Hernia gutturis, & botium nuncupatur; idque præter sensum visus, atque tactus, satis euidenter denunciat huiusmodi excre-

scencia sub cute protuberans in anteriore colli regione, quæ arteriam asperam, ipsumque bronchi caput, laryngem scilicet obuoluit citra dolorem, colorisque mutationem. Verum quia tumores, qui in hac parte assurgunt, vel sunt de genere atheromatum, vel meliceridum, vel steatomatum. in casu tamen nostræ Reuerendæ esse de genere steatomatis euidenter innotescit; videmus enim, quod

quod huiusmodi tumor ad tactū est durus, (quamquam non adeo durus, quin etiam aliqua mollities perferentiatur, ) basim habet solidiorem, quam Melliceris, & Atheroma, nullum splendorem, apposita candela exhibet, & tādē cutis facilē, & longē facilius quā in atheromate, & Mellicerede separatur. quæ omnia esse inditia theatomatis asserit *Celsus lib. 7. c. 6.* cæterum licet malum hoc quādoque sit hæreditarium, & à multis alijs causis fieri possit, nempè ex clamoribus, cantilenis, difficili partu, àère valdè frigido, aut ex aquæ potu liquefattarum niuium. tamen in casu nostrę Reuerendæ esse productum ex erroribus in rebus nonnaturalibus præsertim verò in aquę potu, quo imprudenter noctū matutinoque tempore, stomacho adhuc vacuo uti consuevit, omnino credere debemus; ex longo enim vsu rerum phlegmaticarum, otiosa vita, ac frequenti potu aquæ, ingens phlegmaticæ, crassæ, & viscidæ materiæ copia genita est. quæ paulatim è capite, eiusdemque partibus externis per auris posteriora ad hanc partem delabens, hanc carneam molem præmouere cæpit, quam, quia adhuc sensim nutrit, sensim quoque excrescit. Quare ex his patet error *Felicis Plateri*, qui causā herniæ gutturis putauit esse flatum, qui cutem, anterioremq; membranā gutturis diuellat. Quia etsi concedatur causam principalē esse auultionem, tamen non est verosimile

flatum mobilem, malum tam diuturnum posse producere. Qui quidem tumor quoniam hæreditarius non est, & ortum duxit ex erroribus supra dictis, neque valde est magnus, neque inueteratus, ac immerfus, spem salutis admittit; nam botium incipiens, & circa annum vnum, bona victus ratione, ac dissoluentibus, ac frequenti purgatione posse curari inquit *Petrus Forestus lib. 3. obseruat chirurgicarum obs. vltima*, sed nō sine maxima difficultate scripsit *Gabriel Fallop. lib. de tum. præter naturam c. 15.*

Cæterum pro huius mali dissipatione, indicationes sunt communes, nempè id, quod tunica inuolutum continetur, digerere, & discutere, vel medicamentis suppurare, & putre reddere, vel excidere, sectioneque auferre. verum quia topica præsidia in botio, ex communi medicorum consensu nunquam sunt adhibenda, nisi postquam toti corpori consultum fuerit; nam corpori vitiosis succis referto, tantum abest, quod localia profint, vt potius summopere aduersentur, quia cum calida esse debeant plus materiæ attrahunt quam discutiant. quare primum vniuersales canones sunt obseruandi; & deinde topica admouenda, & præsertim circa victus rationem, quæ ad calidum inclinare debet. sitque potius attenuans quam plena, vt euitentur cruditates; vinum propinetur dulce in quo ab ipsa vindemia dum in dolio adhuc fer-

uet, absynthij coma, roris marini flores, & salvia infundantur; ut eius facultate, tum ventriculus, tum caput roboretur, sit etiam pauciferum, eiusque moderatus usus. interea per intervalla est corpus euacuandum medicamento, quod Recipit specierum hieræ simplicis *Gal.* 3 2 ÷ cum melle ros. solut. f. bolus. qui mane nostræ Reuedę offeratur; deinde per plures dies capiat tria, vel quatuor cochlearia medicamenti, quod Recipit sy. de menta, oximel. simpl., de bett., sy. de tribus rad. ana 3 ÷ mis. quibus exhibitis iterum expurgetur corpus v3. Recipe ag. trochis. 3 ÷, pilul. de tribus cum rhab., aggreg. ana 1 ÷ cum melle ros. solut. f. pilulæ quinque, & in aurora exhibeantur; confert etiam non parum ieiuno stomacho sumere cochlearia duo mel. ros. aromatizati cum modico, nucis moscatae, cinnamomi, gariofillorum, ac parum aquæ vitæ; sed maxime omnium recentiores ad dissolvendum botium extollunt electuarium, cuius solo usu 12. dierum spatio gloriatur *Fallop.* se curasse botia magna. & autem brionia nigræ, & albæ, ciclamini, polipodij, rusci, asparagi, aristol. rotundę, cucumeris afinini, serpentarię, minoris, verbasci ana 3 2. sponcię marinę, paleæ marinæ ana partes æquales radices omnes exiccatae accipiantur, & æquali pondere assumantur cum palea, & sponcia, ita ut ex vna parte tantum pendent radices, quantum ex altera, palea, & sponcia. exurantur, &

radices conterantur, f. pulvis; & cum melle f. electuarium cuius vesperi, & quando it dormitum. exhibeatur quantum est, granum fabæ, ac teneatur sub lingua, quoad per se fuerit liquatum. nam quoniam validum est sputum educit, & exiccat.

Postquam toti fuerit consultum, in parte affecta apponi potest Bdellium cum melle mixtum. vel calx cum pinguedine suilli, vel lixivium cum melle valde exagitatum. Sed his efficacius est quod recipit euphorbij cocti, auripigmenti rubri. ana 2. myrrhæ, castorij ana 3 4., ol. ros. & aneth. ana 3 ÷ pinguedinis suillæ, & anserinæ ana 3 1. ceræ q. 5. 5. A. f. vnguentum. Verum si his discutientibus ac resolventibus non dissipetur; ad suppurantiam, atque putrefactionem esse confugiendum, dicunt nonnulli; sed errant, quia cum in tali materia nulla sit humiditas non potest maturari: nec per putrefactionem, quia cum materia sit crassa, & multa, medicamenti virtus ad imum non potest pervadere, & consequenter mali curatio non succederet, cum folliculus per hæc euelli, non possit. quare potius laudarem curationem, quæ per scalpellum fit, tanquam tutiorem, & breviorum fieri autem poterit hoc modo. scindatur tumor per medium ad tunicam usque, & tunc vitiosus sinus ab integro corpore separetur vel digito, vel aliquo alio instrumento, totusque cum sua cysti eximatur postea suppresso sangu-

guine fibulis non autem futuris curetur vulnus, non secus ac reliqua vulnera curantur. nec est adeo t: menda incisio, quia huiusmodi tumor non est valdè adhærens, quare facillè poterit separari: verùm si chirurgiam respuat totum opus naturæ est comitendum; spero tamen quod sine chirurgia nostra Reuerenda sanitati restituatur; si memorata auxilia ex arte intrinsecus exhibeantur, & extrinsecus applicentur.

APPENDIX.

**E**Xtuberantia, cuius materia inter cutem, & tracheam arteriam concepta, concluditur, hernia gutturis à latinis scriptoribus, bctiũ à Barbaris, bronchocele à Græcis, vulgo gozzo siue goffo dicitur, nomen est generale, subse multas habēs differentias, alias v3. meliceridum, alias, athæromatum, alias steatomatum, alias Aneurismatum, & cum sit eiusdem generis cum testudine, siue talpa vt *doct. 2. tract. 2. c. 3.* inquit *Guido*, quoties ad capitis regionem erumpit, talparia siue talpa dicitur. illud tamen verum etiam est, quod quammaximè huiusmodi excrescentiæ inter se dissimiles sunt. Primum enim differunt secundum magnitudinē, quia interdum sunt exiguæ, interdum grandiores, non rarè maximæ. ita vt per totum fermè guttur expansæ cernantur. deinde secundum materiam, quam inclusam retinent, quæ solet esse adi-

posa, vel pultacea, vel carnea, &c. Tertio, quia ferè semper cystim habent, quandoque nihil tale obtinent. Quarto, quia quædam sunt naturales, quædam accidentales, quædam hæreditariæ, quædam regionales, quia in quibusdam regionibus tam viri, quàm mulieres hos tumores in collo gestant, vt in quadam Bergomensis Agri parte, & in montibus subalpinis, alijsque Neapolitani regni locis, dum militiæ essem vidi-mus. creditur autem esse his ac-colis hoc vitium familiare propter assiduum potum aquæ, quæ ex-niuis resouitur. Cæterum quoties huiusmodi excrescentiæ sunt grandiores, vel maximæ, vel ex-crasa sicca viscida, vel carnea materia productæ, vel tunica referatæ, vel regionales, vel hæreditariæ, vel connaturales, vel ner-uis, venis, & arterijs implicite-tāquam inuincibiles sunt omitten-dæ, præsertim cum de eis nihil cu-rent patientes: verum quæ sunt pendulæ, molles, & haud impli-citæ, spem salutis admittunt, quæ potius à ferro quam à medicamē-tis sperari potest.

Vbi autem botij superandi fi-ducia viget, ab auxilijs primum remotas causas, atque antecede-tes, deinde coniunctas respicien-tibus, inchoanda curatio est. Qua-re omnes cibi crassi, ac viscidi, otiosa vita, aquæ frigidæ, & cru-dæ potus, & clamores sunt vitan-di. àer eligatur calidus, vel salté temperatus. Somnus breuis, vel moderatus, alius lubrica, & po-tus

tus vini generosi moderatè sumptus non parum probantur. Sed ad absumendam matcriam intra tumorem conceptam, præter multa auxilia supra annotata, alibiq; describenda siue vniuersalia, siue particularia, sunt pulueres v3. ꝛ. ossis sepiæ, sem. plantag. ana ʒ 3. piperis, zinziberis, salis gemmæ, spicę nardi ana ʒ 2. gariofyll., cinnam. ana ʒ 1., myrrhæ electæ ʒ 1., ellebori albi, & nigri ana ʒ 1. ÷

paleę, & sponciæ marinæ combustæ ana ʒ 2. ÷ f. pul. subtilissimus, de quo matutino tempore per plures dies cum aqua saluiæ detur ʒ 1. Quibus non conferentibus, onfagiendum est ad medicamenta adurentia, vel ad Chirurgram, quæ licet sit periculi plænna, tamen eam *Celsus* admittit; quomodo autem fiat præter ipsū *Celsum*, & *Albucaſim*, docet *Hieronymus Fabritius* 1. parte pag. 42.

## CONSULTATIO XXXVIII.

*De Ranula pro quadam nobili Muliere.*

X crescentiã P. N. sub lingua, quam iam agitur annus, hæc nobilis mulier detinetur, esse Ranulam, quam Græci Batrachiũ appellat, ita de se patet, vt nullus labor circa huius affectus Ideã sit necessarius. Cuius causa materialis immediata, ac proxima, succus est pituitosus crassus viscidus non syncerus; sed cum aliqua portione humoris tartarei mixtus, vt patet quia nullus duritiei, aut mollitiei, aut albedinis, aut nigredinis videtur excessus, nec dolor percipitur. causa vero remota errata fuerunt in sex rebus nonnaturalibus, præsertim in otiosa vita, crapulis, immoderato somno, animique perturbationibus, quorum causa natiuus calor cæpit languescere, concoctio vitari, & crudorum succorum generatio suborta, qui ad cære-

brum delati, inde pulsi, & sub lingua erumpentes, hanc molestam extumescentiam efformarunt. Quę quoniã ad magnam molem est exporrecta; à memoratis succis fouetur; in parte præstanti virtute refercta consistit, & mille medicamentis ex arte, & consilio admotis non cessit, eius curatione fore valde difficilem; & periculi plenam opinor. nam præter quã quod iam cæpit impedire linguã à sua naturali operatione, ac loquendi libertatem adimere, timetur ne ita excreſcat, vt totam oris capacitatem impleat, & suffocationem inferat inquit *Albucaſis* lib. 2. c. 15., vel irritata in cancrum commutetur, quod facile cõtingere potest si imprudenter tractetur, vel in victus ratione alijsque rebus nõ naturalibus delinquatur; verum quia nostra Patis in hoc statu perdurans, in imminente versatur discrimine

ne

ne in peius ruat, ideo est quam primum tentandum, ut optimis præsidij ei occurratur; & quamuis multa sint inuenta, quibus medici, tum ratione, cum experientia edocti vtuntur pro huius ex crescentiæ dissipatione, ac euulsione; tamen ea nos in medium primum afferemus, quæ eius incrementum inhibere valeant, has dotes obtinent illa tria medicinæ præsidia, nempe victus ratio, sanguinis detractione, & pharmacia, pro quibus instituendis non laboro, nam totum huiusmodi opus Excellentissimi Medici curatis consilio relinquo. sæcus verò ad partem affectam probarem, ut cum sale ammoniaco, pulueribus gallarum immaturarum, piretri, origani, pulegij, & mentastri fricetur ex crescentia, confert quoque retinere in ore decoctum folior. oliuæ, myrthi, pulegij, rad. vrticæ, aluminis zucarini, salis gemmæ, & mentastri. Quo sæpè abluatur os. Quibus non conferentibus, ad excidentia est deueniendum, non quidem venenosa; Sed ad illa, quæ etiam interius solent exhiberi. ut est oleum sulphuris, & oleum calcæthi; quibus si ut decet, optima victus ratio addatur, corpus per interualla expurgetur, & decoctum ligni Indici, ac spartæ parillæ saltem per 40. dies exhibeatur, nostram nobilem patientem conualituram fore speramus, & credimus, præsertim si semel aut bis sub lingua væna incidatur *cap. 14. lib. 7. inquit Dominicus Leonus.*

Verum si ex his medicamentis dolor aliquis molestus suscitetur, vel Ranula lapidescat, aut liuida reddatur, est prorsus ab his abstinendum, quia canceri suspicio est. in hoc enim casu, sat est bis in anno venam secare, venas sedis aperire, pharmaca purgatiua per interualla exhibere, nouum cauterium ad cruris regionem excitare, corpus attemperare decocto rad. chinæ, spartæ parillæ, & santalorum, sero caprino, syrupis compositis, expressione cõseruæ borrag., viol., ros., rub., aquis cicor., fum. ter., & similibus. sic enim poterit vita produci, & diutius viuere, si in rebus non naturalibus sit quoque temperata;

APPENDIX.

**N**Ascitur interdum sub lingua quædam tuberculi species, quæ ranunculus siue Ranula à latinis, Batrochos à Græcis, & à quibusdam Auicennæ sectatoribus Glândula, dicitur, sed perperam quidem, quia Glandula, ut alibi diximus ad extimam colli partem erumpit: dicitur autem forsitan ob similitudinem quæ habet cum Rana, aut potius quod qui hac Ægritudine laborant, vocem voci ipsius Ranæ parem solent habere. Quid autem sit Ranula colligitur ex dictis, est enim sub lingua ex crescentia vsu ipsius linguæ impediens, vel ut inquit *Guido* est quedam carnositas oblonga sub lingua impediens eius actum ad formam Ranæ, vel alte-

alterius linguę. sunt autem dissimiles Ranulę primum ratione formę, deinde materię. ratione formę quidem, quia interdū sunt satis oblongę istar nouę linguę subcrescentis, & adhęrentes; interdum rotundę, ranę figurā referentes; & hęc proprię Ranulę dicuntur. ratione materię, quia frequēter, quinimo vt plurimum generatur ex pituita viscida, crassa, & tenaci à capite defluente; interdum ex humore melancholico; nam rarò ex sanguine, & tunc adsunt notę inflammationis, nēpè dolor, rubor, pulsatio; & febris. & de hac ranulę specie loquutus est *Paul. lib. 6. c. 26.* dum dixit, quod Ranunculus est tumor, cum inflammatione sub lingua. oboriuntur Ranulę frequenter in Ætate Puerili; non rarò in mulieribus, rarissimè in reliquis Ætatibus, quandoque etiam in pecoribus, & præsertim in bobus, vt habetur apud medicos veterinarios. Causę, & notę patēt ex dictis. Cæterum recentes Ranulę pituitosę licet sint molestę; non difficilè curantur. Magnę verò, & veteres ex sanguine crassiori excitatę, citra chirurgiã curari nequeunt. tandem quę valdè durę, dolorosę, & fusco colore præditę, medicamentis irritandę non sunt; sapiunt enim naturam cancri occulti. Cuius curationem vetat *Hip. 6. aph. tex. 38.* Ranularum Curatio attenditur ex cognitione causarum; nam aliter curantur quę ex pituita fiunt; aliter quę ex succo melancholico &c. aliter

etiam in corpore puerili, aliter in adulto, &c. Quare quę sanguineę sunt, curantur tenui victu, & sanguinis detractio; si pituitosę catharticis sępè repetitis, sudoribus ex decocto ligni Indici, & falsę parillę concitatis: si tandem ex succo melancholico, ijs, quibus occulti cancri curantur. Verum in pueris aliter instituenda est curatio; nam purgantia ore excepta locum non habent; in his enim fat est, si alius non respondet, clysteribus vti; in grandiusculis verò ad euocandum fluxum humorum à parte affecta scarificatis cucurbitulis vtendum, nō ad dorsum, sed ad nates, vel ad crura, & pro ratione ætatis sanguis mittendus. non minor prouidentia quoque est de topicis habenda; hęc enim modo calida, modo remissa desiderantur, siquidem in puerili Ætate mitiora esse debent, nēpè fricatio ex sale, origano, & corticibus mali punici, vel ex sale ammoniaco, puluere gallarum immaturarum, hermodattilor., draganti adducti, albo oui excepti. huiusmodi autē medicamentum frequenter sub lingua ponatur. vel ex Erui farina cum melle mixta. in adultis verò validiora probantur, vt flos æris, tragachantum combustum, & alumen, vel puluis piretri, salis ammoniaci, salis gemmę, & huiusmodi. Quibus non conferētibis ad chirurgiam esse confugiendum inquit *Albucasis*, quę quomodo fiat, docet etiam *Celsus*, *Patiens* (inquit *Albucasis*) aperto ore,

lamine oppositus sedens; situetur; & Ranula hinc inde vncinis suspensa, celerrimè, ac diligenter tota ab omni parte abscindatur; Post incisionem permittatur sanguinem aliquantulum exire, postea spongia abstergatur; deinde aceto cum sale misto os colluatur; & si adhuc sanguis fluat, sistatur pulueribus subtilissimis compositis ex aloë, thure, ter. sigil. & pilis leporinis minutim incisus, vel sæpe abluatur os vino pontico, in qua rosæ siccæ, balauſtia, baccæ myrthi; & myrrha ebullierint à pulueribus calcæthi rubri, quibus medicaſtri vtuntur cum albo oui permistis est prorsus abſtinendû;

quia si deglutiantur; horrenda symptomata mouent, & tandem necant; quare tutius est, vt cauterio actuali sistantur, inquit Ambrosius Pareus lib. 7. cap. 5. ita enim mali radix extinguitur, prohibetur accidentia, quæ post incisionem sequuntur; atque interdicitur illarum exortus. Sed ne reliquæ sanæ oris partes igne attingantur, ac ledantur, laminâ plûbeam incuruatam, ac concameratam in sui medio peruiam præstat efformare, quæ ita ad Ranulam aptetur, vt foramen ei parti, quæ aperienda est, Ranulæ respondeat.

CONSULTATIO XXXIX.

*De inflammatione sinistra mammae pro quadam nobilissima Muliere Hispana.*



Vod tumor P. N. qui otto ab hinc diebus in sinistra huius nobilissimæ Patientis mamma cepit erumpere sit

de genere inflammationis; dolor, rubor, calor, febris, eiusdemque tumoris durities planè suadent pathognomonica eiusde inflammationis inditia. Cuius proxima, immediataque continens causa sanguis equidem est. nam quamquam lactis copia causa etiam esse possit; tamen immediata causa dici non debet; sed remota; quatenus scilicet lac ob sui copiã incalcescit, & corrumpitur, dolorè,

caloremque exhibet, quorum causa sanguis; primo ad capillares, atque exiguas venulas mouetur; deinde in mammarum substantia quæ sponciosa, anfractuosaque est colligitur, ibique retentus feruet, inflammationèque parit. Causa verò remota varia (vt referunt,) in rebus nō naturalibus errata fuere, præsertim quidem in cibo, & potu; auxilium quoque, sanguinea complexio, anni tempus calidum, & humidum, atque iuuenilis ætas præbuerunt, sed maximè omniũ, excrementa puerperia non sufficienter educta, neque expurgata; hæc enim in partu fæmellæ per

25. dies saltem debent perdurare, non autem per decem, ut audiimus in casu nostro. etenim ille feculentus virulentusque sanguis qui per venas vteri debebat expurgari, mammas petere cepit: præsertim sinistram, quæ imbecillior est ut inquit *Hip.* ibiq; infixus hanc inflammationem produxit. Quæ quoniam magna est; symptomataque non leuiora mouet, dolores scilicet, & febres, cõtendi non debet; non enim semel vidimus mammarnm inflammationes non rectè terminasse; sed sæpe in alios affectus commutatas, in vlcera v3. sinuosa, sordida, putrida fistulosa, malique moris, idque facilè contingit, quoniam ob earum imbecillitatè, facillimè quoque totius corporis superfluitates excipiunt; quare ne huic patienti hoc idem cõtingat; præstat ut quamprimum redundantes, vitiosique humores, qui in corpore consistunt, reuellantur, ac per alias vias, educantur; deinde prohibendum, ne regenerentur. & tandem ea administranda quæ materiam illam, quæ in mamilla continetur, dissipare, vel sensibilibiter euacuare, valeant.

Prima indicatio venæ sectione ex pedibus non semel sed iterum, atque iterum facta absolui potest; siquidem repetita sanguinis missio non solum reuellit, retrahit, atque sanguinem euacuat; verum etiam refrigerat, & attemperat. huiusmodi autem præsidij genus pro inflomationibus curandis

ab *Hip. lib. acutor. t. 36.*, & à *Hieronymo Mercuriali lib. 3. de morbo mul.* c. 6. non parum probatur; prius tamen clysteribus leniëtibus præmissis. à purgantibus abstinere, tum quia peccat sanguis, qui nõ catharticis, sed sãguinis missione educitur; tum etiam quia vrinae sunt valde tenues nec probe concoctæ, vbi autem vrinae sic se habent à purgantibus esse abstinendum *cit. lib. t. 44.* scripsit *Hip.* tandem, quia non dum 40. dies à partu sunt trãfacti; ante quos ex communi medicorum consensu purgantia exhibere non licet. Verum ne regenerentur, efficit proba victus ratio: quæ debet esse tenuis, attemperans ac aliquantum humectans; ut panis in iure pulli maceratus; endiuiæ, borrago portulaca, &c. in iure etiam pulli elixa; potus pariter esse debet ex aq., hord., capil. ven., borrag., & scorfonerie, àer quoque sit temperatus oportet.

Denique ad dissipandam remouendamque materiam quæ in parte continetur probarem lenientia, attemperatã atque digerentia simul mixta; sicuti est cataplasma, quod conformatur ex flor. far. hord., fab., mica panis albis ol. ros., amigdal. dulc., viol., &c. in iure pulli, vel lacte caprino. additis vitellis ouor. num. 2. à repellentibus esse prorsus abstinendum arbitror. non solum quod materia est iam infixã, verũ etiã quia dolor vehemèter excruciat, & à frigidis medicamentis magis intenditur. adde quod cum locus affe-

affectus sit Cordi proximus, contenta materia facile ad cor recurrit, quin & ipsamet qualitas frigida aliquam noxam cordi inferret. Verum si accidat, ut dolores intendantur, & aliquod suppurationis inditium apparere incipiat, naturæ conatus sunt protinus adiuuandi, adeo, ut collecta materia quamprimum in pus vertatur, quare cataplasma sub hac forma est administrandum, v. 3. *℞. fol. maluar., scabiosæ, braccæ vrsinæ ana m. i. rad. althææ, liliorum albor. ana ʒ 2., coquantur, postea terantur, per cribrum traiciantur, & cum medulla crurum vituli, adipe suillo, butyro, recetti, ac far. tritici f. cataplasma. appropinquante suppuratione, quæ deprehenditur ex remissione symptomatum, ut puta doloris, febris &c. simulque ex purulentæ materiæ, quæ sub digitis inundat fluctuatione, quamprimû scalpello aperiatur. Verum quia, (vt audio) ferrum proculdubio non admittit; idcirco emplastro emollienti conchæ vitæ cinis addi poterit, eo præsertim loco, vbi tumor in altum attollitur, vel cinis coclearum vitæ, vel radicum, siue stirpium brassicæ aridorum cinis, veteri assuncia suilla exceptus, sed his efficaciores sunt radices, ac frondes pedis curuini contusæ, & cum puluere feminis vrticæ mixtæ. à causticis medicamentis validioribus esse prorsus abstinendum puto; non enim conducit in hac regione quæ cordi proxima est, venenata caustica adhibere,*

quoniâ principio vitæ sunt quâmaximè infensa. his vel similibus disrupto abscessu curetur, vt cætera vlcera curantur.

APPENDIX.

**A**D eò quibusdam mulieribus redundat lac, vt earum mamme intumescant, doceant, & inflammentur, idque accidit non solum ob sanguinis copiam, verum etiam ob lactis crassitiem, quia ob calorem ibidem prævalentem feruet, condensatur, & grumescit. cuius causa frequenter ingens inflammatio sequitur, præsertim vbi ictus, aut morsus, aut nimia exuctio præcessit. Curatur autem sanguinis detractioe si vires permittant ex partibus infernis, vt sanguis diuertatur. sin minus têtetur reuulsiones per ligaturas, frictions, cucurbitulas, & clysteres, postea contra Grumum ea quæ, lac liquefaciunt administrantur, & contra inflammationem quæ refrigerant, & attemperant, vt oleum rosaceum, medulla panis cum butyro, & lacte ad formam emplastri, vel althææ, & maluæ decoctum cum farina hord., sem. lini, fenugræci, & oleo amigdalino, rosaceo, & anethino. vbi autem inditia suppurationis apparent, ea quæ suppurationem promouent, applicentur. demum ad ea quæ ruptionem efficere possunt deueniendum, post ruptionem, quæ abstergunt, & consolidant admo-ueri poterunt, vt alias dictum est. ac postea quæ cicatricem indu-

S 2 cant,

cant, admoueantur; *Hadrianus à Mynsicht. in suo thesauro seu armamentario chymico sumis laudibus extollit sectione 36. de emplastris; emplastrum de spermate Cæti, refert huiusmodi emplastrum per*

multos dies continuè gestatum omnibus ex lacte doloribus; & tumoribus etiam duris mederi, lac concretum soluere eiusdemq; abundantiam absumere.

## CONSULTATIO XL.

## De Tuberculo duro destræ Mammillæ pro quadam Reuerenda Moniali.

**M**ulieres ferè omnes, menstruas purgationes habentes, neque varicibus, neque hæmorrhoidibus, neque sanguinis profluuio è naribus, neque vlllo alio affectu tentari, verissimum esse constat, si naturaliter fluant, nec retineantur, vt *lib. 2. de Generatione animal. c. 2. notauit Arist. & lib. 5. fen. 21. s. 3. c. 26. Auic.* Verùm si accidat, vt supprimantur, aut immoderatè fluant, innumeris, & atrocissimis cõflicari morbis, asserit *senex lib. 5. aph. 1. 57.* aded, vt iure optimo dici possit verissimum esse illud medicorum oraculum: vterum omnium morborum, qui mulierum corpora infestant vberimam esse matrem, atque nutricem. Quare mirum cuipiam videri non debet si nobilissima Reuerenda pluribus ab hinc mensibus his ordinatis, ac naturalibus purgationibus non rectè fluentibus, nunc de destræ mammillæ tuberculo admodum duro, quandoque etiam doloroso, non sine ratione conqueratur. Verùm circa huius tuberculi Ideã

non leuis occurrit dubitatio, & ratio dubitandi est quia huiusmodi tuberculum ex materia est productum, sed an hæc materia sit sãguis pituitosus, an melãcholicus, an sanguis legitimus, &c. non plane constat; non enim videtur, quod sit sanguis legitimus, quia in hoc tuberculo notæ inflammationis non obseruantur, nempè calor, rubor, febris pulsatio &c. neque sãguis pituitosus quia inditia Oedematis non deprehenduntur, nempè color albicans, mollities, laxitas, & fovea admoto digito non remanet; neque sanguis biliosus, quia signa erysipelatis non percipiuntur, vt patet, quia, neque febris, neque color subruber, neque feruor, neque materia replens, & distendens est in cute, sed in spõciosa substantia ipsius mammillæ immerfa; neque tartareus sanguis, quia neque scyrrhi characteres existunt, quia licet sit durum, nõ tamen est sine dolore, & sensu, quia ad tactum sentit, & per interualla dolet. neque potest esse sarcoma, quod carnosã substantia est

est, quia sarcoma in musculosis tantum partibus affurgit. est ne? *Cancer*. vt quidam putarunt. non libenter admitto. nam cancer ex communi medicorum consensu, tumor est durus, rotundus, inequalis, liuidus dolorosus venas turgidas vtrunque habens atro succo plenas, quæ in casu huius Reuerendæ non obseruantur. puto esse quid medium inter cancerũ, & scyrrhum, puta cancerum occultum, siue cancerosum tumorem, siquidem tumores qui proprias cæchri, aut scyrrhi notas nõ possident; cancerosi nominantur. dolor enim quandoq; pungitius in tuberculis duris, citra pulsationem, & febrem semper est suspectus; arguit enim scyrrhi incæchrum trasmutationem, præcipuè cum in mammis consistunt; in quibus raro, aut nõquam veri scyrrhi erumpunt.

Huius tuberculi immediata causa humor tartareus est, non adhuc valde alteratus, aut putris, sed mitior, ob Iecoris intemperie valde calidam productus, qui neque per venas vteri, aut Podicis expurgatus, ad mammam habuit raptum, illamque occupauit. remota verò præter errata in vicus ratione; animi passiones quibus multo tẽpore fuit afflicta, simulque mentes admodum diminutifuerunt.

Cæterum licet huiusmodi tuberculum sit nunc actu paruum; tamen potestate est magnũ, quoniam nisi accuratè tractetur, timetur ne in aliud perniciosum

malum commutetur, siquidem collecta materia in congruè agitata calidior, acrior, & malignior redditur, vnde malum quod nunc curationem recipit; inuincibile postea euadit; nam non solũ cancerosi tumores; verum etiã, & ipsimet cancri. circa sui initia dũ v3. sunt adhuc paruiores curationem admittunt vt alias dictum est ex *Gal. Auic.* & aliorum sententia.

Pro cuius mali curatione indicationes sunt satis cõmunes euacuare v3. redundantes humores, prohibere ne iterum regenerentur, & demum materiam, quæ in affecta parte consistit dissipare, ac remouere. ad euacuandos redundantes succos, præsertim vero ad feculētũ sanguinem educendum, quammaximè confert venæ sectio, tanquam satis utilis, ac necessaria, quam non solum *Gal. lib. de curat. per sang. miss.*, verum etiam *veteres*, ac *neoterici medici* in mensibus diminutè fluentibus summopere probant. potissimum si ex venis pedum fiat, primo v3. pedis sinistri, deinde destri, minuit enim plenitudinem, mensesque prouocat; præsertim si ante tempus consueti circuitus triduum, aut quatrimum fiat vt idẽ *Gal. cit. lib. c. 18.* refert, & iure quidem, quia tunc sanguis est in motu; medicus autẽ naturæ propensiones adiuuare tenetur. tamẽ non sunt interea syrups incidentes, & attenuantes omittendi, vt *sy. de tribus rad.*; de artemisia de succo buglossi, fum. ter. &c. his, vel consimilibus præparatis vijs  
exi-

exibeantur cathartica que crassū, atrumque succum educunt de quorum materia, ac forma à peritissimo medico curante habeatur prouidentia. postea ad attemperanda viscera, ad longum vsu lactis caprini, vel serum depuratum, vel ad ius cancrorum, decoctum rad. chinæ esse omnino deueniendum arbitror; simulque ad ciendos menses probarem suffitus aromatum, iteratas purgationes ex syrupo composito fumarix, apertionem alterius fonticuli in crure sinistro, eligerem etiam à rem frigidum aut saltem temperatum, cibos refrigerantes, & humectantes, &c.

Tandem ad affectam partē, ea esse adhibenda probarem, quæ mediocriter reprimunt simulque

discutiant, cuius census sunt succi solani, plantag. poligoni, semperuiui, cydoniorum in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo agitati. additis pulueribus cancrorum, & Ranarum, & oleo rosaceo, à metallicis pro nunc abstinerem, sicuti etiam à suppurantibus, quia vt 7. epid. rectè notauit Hip. tubercula in mammis dura, non fiunt suppurata. atque ita puto esse procedendum in casu huius Reuerendæ monialis. illud tamen silentio prætereundū non est quod interdum accidit, vt cancer non sanetur nec augeatur, & tunc nil violētum moliri oportet, nam sat est probam victus rationem istituere, & bis in anno purgare.

## CONSULTATIO XLI.

### *De ambarum mammarum tumore pro quadam honesta Muliere.*



Vod ex copioso, vitiosoque lacte crassiori quam par sit, non modo infantibus; verum etiā ipsius mulieribus quamplures nascantur morbi, in dies obseruatur, & nunc huius honestæ mulieris casu comprobatur, quæ 40. ab hinc diebus post puellam enixam, de ambarum mammarum inflatione vehementer conqueritur; morbo v3. in aucta magnitudine, qui sinistram mammam totam ferè oc-

cupat; dextræ verò supernam tantum papillæ partē offendit. Quorum tumorum causa proxima, ac immediata est lactis coagulatio lac enim à propria crassitie, proprioque calore in mammillis induratum, hos tumores promouet, siquidem cum ductus illi lac deferentes, vna cum lactiferis venis nimis replentur, nec ab infantibus exuguntur, lac retentum cōcrescit, & mammæ in tumorem attolluntur. causa verò remota forsā, (vt dicunt) fuit morsus à grandiori infantulo illatus, nec

nec non immoderata victus ratio. ac nimius potus. Huiusmodi autem mala etfi per se nullum discrimen portendant, sunt tamen semper longa, laboriosa, ac curatu admodum difficillima, præsertim cum in puerperis, ac lactantibus accidunt, vt in casu huius patientis, dum videmus quod in dies copiosior sanguis ad mammas accedit; & quamquam ex medicamentis ritè admotis sæpe remittantur, nihilominus ex leuissima causa reuiuiscunt, & noua tubercula excitant. præterea ob laxam ac sponciosam substantiam ex qua consistant mammae faciliè in magnos abscessus, fistulosa ulcera ommutantur, potissimum cum ab imperitis tonsoribus curantur, vel ipsæmet mulieres pleniori victu vtuntur.

Cæterum cum huiusmodi inflatones ex lactis vitio ortum duxerint potissimum verò à nimio lactis calore eiusdemq; crassitie, ac copia. indicatio insurgit, vt calor attemperetur, crassities attenuetur, & copia minuatur. ad attemperandum verò non minimè locum obtinet victus ratio, quæ debet esse refrigerans, atque exijs, quæ parum alimenti suppeditant, vt olera, aquæ potus, vigilia, motus, corporisque exercitium; sed maximè omnium venæsectio pluries, è pedibus repetita reuulsionis gratia; sic enim auferitur etiã plenitudo, inquit *Gal. lib. de curat. per sang. mis.*, vel saltè crura scarificentur; Sed quoniam

tiosis quoque succis esse referctum; qui ad mammas confluentes maioribus fluxionibus occasionem præbent; idcirco leuiora purgantia esse exhibenda existimo. postea attemperantia, vt radices conditas, serapia, conseruas refrigerantes, & huiusmodi; vt quæ biliosum sanguinem qui lactescit, alterandi, atque immutandi virtutem possident simulque crassitiem attenuandi.

Ad remouendam verò collectam materiam quæ iam influxit, ac in mammis continetur, ea primo probari auxilia quæ lactis concretionem nondum factam inibendi facultatem habent, deinde quæ, quod cõcretum est dissipare possunt. Quæ autem lactis concretionem prohibere possunt, sunt pulueres foliorum mentæ, feminis coriandri, oleum anethinum, oleum camemellinum, de menta, &c. è quibus cum cera linimenta parari possunt. Sed ad concretionem factam dissipandam admo-ueri poterit cataplasma, quod recipit far. hord., & lentium ana. ʒ 4. sy. de trib. rad., & oximel. ana ʒ i. — decoct. saluiæ, mentæ, rad., & sem. feniculi; myrrhæ, croci, sem. apij, agni casti, & eringij. q. ʒ. ad ignem ʒ. A. f. cataplasma, quod lac etiam dissoluit, fluidumque reddit. coagululum quoque leporis in aqua tritum, & epotum, & mârâis etiã appositum, vel in aceto dissolutum. quod tanquam expertum à semetipso commendat *Gal. 4. de simplicium medicamentorum facultatibus*

*ribus e. de coagulo.* Verùm si ultra malū procedat, doloresque intendātur, admoueri potest cataplasma quod recipit flor., far., hord. 34 medullæ pomorum sub cineribus coctorum 3 1 ÷ far., sem. lini 2 ÷ ol. amigdal. dulc., ros., & aneth. ana 3 1. coaguli leporis 3 2. lactis caprini . q. 5. ad ignem 5. A. f. cataplasma. Vel 3. vnguenti ros., & cerati santal. ana 3 1. ol. amigdal. dulc., ros., & anethi ana 3 ÷ succi cælidonij maioris 3 ÷ 5. A. f. linimentum. Verum si interim suppurationis notæ apparere incipiant, vt frequenter contingere solet quum concretum lac, ob prohibitā trāspirationem computrescit, tunc protinus ad suppurationem esse confugiendum arbitror., ad cathaplasma scilicet quod confici poterit ex far. tritici, hord., sem. lini, fermento, rad. altheę. folijs maluarum, viol., scabiosæ simul coctis, contusis, & ad formam cataplasmatismatis redactis, apprente ex his,

vel consimilibus suppuratione, nisi sponte aperiantur, scalpello incidantur; vt putrefactum lac educatur. nec postea est timendū si affectus diutius propter lactis affluentiam duret. Sanatur tandem. nunquam enim visum est tumorem in abscessum commutatum, in mammillis lactantibus nō fuisse sanatum. inquit *Hieronymus Fabricius lib. de chir. operat. pagina mihi 57.* est tamen cautē procedendum ne suppurati abscessus callum contrahāt, vt in dies accidit lactantibus mulieribus perperam à medicastis curatis, multæ enim ex his à me non sine laboribus sanitati restitutæ fuerunt. nonnulli nouæ Medicinę professores per os exhibent quandam aquam stillatitiam ad 3 2. dicunt enim quod mira præstat pro duris mammarum tumoribus dissolendis. quam conficiunt ex melle, vino albo, & pulueribus iuæ arteticæ per balneum destillatam.

## CONSULTATIO XLII.

*De canchro ulcerato destra mammilla pro quadam nobili Muliere.*



I quid est quod humanum corpus affligēdo molestat, lactis receptacula quammaximè vastat, mellos eiu-latus, horrendaque symptomata mouet; illud profecto vlcus cancerosum est; quo quatuor ab hinc

mensibus nobilem hanc Ægram, in destra mamma detineri; constat ex forma eiusdem vlceris, quæ est inæqualis; ex odore, qui est fœtidus, ex dolore, qui est implacabilis, ex colore, qui est fuscus, ex aspectu, qui est horridus, ex duritie, quæ est lapidea, demumque ex labris, quæ sunt crassa,

sa, prætumida, erosa forisque inuersa.

Tanti mali causa immediata, atque materialis est tartareus humor, acris, putris, & exustus, huiusmodi autem exustionis remota causa præter calidum aërem, violentos motus tam animi, quam corporis, variaque errata in cibo, & potu calidioribus, fuisse etiam emollientia, discutientia, ac suppurantia medicamentà à vetulis, atque medicastris admota in duro mammillæ tumore, qui duobus ab hinc annis cæpit erumpere, credendum est, contra *Hip. dogma 2. de morb. mulierum 1. 23.* ubi tubercula in mammis dura non fieri suppurata asserit, ex his enim medicamentis temere, ac perperam administratis contentus tuberculi humor calidior, ac acrior redditus pessimæ naturæ morbum peperit, & illum quidē compositum ex intemperie, soluta unitate, & aucta magnitudine. Qui quoniam in summo ferocitatis iam consistit, habitūque iam contraxit spem salutis nō admittit. nam medicinæ localia remedia nō sufficiūt inquit *Auer.* Incisio ob insignes venas, ac arterias, quas cōtinent mammæ, possibilis non est inquit *Gal. 2. ad Glau.* ubi cancer est magnus, & diuturnus non oportet, vt approximetur ei inquit *Albucasis*, sūt enim cæcri grandiores, & immerfi omninò insanābiles, quia materia in affecta parte collecta propter sui crassitiem, leuioribus nō cedit medicamentis, à fortiori-

bus irritatur. Quidam enim causticis vsi sunt; quidam ferro adusserunt; Quidā scalpello exciderūt his. Verū vnquā nulla medicina profecit; sed adusta protinus concitata sunt, & increuerūt donec occiderunt; excissa etiam post inductam cicatricem reuerterunt, & causam mortis attulerunt *cap. 28. lib. 5. scripsit Celsus.* Tamen quia crudele est, ac inhumanum, nihil solatij Ægrotantibus asserre; idcirco incumbendū est, vt saltem seuissimum malum mulciamus, tū dolorē mitigādo, tum firmando vlcus, ne sic vehementer procedat.

Has omnes facultates possidēt *Curatio* proba victus ratio ad humidum, ac frigidum vergens, ob ingentē calorem à putrida, ac praua materia contractum; somnus moderatus; àër temperatus; animi tranquillitas; & abstinentia eorum, quæ atram bilem fermentare possunt; vt præsertim acetum, quod ad affectam partem humores ducit, vt 3 acut. notauit *Hip.* Sed hæc omnia superat sanguinis missio, vt 3. *de loc. aff. c. de melancholia* refert *Gal.* potissimū si è vena Hæpatica fiat; quamquam *Hip. 2. de morb. 1. 71.* prædominante melancholia illam magis ex manu probat. Verum in casu nostro quoniam prouocandi sunt menses, qui non rectè fluunt, idcirco ex vena malleoli mitti deberet; quin optimè purgato corpore etiam ex venis sedis, ex harum enim apertione maximum auxilium percipiunt, qui atrā bile

T ve-

vexantur inquit *Hip. 6. aphor. c. 11*  
 21. cauteria quoque cruribus  
 in parte domestica infixæ tanquã  
 satis proficua commendantur. re-  
 uellunt enim ab vtero, ac Hepa-  
 te, nec sinunt sursum ascendere  
 humores; mitti autem poterit iux-  
 ta virium robur. Purgatio pari-  
 ter non minorem vtilitatẽ affert,  
 vt quæ atrabilis impetum deorsũ  
 retrahit, eamque minuit, & fe-  
 culentum sanguinem repurgat, vt  
*sect. 7. aph. 71.* notauit *Rabimoises*  
 poterit autem purgari non solum  
 Vere, & Autumno; verum etiam  
 quocumque tempore, & quoties  
 accidentia seuiunt; debet tamen  
 per inferiora fieri, nam per has  
 partes melancolici vtiliter purgã-  
 tur, vt *4. aph. 10x. 9.* notauit *Hip.*  
 Probãtur autẽ ea, quæ atrũ humo-  
 rẽ educũt, verũ priusquã cathar-  
 tica exhibentur, alius clysteribus  
 leniatur, & serapijs humores præ-  
 parẽtur. Verum post purgationẽ,  
 non est reiciendus vsus eorum,  
 quæ attemperandi Hepatis fer-  
 uorem, ac totius corporis calorẽ  
 facultatem habent; sicuti præter  
 longum vsus seri caprini rectẽ  
 depurati, in quo sit maceratus  
 epitymus, est aqua stillatitia can-  
 crorum, vel electuariũ ex carne  
 viperina, & permulta alia alibi  
 annotata.

Tandem de vlcera parte,  
 magna quoque habenda est pro-  
 uidentia ad quam ea administra-  
 ri debent, quæ non solũ cũ mani-  
 festa qualitate, verũ etiã cũ toti-  
 us substantiæ proprietate operã-  
 tur. In genere priorum est medi-

camentum *Gal.* ex succo solani,  
 ac plumbo vsto simul in mortario  
 plumbeo agitatis, quibus si adda-  
 tur oleum rosatum completũ, suc-  
 cus virgæ aureæ, & herbæ Regi-  
 næ adhuc præstantius redditur.  
 Quæ verò secreta qualitate agũt;  
 sunt pulueres bufonis cum fermẽ-  
 to in olla exiccati ad ignem; fo-  
 lia lilij contrita, puluis senectę vi-  
 peræ, aqua stillatitia ex antimonio  
 mercurio, & carnibus eiusdẽ vi-  
 peræ, steriores bubuli mense mai  
 collecti, vel puluis stercoreis hu-  
 mani, anethi vsti. Verum si ex  
 his dolores non remittantur, quin  
 potius magis excrescant (vt sæpẽ  
 contingere vidimus) ad lenientia  
 deueniendum, ad oleum scilicet  
 ex vitellis ouorum; lac calibeatũ,  
 maluam, atque altheam in aqua  
 malsa decoctam, vel tandem ad  
 narcotica, nempẽ ad sieph album  
 Rasis. cum opio, vel ad folia hyo-  
 sciãmi, & Mandragoræ sub cine-  
 ribus cocta, & contusa admini-  
 strata, vel ad oleum Mercurij dul-  
 cis, vel stibij, vel plumbei cum  
 opio. Nonnulli ad mulcendã tam  
 diri mali seuitiam, solent ad eius-  
 modi execranda vlcera Gallina-  
 rum carnes admouere: dicunt  
 enim quod ex his carnibus habet  
 quotidianum pabulum pro sui  
 nutritione, nec interim humanas  
 carnes absument; verum quid-  
 quid sit, huiusmodi carnes, vt in-  
 quit *Guido tract. 4 cap. 6.* tempe-  
 ratæ sunt; quare nisi prosint no-  
 cere multum non possunt. Dio-  
 scorides quoque *lib. 4. cap. 96.* ad  
 Cancerosa vlcera folia vtriusque  
 vtri-

urticæ esse administranda probat Verrucarra pariter quam Diosc. elytopium appellat, potenter cancerosis vlceribus opitulatur. *Andrianus Misches p. 45 2.* suæ chemicæ extollit emplastrum de carne bubula, inquit enim quod non solum sanat Cancrum, sed omnia ani vitia. Tandem Petrus Ioannes Faber in sua chirurgia spagi-

rica non solum pro curandis canceris probat oleum Mercurij dulcis verum etiam oleum rubrum Antimonij, sed *Petrus Bairus lib. 20. c. 7.* inquit, quod caput Cruis, eiusdemque ventriculus cum lapidibus, qui in eo sunt in furno exiccata, & in puluerem reducta potenter cancerum, & omnia vlcera sanat.

CONSULTATIO XLIII.

De Fistula ad posteriorem partem Thoracis pro quodam nobili viro.



**V**od ex magnis abscessibus, tortuosius vulneribus, ac sinuosis vlceribus parû destre curatis, nec confectim agglutinatis oboriantur fistulæ, non solum in dies obseruamus, verum etiam *lib. de Tum. P. N. c. 4.* refert *Gal.* Quibus duobus ab hinc annis ad posticam Thoracis regionem, circa sinistrum latus inter quintam fessam, & octauam costam hunc nobilem virum detineri, indicium præbent specillum à quo tangatur durities, callositas, & asperitas non modo carnis; verum etiã ossis citra dolorem, & molestiam orificium quod versus supernam partem tendit; duo illa alia vlcuscula quæ versus eius sinistri lateris regionem tortuosè serpendo, procedût, & denique purulenta materia quæ fatim, & fetens ex leui Thoracis motu educitur. Verum quia huius regionis fistu-

læ, penetrantes, vt plurimum esse solent ad Thoracis capacitatè; puto tamen in casu huius nobilis viri adhuc penetrantes non esse, quoniam neque specillum recte fertur, neque spiritus cum sono educitur, neque tussis, corporis macies, & febris obseruantur; & demum neque ampullæ tussiendo apparent, quæ omnia penetrantis fistulæ solent esse soboles.

Quarum fistularû remota causa, (vt ex relatis percipitur) ingès *Mali causa.* fuit contusio propter casum ex quo concitata, quæ neglecta, ac perperam curata in abscessum valde magnum degenerauit, ex abscessu serius quam res postulabat festo, cuniculi, & fistulæ, quibus præter varia errata in rebus nonnaturalibus eiusdem Patientis viscera admodum lesa, atque alterata auxilio fuere, potissimû verò lienis obstructio, ventriculi imbecillitas, & Hepatis calida, intemperies. proxima verò esse

T a ethe-

etherogeneos succos prauos, atq; crudos ad nutritionem ineptos est credendum, qui ob affectæ partis imbecillitatem, ac intemperiem adhuc deteriores fiunt, & forsan peculiari quadam antipatia, potius ossibus, neruisque corporibus quam carnibus aduersantur.

Cæterum cum huiusmodi fistulæ sint flexuosæ, anfractuosæ, veteres simulque costarum corruptionem, adnexam habeant, & in corpore; cuius viscera ferè omnia sunt vitiosa; consistant, non solum vix curationem admittunt; verum etiam timetur nè propter immodicam saniosam materiam quam eructant, corpus contabescat. non propterea est nobilis; hic patiens deserendus, sed omni industria incumbendum; vt fanitati restituatur; vel saltem vt vita producat. vtrumque præstare potest victus ratio, quæ quidem debet esse ex cibis boni succi, & maximi nutrimenti; interea àer in actiuus eligatur temperatus, in passiuus verò ad siccum declinans. Quibus sic institutis leui aliquo medicamento corpus expurgetur, apertis tamen primo vijs, ac dispositis humoribus ad euacuationem; illud tamen verum est quod pro curandis fistulis Thoracis magis probatur vomitus, quàm euacuatio per aluum, in ijs v3. qui consueti sunt per vomitum se exonerare, vt de hoc nobili viro audiuius.

Ad partem verò affectam, ea puto esse administranda præsidia,

quæ primo orificij angustiam dilatandi facultatem habet; deinde quæ callum absumunt; Tertio quæ os abradere, vel exicare possunt. Et quantum ad primam indicationem spectat omni industria est incumbendum; vt fistularum cavitates dilatentur non quidem per cunctortam sponcea, aut radicem gentianæ, sed per ferrum, cautè tamen ne maiores, venæ quæ per costas excurrunt, attingantur. nec vnica vice, sed pluribus, præsertim verò tota illa cavitates quæ ad latus sinistrum consistit, & ultra procedit, postea vbi scalpri adaptari poterunt, corrupta ossa ex arte abradentur; sin minus saltem aperte seruentur, ac applicentur quæ exiccandi abstergerendi ac corrupta ossa separandi vim obtinent, de quibus satis alibi diximus. quibus quousque corrupta ossa à natura pelluntur vtendum, idque non nisi longiori tempore expectare debemus; nam sunt quædam ossa, quæ hæud spatio 40., aut 50., aut 60., aut 80. dierum à natura sepeantur, atque pelluntur; vt *lib. 4. de Art. s. 36.* scripsit *Hip.*, sed per plures menses, & annos, quin interdum per totum vitæ curricula perdurant, vt *2. de fract. 2. n. 21.* notauit *Gal.* & de ossibus Thoracis non semel in amplissimo incurabili Xenedochio obseruauimus, nec non de ossibus spinæ dorsæ, articulorum; etiam ferè omnium præsertim verò femoris, atque ita puto esse procedendum in tñ pertinaci affectu; tum pro cura-

tio-

tione, cum pro præseruatione  
huius afflicti Ægroti.

APPENDIX.

**C**um pus ex sinuosis vlceribus non prorsus educitur, & per exiccantia agglutinatio tētetur, tunc intus existens acre fit, quare serpendo rodit, & cuniculos facit, suam ob crassitiem adherit, cuius tenuiores partes à calore, siue natiuo, siue extraneo resolutæ, & exiccatae callus producit, compacta scilicet quædã caro candida madoræ priuata, atque indolens. producit autē primo in externo fistulæ orificio ad cutem v3., quia semper natura ad cutem excrementa protrudere studet, & quoniam eutis densa, ac sicca est; idcirco citius quã caro obdurescit, & callum contrahit, temporis postea diuturnitate etiam in subiecta carne, & per totum fistulæ senum, ac cavitatem contrahitur.

Ceterum notissimum quoque est inter causas, quæ vlcerum curationem impediunt esse ossis cariem, quæ plerumque fit ex succis acrioribus mordicantibus, ebullientibus, crassis, vel frigidis, sed frequenter ex malignis, virulentis putridis, ac prorsus corruptis qui ex alicuius visceris vitio, & præsertim Hepatis producantur. à causa externa quoq; fit in ossibus caries, scilicet ratione aëris ambientis. nam si calidior quam pro ossis temperamento conuenit, fuerit, vitalem ossis

spiritum, innatumque humidum absumit, & aridum, atque cariosum fit; ita pariter si nimis frigidus fuerit aëer emoritur quoq; ossis superficies, quoniam radicale humidum ratione frigoris, ceu gelidum ad caloris pabulum ineptum, redditur; cariosum etiam atque corruptum, sæpe fit ex oleosis medicamentis, præsertim verò ex acris veluti oleo sulphuris, vitrioli, aqua erodente & huiusmodi. Siquidem hæc propter ipsorum ingentem calorem, ac causticam vim, quam possident innatum ossis humidum absumunt, ac prorsus exiccant. Quare has ob causas Thoracis fistulæ quoties ossiū corruptionem adnexã habent, vix aut; numquam curantur, inquit *Hieronymus Fabricius lib. de Chirurgicis operationibus*. Primo propter perpetuum motum dilatationis, & constructionis. Secundo ob subiectam pleuram, quæ non amplius agglutinatur. Tertio propter pus, quod sub cauernosa costa colligitur, eiusdemque costæ corruptionem, & vitiū contractum; & tandem propter obliquos, & flexuosos fistularum sinus, earumque decliuem terminum, quibus addi potest, quod huiusmodi Thoracis vitijs magna materiæ copia suppeditatur à Corde, atque venis, inquit *Fonsæca consulti. 6. tom. 2.* quare medicamentorum actio plurimum impeditur, & costarum corruptarum separatio raro, aut nunquam speratur quamuis puluis euphorbij, quo ad cariem ossis auferendam nihil est

est præstantius, quotidie admini-  
stretur, illud tamen verum est quod  
non semper in ætate tenella est  
necesse, vt corruptorum ossium  
squammæ decidant nam sensim,  
sæpe naturæ, & medicamentorū

beneficio quicquid cariosum se-  
paratur, & veluti puluerulentum  
quid cum puræ effluit, vt oculis  
tissimus, atque clarissimus *Gu-*  
*glielmus Fabricius Hildanus cens. 4.*  
*observat. 96. refert.*

## CONSULTATIO XLIV.

*De vulnere lienis pro quodam nobilissimo viro.*

**H**ic nobilissimum hunc  
virum ad latus sinistrū  
inter ventriculum, ac  
notas costas sauciātū,  
vt satis notum relinquitur; sed  
num sit aliquod viscus vulnera-  
tum, est inquirendum, & certum  
est esse percussum lienem; idque  
ostendit vulnus in sinistro late-  
re inflicū, ex quo videmus,  
quod sanguis niger crassus, & fæ-  
culentus exit, monstrant præte-  
rea præcordia, quæ ea parte ten-  
sa apparent, dolor qui ad iugulū  
pertingit, difficultas quoque res-  
pirandi, quæ fortasse accidit, quod  
per consensum diaphragma pari-  
ter est affectum, & tandem ingens  
sitis, & febris, hæc autem omnia  
ex *Celsi* sententia sauciati lienis  
sunt certissima inditia, cuius vul-  
neris causa, vt ex vulneris figura  
percipitur, & specillum mōstrat,  
fuit instrumentum pungens valde-  
que acutum forti brachio illatū.  
Quod quidem vulnus, quoniam  
consistit ad viscus multis arterijs,  
magnisque venis refertum, vt *lib.*  
*4. & 5. de usu parvium* notavit

*Malis Signa.*

*Præsignum.*

lo pacto potest, ac propter inflā-  
mationem, quæ necessario sequi-  
tur, & tandem propter præcor-  
diorum tensionem, quæ iam ob-  
servatur, proculdubio valde le-  
thale est; tamen quia speramus,  
quod huiusmodi percussio sit su-  
perfacialis, & fortasse in aliqua  
extrema eiusdem parte; fiducia  
salutis adhuc viget, quare eius-  
dem curatio omittenda non est,  
sed omni studio procurandum, vt  
sanguinis profusio compescatur,  
& inflammatio arceatur; ad san-  
guinem autem compescendum  
probarem, quæ adstringendi fa-  
cultatem habent; de quorum se-  
riæ est succus polygoni, centau-  
rei, plantaginis, pulvis boli ar-  
meni, mumix ter. sigil. olibani,  
& huiusmodi, quæ ex arte prudē-  
ter applicentur, ad arcendam ve-  
rò inflammationem primum locū  
obtinere sanguinis detractio, qua-  
ræ illico vena Iecoraria aperia-  
tur, præsertim verò partis oppo-  
sitæ, mittatur tamen sanguis pau-  
latim, bis vel ter, à pharmacis pur-  
gantibus est prorsum abstinē-  
dum, eorumque loco clisteribus  
vtendum, non minimum locum  
quo-

*Curatio.*

quoque obtinet victus ratio, quæ debet esse tenuis, sed maximi nutrimenti, præsertim verò agglutimentis virtutis, vt sunt iura extremitatum animalium cum borragine, consolida, endinia pilosella, pimpinella, & similibus. Intra vulnus verò instillentur medicamenta, quæ natium calorem fouendi facultatem habent; sicuti est terebynthina clara veneta, cū oleo abietino pulueræ consolidæ maioris, oleo myrthino, & ciconiorum. Valet etiam tintura balsami naturalis, vel oleum martis. Vt autem verum dicam, vulneratorum, viscerum curatio ipsi naturæ, quæ Dei filia, & mundi anima est, committi debet. Nam de omnibus illa opifex est. medicus verò minister, ipsa .n. non edocta, & nullo magistro vsa, ea quibus opus habet, disponit, eaq; præter spem mirifice in naturali statu cōuertit, atq; ita puto esse procedendum in huius vulneris curatione nostri afflictæ Patientis.

**S**itus est lien in sinistro humerum corpore latere, nempe inter ventriculum, & notas costas, sub diafragmate, nam parte sua gibbosa per tunicam à periconæo ipsimet diafragmati adheret. Quam verò sauciatur contingit vulnus esse, vel cum defectu substantiæ, vel sine v3. cum ab instrumento pungente est illatum. Cuius vulnera parua superficialia, & in extremis circumferentijs inflicta, posse sanari, non est diffidendum. Quia, cum eius substantia sit mollis, laxa, ac sponciosa, facile coalescere potest. Secus verò, quæ penetrant, eiusque corpus perforant, sunt prorsus lethalia, nam sima eius pars arteriarum multarum, magnarumque venarum, plantationes continet. Quare cum leditur facile inflammatur, eo magis quod munus habet toti corpori apprime utile, ac necessarium, est enim, (vt nonnullis visum est) veluti alterum Hæpar, & tandem quod medicamenta tardè, aut nunquam, ad hoc viscus affectum intus sumpta possunt penetrare.

CON-

## CONSULTATIO XLV.

De Vulnere Renis dextri pro quodam perillustri  
viro.



Vlnus quo affligitur perillustri hic vir circa lumborum regionem, esse cum Renis dextri lesione, satis euidenter denunciant dolor, qui ad inguina, testiculosque descendit, vrina quæ modo cruenta externitur, modo supprimitur, sanguis aquosus; qui per vulnus educitur, & tandem quod vulnus in parte posteriori infra diaphragmatis regionem, ac propè lumborum vertebrae obseruatur, hæc autem omnia monstrant lesionem non solum esse in superficie, ac carnosam eiusdem Renis parte, verum etiam ad cavitatem vsque penetrare, vt præter instrumentum valde oblongum, & acutum ex quo fuit illatum vulnus, ostendit quoque etiam specillum, quo vulnus exploratur. Ceterum cum huiusmodi vulnus, (vt ex dictis annotescit) sit magnum, dum altius in Renis substantiam penetrauit, sitque cum lesione vasorum quibus multis est refertum, proculdubio citam mortem promittit. renes enim cum vsu vitæ cõseruandæ apprime necessarium habeant, nempe vt perpetuum excrementorum illapsus recipiant; raro aut nunquam agglutinantur.

Mali inditia

Prognosticū.

illa enim tantum renum vulnera salutis fiduciam admittunt, quæ superficiem attingunt, nisi superueniat inflammatio, quæ si accedat admodum lethalis est; illud etiam verum est, quod quantumuis vulnus latum sit, dummodo non penetrat nec neruos attingit, curationem recipit, quia Renis substantia carnea est, quare facile agglutinari potest. inquit *Eustachius Rudius*. minus difficulter sanantur Renum vulnera, quam vesicæ, quoniã Renes magis sunt carnosus inquit *Avic.* illud tamen omittendum non est, quod vbi falsus attenditur, non nisi longo tempore expectari debet; idque contingit, quoniam aquoso sanguine nutriuntur, & multa humiditas per eorum substantiam percolat; hæc autem quoniam sanationem remorantur, vix euitari potest, quin in fistulas degenerent. non est tamen absque auxilijs nostri Patiens deferendus. Quare instituta optima victus ratione, quæ his primis diebus debet esse tenuis, in subsequens verò aliquantulum plenior, alioquin vrinæ acres, & mordaces redderentur, & dolores excreverent, secetur vena gratia reuulsionis, indeque deriuationis, si interea nihil obstet, & loco purgantium clisteribus est vtendum. Quibus  
ita


Curatio.

ita institutis ad Topica recurrendum. Quare intra vulnus istillari poterit oleum abietinum, vel balsamum apparitij, vna cum oleo ex vitellis ouorum, vel portiuuncula decocti consolidæ maioris, centinodiæ, pilosellæ, pinpinellæ, & plantaginis parati in vino austero; succus pariter Polygoni, pimpinellæ, & plantaginis, tanquã satis utilis à quibusdam recentioribus commendatur præsertim cum posca mixtus, & circa initia admotus; magnam enim vim sanguinem sistendi habet, quo firmato portio aliqua ex supradictis oleis istilletur, non sunt interea omittenda illa præsidia, quæ per os assumuntur, vt trocisci de carabe, alchechenci, diaspermatû cum decocto, sem. melonum, liq. maluarum, & alchechenci, sicuti, & trocisci de ter. sigillata, cum optimo therebinto, & similia cõfert etiam non parum inungere pectinis, inguinis, & Perinei regionem oleo de scorpionibus, irino, & amigdal. dulcium, vt quæ sanguinẽ grumosum dissoluendi facultatem habent; cuius causa supprimitur vrina in meatu vesicæ. cibi interea sint boni succi facilis concoctionis, & non facile corrumpantur, quare probarẽ emulsionem quatuor sem. frigidorum cum amylo, & ptisana, vtile quoque est serum caprinum; Pro potu laudarẽ decoctum hor-di, glicirrizæ. Quatuor sem. frigidorum, & iuiubarum. A pleniori potu est abstinendum ne multum humoris ad affectam par-

tem feratur, faxit autẽ Deus Opt. Maximus vt his auxilijs detur locus.

APPENDIX.

**I**Nter cætera viscera intra peritoneum contenta, sunt Renes, qui lumbis incumbunt, ad magnorû vasorum latera ex quibus pendent, & per proprias venas, atque Arterias simul connectuntur. Quare quoties in dorsi regione propè spondilia sub legitimis costis ab acuto istrumento, vel aliquo alio telorum genere illatû est vulnus, vix fieri potest quin Renes non sint percussi. a vulnere autem Renes perfoscos esse monstrat vrina quæ cruenta egreditur, totius ventris extumescencia, (citissimẽ mortis præludium,) inflatur enim venter, & tumescit, quia maior vrinæ pars in ventris capacitatem effunditur, & vbi vulnus est magnum, aquosus sanguis ægreditur, & dolores intenduntur. Sæpè quoque in Renum vulneribus vrina supprimitur ob grumefactum sanguinẽ vesicæ meatum obstruentem, vt iam supra dictum est; & tunc pecten, & vniuersam perinei regionem nẽpè inter vtrumque sexum attenuantibus, ac lenientibus oleis fouere oportet nempè oleo irino, vel de scorpionibus, vel amigdal. dulcium.

De Carie Gallica, inflammatione præputij, & Gonorrhœa  
pro quodam Excellentissimo viro.

I omnia, ( vt vno verbo dicā ) morborum genera, quæ à præclarissimis viris, doctisq; medicis describuntur, possunt cum hac labe Gallicana cōplicari, vt rectè notauit *Andreas Mattiolus*, mirum cuiuspiam videri non debet, si Excellentissimus hic vir viginti ab hinc diebus, hac labe infectus, nunc varijs huius pestis vitijs tētetur, maligna v 3. pudēdi carie prægrādi præputij inflāmatione, & gonorrhœa virulenta. Quorum omnium affectuum causa remota impurus congressus fuit cum quadam immunda muliere habito, quæ fortasse paulo ante infecti viri virulentum semen excepit, vel albos fluores patiebatur, vel occultis vlcusculis obsita pudenda habebat, vel venenatum halitum illic inclusum circumferebat, qui coitu incalescens atque exagitatus, mox pari contagione, fære vniuersum corpus infecit, & nuper memoratas has particulas vehementer offendit. Causa verò proxima, & præsertim cariei est tenue excrementum sanies v 3. citrina, & virulenta, vt plurimū in Hepatē genita inquit *Fallop.* & ad colem transmissa; vt ex orbiculari vlcusculorum figura, eorundem liuore, corrosione, la-

biorumque callositate, ac profunditate satis euidenter innotescit. Causa autem inflammationis præputij, feruentis sanguinis collectio est, ex fluxione concitata; vt ex rubore, dolore, ardore, & calore pariter percipitur. Tandem causa Gonorrhœæ est serosum excrementum bile, pituitaque perusum, ob testium, vasorumque spermaticorum imbecillitatē productum, eaque ex maligno venereo vapore contractam; hic enim ex semine infecto eleuatus, Glandulas inficit, contaminat, ac tumefacit. Quare non mirum si nō seminis, sed fætidorum corruptorum excrementorumeductio fiat, non sine dolore, ardore, & tētingine; vt etiam patet, quia ex immodica, ac longa hac euacuatione virium iactura non sequitur. Cæterum non sunt huiusmodi affectus cōtendendi, non solū quod dolores vigilias, & febres moueant, verum etiam, quia timetur ne in alia deteriora mala commutentur. non enim semel vidimus harum partium affectiones præsertim imprudenter Curatas in fiderationes commutari, pudendum absumi, stranguriam sequi, & funestas sanguinis profusiones concitari, vel in insanabilia vlcera, vel in alia non tam fæda, quam miseranda mala degenerari; spero tamen quod ex soler-

lertia, Excellentissimi Medici curatis possint hæc omnia vitari, atque emendari, & Excellentissimus hic vir sanitati restitui; ut igitur fiduciam, quæ viget consequamur incumbendum est, ut ad id quod magis vrget oculi dirigantur. vrget autem inflammatio, quare de hac primo prouidentiam habere oportet; reliquis verò non neglectis. Curatur autem inflammatio auctore *Gal.* 13. *met.* c. 2. euersione materiæ, quæ influit, & euacuatione eius quæ influxit. ante omnia tamen fluxionis causa est remouenda, nempe dolor, calor, & Iecoris irritamentum. Quare quæ dolorem leniendi, calorē attemperandi, Iecur à praua qualitate vindicandi facultatem obtinent, sunt exhibenda, ac applicanda. Ad dolorem verò sedandum caloremque attemperandum præcipuum locum substinet cataplasma ex recenti lacte, oleo rosato, farina hordei, mica panis, & vitellis ouorum confectum. ad Iecur verò refrigerandum, atque purificandum præter tenuem victus rationem; serapia ex succo borraginis, cicor., end., radices cõditas buglossi, scorfoneræ, & huiusmodi; est venæ sectio, non ex venis cubiti, sed infernarum partium, non enim conducit virulentam materiam, quam prouida natura per meatum vrinarium vtiliter expellit, ad præcipuas partes reuocare. dum per ignobiles partes potest educi, & euacuari. proficua quoque sunt iura cõsumpta. ex rad. chinæ, spartæ parillæ

rad. fenic. borrag. petrosellini parata, quæ ut maioris sint efficacis, magisq; proficua, expedit, ut iterum, atque iterum vitiosi in corpore redundantes succi expurgentur, per pharmaca, quæ hos molestates humores educere valeant, sicuti esse possunt syrupus sueffanus, conf. hamech., cass., syr. ros. solut. viol. &c. neque huiusmodi pharmaca reformidare oportet, quamuis præsens sit Gonorrhæa, quia ubi vigent praua symptomata, & corpus cachochimia est referctum, tantum abest ut his prudenter exhibitis Gonorrhæa supprimatur, ut potius virulenta hæc materia magis, ac magis educatur. Purgantibus auxilijs non solum in progressa Gonorrhæa, verum etiam in primo huius mali insultu, ut vtamur probat *Ludovicus Mercatus lib. 2. de lue venerea c. 10.* Non sunt interea cõtènenda vlcuscula pudendi. nam debent quotidie lotionibus ex decocto hordei, plantaginis lup., rasuræ ligni Indici, & alummis abstergi interdum etiam per interualla lotionibus ex lacte calibeato, uti possumus, præsertim si dolores intenduntur; deinde ad vlcusculorum malignitatem dissipandam non parum conferre potest puluistenuissimus mercurij præcipitati, aqua ros. pluries lotus; ex arte tamen applicetur quousque virus euocetur, & vlcuscula abstergantur. demum vnguento ex tutia magistrali, vel de lytargirio, vel linimento ex plumbo exiccetur; epuloticisque cicatrice obducantur.

ducantur. Verū si accidat, (quod non semel vidimus,) vt non modo non remittantur, quinimo magis, & magis proserpant, præputium exedant, perforent, vel putrefaciāt; præstat, vt vniuersa illa pars exesa, corrupta, & inflāmata abscindatur. quia, vt rectè notauit Valefcus à Taranta pudendorum vlcera maxima, sola membri absciffione sanantur; ita pariter etiam si Gonorrhœa, neque remitti videatur; iterum corpus erit repurgandum, deinde spartę parillæ ligni Indici, ac radicis Chinæ decocto saltem per mēsem in loco opportuno exhibito Gallicana virulentia extirpetur, interim læto animo viuat, & D.O.M. illi faueat.

#### APPENDIX.

**I**Nter præcipuos affectus quos Gallicana labes producit (præfertim dum adhuc incipiens est,) sunt quædam vlcuscula; quæ citra præcedentem morbum, solum à causa, siue virulento humore exedente, & depascente carnem fiunt; appellantur autem à quibusdam recentioribus nuncia huius virulentia, seu vexilla morbi Gallici, à quibusdam alijs Pustulæ virgæ. Sed à Politioris scolæ medicis, caries, quia instar quorūdam vermiculorum ligna erodentium cutem, & carnem erodunt, exēdunt, atque contaminant; quamquam peculiari nomine, caries ad ossa pertinere videatur, quia ex *Gal.* sententia huiusmodi

vitium est ossibus attributum, at tamen etiam certa quadam similitudine ad carnes exesas, & cariosas se extendit, vt *lib. 2. de luc veneræa c. 7.* notauit *Ludouicus Mercatus*. prorumpunt autem, atque obseruantur huiusmodi vlcuscula non solum ad partes pudendas, nempè ad præputium, Glandem, & vuluam, verum etiam ad labia, mammillarum papillas, linguā, & Palatum. vbicumque autem nascuntur, vel sunt benigna, vel maligna, & etiam, vel patent, vel latent sub præputio, & oculis mulierum. dignoscitur autem cariem esse benignam, quia non serpit, parum aut nihil dolet, est rotunda, & albicans, exiguum in medio cōtinet foramen, in quo saniei mica residet; & hæc faciliè curatur. quia non inficit Iecur, nec Medicos valde fatigat. Sed esse malignam colligitur, quia est inequalis, dura, callosa, dolorosa, pallida; albicans, labia habet prætumida, tenuem, & copiosum Ichorem eruēt, in diēs proserpit, liuet, non cædit medicamentis, quin potius irritatur, profundè exedit, & nisi cito supereatur inficit Iæcur. Cariei causa interdum est sordes inter Glandem, & præputium collecta, inquit, *Petrus ab Arelata*, quæ haud deterfa feruet, & putrescens huiusmodi vlcuscula efformat, quandoque sunt adstringentes lotiones, aut obstruentes pulueres quibus ad costringendam vuluam vtuntur nefariæ fæminę, ad incautos decipiendos Iuuenes; Dum omnem

cu-

curam exercent, vt defloratę, & virgineo flore destitutę, virgines appareant. Sed frequentissimę est contagium, siquidem per cõplexum venereũ Ichorosa quãdã substantia mala qualitate infecta, ex vitiosis pudędis ad sana corpora se insinuat, ibique adhærens sua praua virulentia cutem ærodit subiectas carnes exedit, & contaminat, atque huiusmodi vlcuscula producit. eodem prorsus modo per oscula, ac lactis suctionem in Palato, labijs, ac mãmellis contrahitur. illud etiam verum est quod nõ semel cariei causa non est contactus, sed tenue quoddam excrementum in Hępate hac labe infecto productum; quoties enim Iecur gallico sigillo est signatum, acres, atque ærodentes producit succos quorum tenuę, vaporosamque substantiã interdum ad superna pellit membra, frequenter vero ad infernas partes ibique prorumpunt, præter nuper memorata vlcuscula, Tymis, bubones, verrucę, alięq; præter naturam affectiones assurgunt. Cæterum caries benigna, præterquam nullum portendit discrimen, facilè quoque curatur. Secus verò maligna nõ solum curatu est difficilis; Verum etiã grauior mali solet esse præludium nempè bubonis, articulorum doloris, Gummatum, & huiusmodi. non carent etiam periculo vlcuscula illa quę mediam habent naturam potissimum vero, quę ad pudenda erumpunt. sunt etiam, hæc ex *Gal.* decreto semper con-

tumacia, & curatu admodum difficilia. primo propter maximam affectę partis sensibilitatem, quã ita fecit natura propter delectationem in venerea copulatione, vt *14. de vsu partium notauit.* Quare acria medicamenta substinere non potest. Secũdopropter multa excrementa, quę ad hanc regionem confluunt. Tertio, quia medicamenta, quę applicantur difficulter retinentur. Si igitur huius regionis vlcera citra contagium ex *Gal.* testimonio sunt contumacia; multo magis rebellia, atque exitialia censentur illa, quę venenositatem adnexam habent. Quare priusquam virus Iecori cõmunicetur, & corpus sædari incipiat, vel altius in pudendis se insinuet, expedit, vt illico virus euocetur expertis medicamentis, nempè puluere Mercurij præcipitati, siue simplici, siue vigorato cũ pulueribus aeris vsu, tutiæ præparatę litargyrij, & huiusmodi, sed circa mercurij præcipitati vsũ non leuis est difficultas. sunt enim qui putant nullo pacto esse adhibendum pro Gallicis vlcusculis curandis, dicunt enim, quod sanat vlcera propellendo luem ad penitiora corporis viscera; quare ne maioribus malis detur occasio præstat ab vsu huius medicamenti abstineri, ita *Alexander Traianus* scriptum reliquit. Sed huiusmodi difficultas facilè soluitur. Dicẽdo. præcipitatu vires calorigicas, atq; exiccantes habere, & consequenter attractorias, vt inquit *Hercules Saxonia*, qui-

quinimo vt dicunt alij etiam expurgatorias præfertim si cum butyro, uel unguento aureo admisceatur, & illis tantum partibus applicetur, quæ crassam continēt sorditiem, quam mirifice tollit. Probatum etiam vsus Argenti viui, vbi præcipitatum ob vlcis malitiam satis non est, quia experientia constat præcipitatum, & Argentum viuum optime hæc vlcera sanare. *Fallopius* enim pro his vlcusculis curandis tamquam ad sacram Ancoram ad præcipitatum confugit, inquit enim quod superat omnia medicamenta. potest autem varijs modis præparari, & vtiliter adhiberi, nec dum admouetur reformidanda est vlcis dilatatio, quinimo vt satis utilis est expectanda, procuranda. n. verò tunc certum signum est superatam, atque euictam esse malignitatem; & vlcus benignum redditum. illud tamen verum est quod superata omni virulentia, non est illico vlcus claudendum, ac cicatrice obducendum; sed per plures dies est vlcus apertum seruandum; nam obseruatum est ex intempestiua horum vlcusculorum consolidatione bubones exortos fuisse, vel testiculorum inflammationes, vel capillorum defluuium, & consimilia mala. verum si accidat, vt vel ob Ægrotantium corporum cachochimiã, vel ob curantium imperitiam, vel languentium temeritatem præputium inflammetur, adeoque tumidum reddatur, vt Glans detegi nequeat, nec vlcuscula curari, nec me-

dicamenta admoueri, & vndique fluat sanies copiosa, tunc quotidie ter, aut quater inter præputium, & Glandem iniiciendum est decoctum, quod abluendi, & abstergendi vires habeat, præsertim verò omni industria laborandum, vt dolor sedetur, & tumefactio, ac inflammatio remittatur quousque vlcuscula detergantur. has facultates obtinet decoctum, quod recipit aquæ plâtag. lib. ʒ. ros. ʒ. 3. sem. citonior. contusor. ʒ. 1. corallorum præparatorum ʒ. ʒ. 3. mancant in infusione per horas quatuor, & colaturæ fortiter expressæ. adde plumbi squammosi, & subtilissimè triti, antimonij crudi, cornu cerui vsti, cerussæ lotæ, lapidis calaminaris ana ʒ. 1. mis. & tepide iniiciendum, deinde turundis unguento de litargyrio oblitis præputium expleatur, ac desuper cataplasma ex lacte applicetur. Verum si præputij inflatio his non remittatur, nec Glans detegi possit, spongia contorta ex arte concinnata applicetur, prudenter tamen ne inflatio, & dolores intendantur; est pariter bis in die mutanda, ac ita procedendum quousque Glans detegatur. Quod si ob cicarricé, præputium durum, atque callosum sit iam redditum, & non possit spongia dilatari, nec Ægrotantes liberè mingere, nec semè recte iaculare; tunc ne ob sordē inter præputium, & Glandē collectam erosiones maiores concitentur, ad turundas perforatas ex plumbo conflatas, quibus felici

lici cum successu utitur *Fallopius*, est recurrendum; licet prius quã applicentur, tutius sit duram cicatricem, & contractam duritiẽ, multis diebus mucilagibus, fortibus, oleis, alijsque emollientibus præsijs oblinire, deinde plumbea turunda, ex arte concinnata ad fistulæ formam inter Glândem, & præputium admoueat, ita ut per ipsam, lotium excerni possit. ad emolliendam pariter præputij duritiẽ, ac dilatationẽ promouendam non parum confert decoctum spartæ parillæ, ligni Indici, & rad, chinæ in loco sudorifico exhibitum. Tandem si

omnibus ritè peractis, & ex arte admotismalum non cedat, quinimo erosiones, dolores, & inflationes magis excrescant, atque intendantur; tunc repurgato corpore ad incisionem, præputijque abscissionem est confugiendum, exinanito tamen prius corpore nõ solum per sanguinis detractionem, verum etiam per pharmaca purgantia, atque ita puto etiam procedendum, in curanda præputij angustia seu clausura quam Græci phymosin appellant. eisdẽ met medicamentis, licet diuerso modo, curatur Paraphymosis, ut alibi dicemus.

CONSULTATIO XLVII.

*De bubone ulcerato, Glanduloso & putrido pro quodam nobilissimo viro.*



Vod ex Gallicana virulentia naturæ humanæ admodum infensa, naturalium partium Regiam occupate, viscerum, virulenti, erodentes, efferuescentesq; Ichores, & ætherogenej sueci producantur, subindeque ex his, varij, innumerique P.N. affectus generentur; præter clarissimorum virorum sententiam, quotidiano comprobatur experimento, & nunc quoque nostri nobilis patientis calamitate verificatur, qui duobus ab hinc circiter mensibus hac labe infectus, atque contaminatus, in sinistra inguinis regione Putrido, ac sphacelato

bubone ita crudeliter affligitur; ut ex fetore, circumsitaram partium inflammatione, duritiẽ, dolore, sanguinis profusione bis sequuta, febre acuta, & carne corrupta satis euidenter innotescit. Quod quidem vlcus quoniam secundum omnes tres dimensiones magnum est; simulque sit exedẽs, sinuosum, ac nuper memoratis symptomatibus coniunctum, in Glândulosis partibus consistat, quarum substantia est mollis, laxa, ac sponciosa, ad quæcumque excrementa suscipienda admodum pronæ, perennisque prauorum succorum fluxionibus obnoxia, quot & quanta discrimina sit allaturum; adstætium, peritissimorumq; medico-

dicorum iudicio considerandum, relinquo. Quare priusquam vires magis debilitentur, & symptomata intendantur his omnibus ex arte est occurrendum. non quidē leuioribus præsijs, sed præualidis, potissimumque ijs quæ corruptas, atque sphacelatas carnes potentes vires habeant, sed ante omnia sinuositates, atque concavitates omnes sunt ressecandæ, vt præualida auxilia ad imas partes, vndique penetrare valeant deinde illico remotis (quo fieri poterit) corruptis carnibus; vniuersum vlcus pulueribus calcanti rubri, aluminis crudi cum portiuncula aliqua mercurij sublimati expleatur. ad circumscitas partes cataplasma valde exiccans superponatur; quotidie quoque exiccantibus, atque abstergentibus lotionibus vlcus abluatur; & si ex his inducatur eschara, (vt speramus) emolliētibus vtendum; sin minus iterum chirurgia vtendum, & deinde eisdemmet pulueribus iteranda est curatio quousq; vlcus mundum reddatur; quod si malum sub musculosa carne proserpere videatur sinuositates prorsus removeantur. Verum enim verò si neque his auxilijs corruptela emendetur, ad ignita ferra esse confugiendum puto. vstio enim tanquam satis utilis commendatur est enim expeditissimum remedium, tum quia ignis cæteris præstat viribus, tum etiam, quia virulentia resistit, ipsamque dissipat, potissimum vbi magna sunt vasa, & sanguinis fluxionis timor

impendet, tunc nihil vstione præstantius inuenitur, debent vero ferrea instrumenta esse valde ignita, vt eschara illico inducatur; alioquin incassum adhiberetur; prudenter tamen, ne interna viscera ledantur.

Ad dolores verò leniendos, ac inflammationem sedandam cataplasma etiam ex lacte farina hordei, tritici, seminis lini, & oleo rosato in affecta parte est imponendum. interea febris alteretur, clysteribus aluus leniatur; vel manna viscera repurgentur, illud tamen verum est, quod cessante putredine, reliqua symptomata, omnia remittuntur, & prorsus dissipantur. præsertim verò, quæ in affecta parte consistunt, sed, quæ in toto latitant alexipharmacis superari debent: nam duo sūt quibus tollitur virus Gallicum; mutatio v. 3. qualitatis, & detractio materiæ. mutatio autem qualitatis, ex Alexipharmacis attenditur de quorum materia, & forma ac præparandi modo alibi diximus, & dicemus; sed detractio materiæ ex medicamentis purgantibus, sanguinis missione, sudoribus, proba victus ratione, & abscessuum apertione sperari debet. verum in casu nostri Ægrotantis leuioribus pharmacis est corpus repurgandum, non enim ob viriū lacturam validiora sustinere potest. interea vt vires seruentur, maxima habenda est prouidentia de victus ratione, hæc enim ex cibis boni succi, ac maximi nutrimenti esse debet de quorum  
ma-

materia qualitate, quantitate, cibandique modo Excellentissimi Medici curantis prudentiæ me remitto. Verum si quid noui emerferit, immutetur curatio iuxta exigentiam eorum, quæ posunt contingere, prout magis opportunum videbitur peritissimis medicis curantibus.

APPENDIX.

**C**ontingit non raro, vt post impurum concubitum cū coinquinatis scortis quædam tubercula inguinibus prorumpant à principio admodum parua, & obscura, in quibus huius virulentia vis quammaximè elucescit; appellantur autem ratione loci bubones Gallici, ad differentiam illorum bubonum, qui Gallici nō sunt. nam triplicem esse bubonū differentiā fatentur omnes, vnā pestilentem quæ tempore alicuius pestiferi contagij nascitur; alteram quæ nomen generis fortitur, & bubonis nomenclaturæ peculiari ratione gaudet, de qua scripsere *Hip. 4. aph. 1. 55.* & *Gal. 2. ad Glauc. c. 1.* & *primo de locis affectis c. 1.* Tandem tertiam, quæ bubo Gallicus nominatur. Prima bubonis species siue differentia sequitur ad febres malignas, vel ad pestilentiales constitutiones, in quibus quædam mala qualitas viget, quæ vniuersam massam sanguineam fetidissima putredine conspurcat; Secunda verò ex sanguinis redundantia proficiscitur citra aliud vitium; vel ex aliqua

longa equitatione, aut consimili labore. Tandem tertia, neque ex pestilentialibus constitutionibus, neque ex redundantia sanguinis, sed ex complexu venereo, in quo penis ductus, partiumque genitaliū meatus; omnesque pori dilatantur, & aperiuntur; vnde malignus vapor, siue halitus ad proximas venas postea per maiores ad Hepar permeat, & massam sanguineam contaminat, Hepar autem hac labe infectum incalescit: insitusque eius calor remittitur, atque sic imbecillum redditur, vt in sanguinis productione languescat, & loco sanguinis, prauis succi generantur, quos natura vt nobiles partes cōseruet, & ab hac labe tueatur, ad Hepatis emuntoria v3. inguina propellit, ibique huiusmodi tubercula affurgunt, quamquam interdum in quibusdam corporibus naturalia viscera hac labe infecta ita robusta, ac firma existunt, vt illam, aut per halitum, aut sudorem detrudant, & exterminent, aut absumant atque dissipent. Quid autem sit bubo Gallicus, colligitur ex dictis, est enim tumor Glandulosi corporis inguinum, cum inflammatione non raro coniunctus difficilis suppurationis. diximus esse tumorem Glandulosi corporis, quia erumpunt in Glandulosis partibus, quæ in hac inguinum regione consistunt. in quibus tamen, duobus modis fieri cōtingit; nempe in ipsa Glandulosa parte, & tunc in eximiam magnitudinem, atque duritiem excrescunt;

X

scunt;

scunt; vel propè Glandulosam partem, siue extra pelliculam ipsam Glandulam vestientem. diximus, cum inflammatione non raro coniunctus; quia magna ex parte ex frigidis, crassis, atque viscidis succis generantur, vt ex duritie, colore albo, dolore remisso, ac suppurandi pertinacia innotescit. diximus difficilis suppurationis, quia plerumque, ita ad suppurandum sunt pertinaces, atque rebelles, vt neque laxantibus, neque emollientibus, neque suppurantibus, neque digerentibus, neque tandem vllis alijs generosis auxilijs cedant, atque remittantur. nisi longo tempore, aut vegetiori facto calore, aut medicamentis admodum præualidis superari possint. bubonis causa, ex dictis colligitur. sunt enim humores Gallicana virulentia infecti; siquidem per venereum congressum, vel osculum, vel lactis suctum primo naturales spiritus, siue vapores sanguinei, siue succi aliméntales inficiuntur, deinde temporis progressu etiã Hepar; huiusmodi autem succi hac mala qualitate infecti ad varias corporis partes propulsi, vel à primordijs

*Causa,*

infixi, varios præter naturam affectus, efficiunt in quibus huius virulentia vexilla manifestè elucescunt; nonnumquam occultè penitus sese insinuat; & præcipuas partes petit, illasque conspurcat, contaminat, & languidas reddit. denunciant autè bubonem esse Gallicum, suspiciosus concubitus, præsens, vel præcedens caries, vel Gonorrhœa, suppurationis pertinacia, & absentia eorum, quæ bubonem non Gallicum accusare possunt, nempe longa equitatio, vel magna defatigatio, vlcus cruris, cuius causa sæpe intumescunt inguina. Gallici bubones quoties in robusto; sanoque corpore prorumpunt, & haud quaquam immerfi, facillè curantur, tum quia ex sanguine fiunt, facile maturescunt. secus verò, qui ex crassis viscidis, ac glutinosissimis humoribus assurgunt, vel in cachoetico corpore oboriuntur præterquam quod curatu sunt admodum difficiles, horrenda alia mala inuehunt, nempe dolores febres vigilias, putrefactionem, sanguinis profluium, & huiusmodi.

CON-

CONSULTATIO XLVIII.

*De suffusione pro quadam nobilissima muliere.*



**A**ffectus morbificus, quo ad destrū oculum sollicitatur nobilissima Matrona, est illa labe, quam latini suffusionem Græci autem Hypochysin siue Hypochyma, aquæ descensum, siue cataractam barbari appellant, vt præter *Auic. l. 3. f. 3. t. 4. c. 18.* notauit *Albucasis lib. 2. c. 23.* propriè autem ex communi Arabum sententia morbus est in obstructione, scripsit enim cit. loc. *Auic.* suffusionē esse Ægriitudinem oppilatiuam. huiusmodi autem obturationem ex pituitoso succo admodum tunicæ, siue pelliculæ, intra oculum cōcrescente fieri proculdubio fatētur ferè omnes; Quare nō mirū si huiusmodi maculæ in nostræ Ægrotantis oculo albæ apparent, & pupillæ color ad albū mutatus obseruetur, nec āplius ex oculo videat, vnde suffusione non incipiente modo, sed pænè confirmata, nobilissimā hāc patientem laborare non est dubitandum, quinimo omnino affirmandum; Cuius causa non fuit externa, nempe casus percussio, iētus. & huiusmodi, sed interna; v3. pituitosus succus, siue in capite genitus, & ex cerebro ad oculum influente, siue à crassis vaporibus aliunde transmissis concretus, nec dissolutus, ac digestus. Verum, vt verum dicam, cum hu-

ijsmodi macula non nisi longo tempore fuerit producta, vt per viam paulatinæ congectionis fiat est credendum, nempe, ob nutrimentum à parte non bene elaboratum, vel ob excrementa, ac superfluitates non rectè expulsas. Quibus etiam addi potest spiritus visorij imbecillitas. Cæterum licet ex dictis costet esse huiusmodi malum pænè absolutum; tamē quia colorem album, siue aereū, siue margaritalem adhuc continet, fiducia recuperandi visum pariter viuit. Quare excogitanda sunt auxilia quibus valet adiuuari. quæ licet innumera ab authoribus proponantur, tamen in casu nostro illa tantum probarē, quæ collectam in oculo materiā extenuandi, atque incidendi facultatem habeant, sicuti inter cætera est aqua socialis, quæ apud pharmacopolas præparata inuenitur, aut aqua stillatia ex feniculo, verbena, eusragia, chelidonia, & ruta, cum modico aque vitæ simul mista, aut collyrium, quod cōformatur ex puluere fællis hirci exiccati in vase æneo, granorum lauri excorticatorū, sagapeni Gūmi ana ʒ̄. mis. cum suc. chelidonij, & vrina pueri non polluti. fel etiam tam pedestrium, quam volatiliū, cum melle despumato colato, succo feniculi, & oleo balsami.

*Præsagium.*

*Curandi modus;*

X 2 mix-

*Morbi idea.*

*Causæ.*

mixtum tamquam satis proficuū commendatur. Empirici summis laudibus extollunt oleum roris marini, vel saltem succum radicis, aut foliorum eiusdem, huic enim attenuandi, penetrandi, atque dissoluendi vis inest. Quibus omnibus optima victus ratio addenda est, simulque de reliquis rebus nonnaturalibus habeatur prouidentia, cibi enim debent esse extenuantes, atque incidentes, vt carnes pullorum columborum, phasianorū, auiumque montanarum, in quorū iure coqui possunt feniculus, eufragia, sãpfucus, & bettonica, potus sit ex vino Guaiaci decocto lymphato, vel ex aqua coriandrorum, accinnamomi parum; interea vitam ducat in aere ad calidū & siccum declinante, se abstineat à repletionem ab immoderato sono, ac otiosa vita; ex vena pedis esse quoq; mittendum sanguinem puto, non solum quod menses nō bene fluunt, verū etiā quod corpus plettoricū existit, nullaq; post posita mora præparari possūt humores syrupis de tribus radicibus, rhodomelle zuccarino de bettonica. cum aq. melissę, & bett., & deinde catapotijs corpus expurgetur, v 3. ℞. pilul. sine quibus esse nolo, pilularum Arabicarum, & de ag. ana 3 2. cū cath. ros. formentur pilulæ septem, & post quatuor hor. exhiberi poterit apozema v 3. ℞. sy. ros. solut. 3 4. de nouem infus. ros. rubr. 3 2. aque parum mis. Post purgationem pluries repetitam, ma-

sticatorijs leuioribus quoque vti possumus, interdum etiam errhinis debilioribus, à fortioribus esse abstinendum puto ne ex his exagitantur humores, & malum excrescat. Tamquam satis proficuū commendarem etiam decoctum guaiaci in aquā feniculi, verbenę, chelidonię, rutæ sãpfuci bett., & eufragiæ paratum: nobile pariter, ac vtile remedium, est cauterium actuale in eodem brachio oculi suffusionem patientis apertum. Verum, vt topica præsidia, quæ suffuso oculo applicantur magis efficacia reddantur, debemus efficere, vt supra oculum suffusum contineatur, ne ob oculi motum illico labantur. Quare ad vas oculare, à Hyeronimo Fabritio excogitato puto esse confugiendum ex vitro confectum; cuius os orbitæ seu cauo ipsius oculi correspondeat; in hoc autem vase liquores, collyria, & pulueres etiam simul mixta, ad libitum imponi possunt, ac retineri. Quod si accidat, vt his ex arte admotis, atque prudenter exhibitis malum non remittatur, quinimo potius excrescere videatur, & tunica maiorem duritiem, & concretionem contrahat. Tunc ex communi medicorum consilio ad chirurgiam esset recurrendum. Quæ in casu nostræ nobilissimæ Aegrotæ locum habere nequit, tum quia est expectandum, vt tunica adhuc magis concreseat; tum etiam quia anni tempus satis est improporcionatum ob frigoris inclementiam.

tiam. Quare ad tempus magis opportunum hanc operationem esse delegandam arbitror. Nempè Vernale, quo omnia tutius tractantur.

APPENDIX.

**S**uffusio, quæ à verbo offundo nomen desumpsit Græcè vocatur hypochyma vulgo cataracta, est unio quædam humoris ad modum veli, vel panni; vel nebulæ ante pupillam ratione cuius visio, vel omnino tollitur, vel maximè impeditur; quamvis solet etiam in hoc morbo à principio apparere visio deprauata, ut infra dicemus. Causa autè immediata huius morbi, est humor defatus, & positus, ante pupillam qui solet, ut plurimum esse pituitosus; Antecedēs vero causa sunt vapores, qui eleuantur à partibus infernis nempè à ventriculo, Iecore &c. vel demittuntur à capite, vel generantur in ipsomet oculo, ob frigidam intemperiem. Tandem externæ causæ sunt præsertim àer nocturnus, & crassus diutius sub lunæ aspectu, cruditates, & crapulæ, esus ciborū difficilis coctionis flatum generatiū, ut sunt potissimum legumina, potus vini vaporosi, somni immoderati. impestius vsus veneris, immoderatę euacuationes, &c. Signa petuntur ex ijs symptomatibus, quæ necessario affert ipse humor dum ante pupillam aggregatur, de quibus scripsit Gal. 1. de causis sympt. c. 2. Primum itaque

signum certum est nam Aegri vident ante oculos quasdam imagines apparere; aliquando. n. credunt se videre volâtes muscas, vel culices, aliquando nubē, &c. vapor enim qui tunc incipit ante pupillam aggregari specimen refert istarum imaginum; deinde crescente affectione solet visus obtenebrari, atque diminui ob collectum, atque firmatum humorem ante pupillam, solet etiã ulterius crescere affectus tunc, quando incipit mutari color pupillæ, & tandem apparente ante pupillam panno succedit eçcitas. Cæterum quælibet facta suffusio difficillime curatur, præsertim in ueterata; & in senibus, vnde cit. 1. de caus. sympt. monet Gal. ut antequam aggrediamur curationem suffusionis, videamus an ipsa sit curabilis. Signum autem huius rei habetur. nam clauso oculo sano, si videas oculum affectum dilatari magis, & reddi clariorem, tunc signum est suffusionem esse curabilem, quia confluunt spiritus ad oculum; si vero clauso oculo sano, affectus, nec dilatatur, nec redditur clarior, tunc signum est suffusionem esse insanabilem, quia non adest influxus spirituum. Curatio huius morbi consistit primum in electione aperi, lucidi, & exiccantis àeris, nec non in debito victu exiccante cum potu etiam aque exiccantis, nempè aquæ spartæ parillæ, ligni, Indici. deinde præparatis humoribus cū sy. de rhodomelle, & bett., & secta vena Iecoraria si appareat

Essentia morbi

Causa

Signa

Curatio

pareat plethoria. purgetur corpus medicamento pilulari v3. ℞. ag. trocis. cū rhodomellę pilul. lucis, & arabicarum. ana ʒ 2. pilul. aggregatiuarū ʒ 1 ÷ cum cathartico rosato formentur pilulæ. Purgato corpore conueniunt decocta spartę parillę modo alibi descripta additis solum folijs eufragiæ, celidoniæ, & fāniculi. competit etiam cauterium, & tandem infine conueniunt localia ipsi oculo ad resoluendum, vel erodendū illum humorem, sicuti est succus feniculi, cælidoniæ, & limonum. puluis zuc. candidi, puluis ossis sepię, puluis margaritarum præparatarum, puluis tutiæ præparatę, vel applicari potest aqua magistralis cuius descriptionem refert noster Altimarus, vel applicetur hoc compositum, v3. ℞. felis Galli; fellis perdicis, fellis hirci, ana ʒ ÷ succi rutæ, succi feniculi & celidoniæ ana ʒ ÷ pul. ossis sepiæ ʒ 1. mellis ʒ 1. mis. ef. Collyrium. dicunt nonnulli quod à proprietate confert intueri oculos Asini siluestris. alij extollunt decoctū croci, quod oculis apertis excipiatur. Quod si prædictis remedijs suffusio minimè cedat; tunc arguitur suffusionem iam esse perfectam. Quare ferè omnes vo-

lunt ipsam, chirurgia curari debere. quæ re vera admodum difficilis est. vix enim huiusmodi operatio fieri potest absque maioris mali discrimine; sæpissime enim sub hac operatione leditur crystalinus, quinimo & neruosa musculorum partes, atque reliqui humores & tunica, sæpe etiam vniuersus oculus conturbatur cum cæcitate, non raro magnæ sequuntur inflammationes, cum visus deperditione, frequenter etiam tunica vuea, aut nimium deducitur, aut disrumpitur. has enim fære omnes lesiones aliaque horrenda accidentia sæpè sequuta vidimus sub his operationibus ab ijs chirurgis quos oculos appellamus factitatis, idq; accidit, quia isti errabundi chirurgi, & maleferiati medicastris, sine arte sine doctrina, & sine consilio has operationes moliuntur, quod si quandoque. (Quod raro contingit) huiusmodi operatio prospere succedat id potius casui, quam arti acceptum; refertur: nam cū suffusio fiat ex humore concreto in foramine tunicę vueæ; hæc operatio manualis in suffusione fieri nequit absque humoris crystallini læsione, & perforatione.

CON-

CONSULTATIO XLIX.

*De Scyrro Abdominis pro quadam Reuerenda moriali*



Qvod admodū Reuerenda detineatur Scirrhus, pluribus ab hinc annis in regione abdominis, duobus circiter infra umbilicum digitis; illa duo ostendunt pathognomonica signa, nempe tumoris durities, dolorisque priuatio, quæ veri, atque exquisiti scirrhi proculdubio sunt indicia, (cur? autem exquisitus scirrhus sit prorsus insensibilis, contingit, quia animalis facultas ob crassitudinem materiæ, per nervos influere nequit; præterea ipsa membri temperies est ita mutata, ut pars planè stupeat.) Cuius curatio, ut rectè instituat, inquirendum est primo, quænam sit sedes affecta: deinde quænam sit generatio, modusque generationis eiusdem; & demum. quid agendum. Quantum verò ad affectam partem spectat, non leuis potest esse difficultas ob partium varietatem, quæ in hoc inferiori ventre consistunt. Primo enim præter cutim, membranamque carnosam, resident muscoli. Secundo ultra peritoneum subsistunt omentum, intestina, & mesenterium, Iecur, & lien. Tertio vesica, vterus, eorumque vasa: igitur videndum superest, num vna, an plures ex his afficiantur partes; & certum est, extimas partes, affectas esse non posse; quia tumor in superficie non existit, sed immer- sus percipitur; neque omentum affectum esse potest; quia cum ex tenui ac rara substantia sit cõflatum, crassum succum, siue pituitosum, siue melancholicum non admittit, quod si quandoque scirrhuso tumore afficiatur, insignis ponderis sensus ad pubis regionem sequitur, qui in casu nostro nõ percipitur; intestina quoque, & vesica comprimerentur, actio mingendi, atque feces excernendi aliquo modo vitiantur, quæ in casu nostro non obseruantur: ex hoc etiã argumẽto conuincitur, quod neque vterus huius mali sedes esse potest; quia (ut ex relatis audiimus) mensales purgationes de more, & secundum naturam procedunt; insuper vterus inter intestinum rectũ, & vesicam est positus, sub ossibus pubis: quare ut tumor pateat, magnus sit oportet; ubi autem pregrandis existit, perenne desiderium tum mingendi, tum feces excernendi continuo exardet, viget, quæ cum absint; vterus affectus esse non potest; vnde necessario sequitur mali sedẽ esse mesenterium, quod ob Glandulosã substantiam, qua est referatũ ad atrum, crassumque succum suscipiendum est quammaximè primum. Quantum ad secundum, cũ huiusmodi malum sit exquisitus scir-

tas esse non posse; quia tumor in superficie non existit, sed immer- sus percipitur; neque omentum affectum esse potest; quia cum ex tenui ac rara substantia sit cõflatum, crassum succum, siue pituitosum, siue melancholicum non admittit, quod si quandoque scirrhuso tumore afficiatur, insignis ponderis sensus ad pubis regionem sequitur, qui in casu nostro nõ percipitur; intestina quoque, & vesica comprimerentur, actio mingendi, atque feces excernendi aliquo modo vitiantur, quæ in casu nostro non obseruantur: ex hoc etiã argumẽto conuincitur, quod neque vterus huius mali sedes esse potest; quia (ut ex relatis audiimus) mensales purgationes de more, & secundum naturam procedunt; insuper vterus inter intestinum rectũ, & vesicam est positus, sub ossibus pubis: quare ut tumor pateat, magnus sit oportet; ubi autem pregrandis existit, perenne desiderium tum mingendi, tum feces excernendi continuo exardet, viget, quæ cum absint; vterus affectus esse non potest; vnde necessario sequitur mali sedẽ esse mesenterium, quod ob Glandulosã substantiam, qua est referatũ ad atrum, crassumque succum suscipiendum est quammaximè primum. Quantum ad secundum, cũ huiusmodi malum sit exquisitus scir-

Morbi indi-  
cia

Pars affecta.

*Generacionis  
modus;*

scirrhus , proculdubio ex crassa , viscida, ac tenaci materia suã generationem habet; in prædominio tamen pituitosa ; vt ex habitu totius , colore subalbido , temperamento phlegmatico , ac melancholico , ad frigidum inclinante, vita otiosa , ac sedentaria percipitur . Producitur autem copiosa huiusmodi materia ob ventriculi imbecillitatem , iecoris calidam intemperiem , simulque propter ætatem, quæ iam quinquegenaria, est, & tandem propter cruditatẽ, quàm fere omnes Reuerẽdæ moniales experiuntur , vt in casu huius Reuerẽdæ pariter obseruatur, quæ œdematoso tumore in ambobus cruribus, pedibusq; affligitur. Tandem pro huius mali curatione indicationes curatiuæ forent

*Indicatio cù-  
ratiua .*

ventriculum calefacere , Hepar attemperare obstructions remouere . collectam materiam emolli- re, insensibiliter digerere , vel sensibiliter euacuare ; Quos scopos attingere, atque absoluerẽ impossibile ; nam si scirrhi , qui ad externas partes assurgunt, vel non curantur, vel vix circa initia remittuntur , quid sperandum de ijs, qui in visceribus generantur, pars enim scirrhi oppressa, veluti stupida est reddita, quare spiritus ob afflictæ partis densitatem, vasorumque angustiam penetrare nequeunt, vnde medicamenta ex arte admota ad actum reduci non possunt, ideoq; nihil operantur ; His adde , quod scirrhi non nisi emollientibus , ac dissipantibus tractari debent; ex quo-

rú vsu metus ad est, ne fermententur, putredinem concipiant , & in cancrum degenerent . Verum quia generosi medicj est, etiam in magnis, qui se produnt morbis artem experiri; idcirco sine auxilijs, destituenda non est, quibus nisi valeat malum profus superari, saltem vetari poterit ne vltra procedat, & reliquum vitæ minori cum molestia producat. Quamobrem seo consilium dirigendum, vt mali incrementum impediatur, alioquin concursu nouæ materiæ accresceret; idque consequemur illis tribus medicinæ instrumentis, diæta v3., chirurgia . ac pharmacia ; quare illi cibi eligantur, qui sint boni succi, moderatè attenuantes, atque humectantes, præsertim verò, vt crassorum humorum generationi aduersentur, àer sit temperatus , animi passiones euitentur, & aluus seruetur aperta : scopi mittendi sanguinem ferè nulli occurrunt, neque vt à venis sedis fiat. Probat, non enim conducit ab vtero deriuare, & aliquo pacto menses impedire ; hinc si quid esset, quod sanguinis missionem indicaret , vtique esset aliquis Iecoris feruor ; quare tunc ex brachio longe à tempore mensium fieri posset . Fonticuli quoque licet essent maximè opportuni ; tamen quia pedes, & crura œdematoso tumore sūt affecta; idcirco illos excitare non licet ; ne concitata maiori succorum fluxione aliquod maius malum succrescat . Interea, præparatis humoribus, exhiberi pote-

poterit potio ex melle ros. solut.,  
 sy. de polipodio magistrali deco-  
 cto senæ, & ag. trocis., vel ca-  
 tapotia de tribus cum rhabar-  
 baro, adiecto puluere epic. Post  
 purgationem exhibeantur, quæ  
 insensibiliter euacuant, vt deco-  
 ctum spartæ parillæ, rad. chinæ,  
 ligni indici cum aliquot emolliē-  
 tibus v3. althea, & liquir.; quod  
 vt magis prodesse possit, antequā  
 assumatur, bolum ex ammoniac,  
 sale Theriacale, lacryma the-  
 rebinthi ciprij exceptum confert  
 exhibere. Tandem pro obstru-  
 ctionibus auferendis ad decoctū  
 radicum aperientium confugiend-  
 dum, sicuti esse potest, quod re-  
 cipit liqu., altheæ, ligni saxafras,  
 chinæ, cuscutzæ, agrimoniz, bett.,  
 capil. ven., lupul., assari, artemisiæ,  
 passularum, & coriandr. præpa-  
 ratum in aq. pluries calybeata pa-  
 ratorū; vel in iure pulli, aut co-  
 lumbi, quamquam ad viscerum  
 scirrhum nihil præstantius est vsu  
 chalybis v3. x. chalybis præpa-  
 rati 3 2, rhabarbari, ag. ana 3 2.  
 specierum hieræ simplicis 3 1.  
 diarhodonis Abbatis 3 2. mellis  
 despumati. q. 5. f. elect. dosis sit  
 3 1. per dies quindecim. non pa-  
 rum quoque commendatur pul-  
 cachecticus Quærcetani descri-  
 ptus in sua pharmacoepa. De-  
 mum ad dissipandam, atque de-  
 trahendam materiam, quæ in af-  
 fecta parte continetur, topica  
 desiderantur, quæ tamen repel-  
 lentia esse non debent, quia cum  
 materia sit crassa, & glutinosa,  
 valde hæret: vnde sub frigidis

magis concreveret, neque mani-  
 feste detrahi debet; quia neque  
 aperto loco, cum valde inhæreat,  
 & adstricta sit, educi potest. Qua-  
 re superest, vt obscure per dige-  
 rentia dissipetur, quæ etiam ne-  
 que utiliter administrari possunt,  
 nisi prius emollientia præcedant,  
 quæ liquefaciēdo, materiam te-  
 nuiolem reddunt, affectamque  
 partem relaxant, adeo, vt in va-  
 pore conuersa facilius expirari  
 possit: præstat autem vicissim e-  
 mollientibus, ac digerentibus  
 vti, vt ea quæ subinde præparatur,  
 subinde etiam discutiatur. Au-  
 xilia autem, quæ huiusmodi opus  
 perficere possunt, calida esse de-  
 bent, vt calefaciant, quod est fri-  
 gidum, & emolliant, quod est cō-  
 cretum; (liquefiunt enim à calo-  
 re, quæ concreverunt à frigore in-  
 quit philosophus) sicuti sunt pin-  
 guedines anserinæ, Gallinæ, &  
 medulla ceruina, adeps Taurinus,  
 vrsinus, & Leoninus, insuper dia-  
 chilon Gummatum, puluis sabinæ  
 vtriusque ellebori, & herbæ  
 reginæ, è quibus varia emplastra,  
 linimenta, & vnguenta confici  
 possunt ad arbitrium Excellentis-  
 simi Medici curantis. Sed his ef-  
 ficaciora sunt suffumigia v3. x.  
 malu. altheæ, abrotani, sem. lini,  
 meliloti, origani, rad. vtriusque  
 ellebori, filicis, tabacci, calamin-  
 thæ, dictami cretici, sabinæ, &  
 artemisiæ ana partes æquales bul-  
 simul; postea pluries in hoc de-  
 cotto priusquam suffumigium fi-  
 at, estinguatur lapis ignitus, siue  
 molaris, siue pirides, verum, vt

Y suf.

suffumigia vniuersal iter recipiatur, requiritur, vt Reuerenda patiens sup tabulã perforatã ita collocetur, vt scirrhus extra foramẽ extuberet; deinde pannis cooperiatur, vt totus fumus scirrhum petat; cauendum tamen, ne vapor recipiatur propinquus, & exurat. Post fomentum, non est affecta pars sine auxilijs derelinquenda, sed emplastrum emolliens admouendum, quod simul dissoluendi vim habeat; his enim speramus, quod si non prorsus malũ superetur, saltem ad meliorem statum deducatur.

## APPENDIX.

**S**cirrhus, quem sephirũ Barbari appellant, tumor est P. N. durus, ac renitens, indolens, ex humore tartareo naturali, vel ex crassa pituita genitus, vt 2. ad Glau. c. 4. et 14. mor. c. 3. notauit Gal. prorumpunt autem scirrhii in corporib, melancholicis macilentis, nigris, hirsutis, duris, & obtusa cute præditis, eisque etiam, quæ latas venas habent, vt 4. de loc. aff. c. 7. refert Gal. in partibus etiam duris, & densis, nõ autẽ in raris, & mollibus oboriuntur, nõpẽ in ligamentis tendinibus, & capitibus musculorũ, nõ autẽ in mollibus, vtputa in pulmonibus, & cerebro. Notæ, & Causæ patient ex dictis. Cæterum scirrhii lapidosi prorsus insanabiles sunt, quia medicamentis non cedunt, nam à validioribus plus indurantur, & mitiora contendunt. Qui

verò sensu non sunt prorsus destituti, etsi incurabiles non sint, vix tamen curantur, præsertim si nobiliora viscera occupant; non enim Hepar, aut lien fortiora medicamenta, qualia ad scirrhũ valde induratum requiruntur, facile sustinent, debilia autẽ parum proficiunt, & si aliqua curationis fiducia viget, non nisi longo tempore expectari potest, ob materiam illam frigidam, crassam & duram, quam continent, quæ non nisi maxima cum difficultate superari, ac vinci potest. Curantur autem duplici via, nempe, vel per resolutionem, & discussionẽ, vel per maturationem, & suppurationem: suppurantur autem rarius, & non sine periculo, nam obseruatum est, quod sæpe in cæcra commutantur, vnde suppurationem tentare neque commodum, neque tutum est, inquit Serapion lib. 4. par. 3. sect. 1. c. 5. Quare à principio vsque ad integram sanitatem ea admittuntur præsidia, quæ simul emolliendi, ac resolueudi vim retinent: nam vtrumque seorsim admotum, lasurum fore, inquit Mercator cap. de Scirrho. Insuper in his admouendis duo perpetuo sunt obseruanda; alterum quidem nõ nimis calefacientium, ac attenuantium vsu partes tenuiores discutiantur, & crassæ relinquuntur; alterum ne immoderata humectantium, atq; emollientium appositione, ex scirrho cancer generetur; semper enim antiquorum consilium sequi debemus, qui suadent, vt nul-

lum

lum siccās, aut humectans medicamentum solum vsurpetur, sed semper mixta sint oportet calida v3. in 2., & in passiuis temperata, cuius census esse potest cataplasma, quod recipit fol. altheæ, malu. brance vrsinæ, sumitatum feniculi ana m., rad. cucumeris syluestris, & brionix contusarum ana ʒ 1 ½. coquantur ad ad mollitiem, & contendantur,

per fetaceum traiciantur, postea adde far. sem.lini, pul.rad.altheæ, flor.camomillæ, & aristolochiæ long. & far. hord. ana ʒ 1. f. 5. A. cataplasma. Omitto sexcenta alia auxilia, siue simplicia, siue composita, siue à proprietate occulta, siue manifesta, quæ à clarissimis viris sunt passim in proprijs quæsitis adnotata.

CONSULTATIO L.

*De sinuoso ulcere in regione lumborum pro quadam nobili Puella.*



**M** Alum. quo 25. ab hinc diebus in sinistra lumborū regione nō lōge à spinali medulla per illustris, ac nobilis Puella conflatur, morbus est in soluta unitate. vlcus v3. sinuosum, profundum, cauernosum, atque cuniculosum; sinuosum quidem, quia angusto præditum est orificio, cauitate quoque satis ampla, & profunda absque callositate, atque duritie, profundum, atque cuniculosum, quia purulentam materiam copiosam, maleque olentem eructat. Cuius causa, (vt ex re-  
*Causa* latis percipitur) fuit abscessus, ferius, quam res postulabat; dissectum, siquidem pus diu in suppurato abscessu retentum, ac delitescens, virulentam quandam naturam acquirit, cuniculos agit, subiectas partes exedit, putrefacit, & contaminat, febres excitat,

dolores mouet, non semel vomitum inducit, aliaque symptomata parit. Huiusmodi autem vlcus, si attente perpendatur, non solum curatu est difficile; verum etiam valde periculosum, & utinam nō sit exitiale. Esse autem curatu difficile, patet; quia causam coniunctam adnexam habet, quæ ab antecedente fouetur, nēpè à Iecoris intemperie, lienisq; obstructione, adde quod vlcera, & fistulæ abdominis vix sanantur, proserpunt enim per musculorū intercapedines, quo in loco multæ sunt, altera alteri superposita, inquit *Aquapendēs l. de op. ch. pag. 75.* periculosum etiam, quia non solum est magnum secundum latitudinem, ac profunditatē; verum quoque, quia non leuiora symptomata mouet, & tandē utinam ne sit exitiale; eo magis, quia in corpore debili, ac cachoetico

*Præfagium*

Curatio.

existit, partem exquisito sensu præditâ, in motuque positam, occupat, & copiosam, fetidamque materiam fundit; & quamquam hæc omnia metuenda sint; non propterea à rationali cura est desistendum; Quare priusquam callus contrahatur; & infistulas degeneret curâdi indicationes sunt eliciendæ; quarum prima purulentam materiam, quæ in vomica continetur, euacuandi esse debet. Secunda abstergendi, atque exiccandi. tandemque cavitatem implendi, agglutinandi, ac vnien- di. Quas indicationes attingere, est impossibile, nisi quæ sunt impedimento remoueantur. Sunt autem hæc, potissimum Prauorû succorum fluxio, quæ viscerû vitio, multiplicatur, Cavitatis, in qua purulenta materia detinetur, affectæ partis languor, ac intemperies; nisi autem, hæc omnia dimoueantur, neque vlcus abstergi, neque exiccari, neque carne impleri, neq; agglutinari potest, vt 3. met. c. 4. notauit Gal. Quare ante omnia oculos, & mentem ad fluxionis causâ dirigere oportet. sunt autem causa fluxionis pars mittens, ac recipiens; non enim humor fluit ex se, proprioque impetu, aliter õnis fluxio ad inferiora fieret; sed, vel à parte mittente propellitur; vel à recipiente trahitur; pellitur autem à mittente, quia robusta, aut quia irritata, vt Gal. 3. art. medic. c. 2. ad Glau. c. 7. irritatio autem, vel à copia accidit, vel à praua succorum qualitate, qui Hepatis vitio,

lienens, aut rerum non naturalium errore producuntur. Quare copia, est minuenda, & praua qualitas corrigenda, minuitur autem sanguinis detractio, & mala qualitas cathartica, & alexipharmaca corriguntur. de causis externis quoque habenda est prouidentia, ideoque àer purus temperatus, & sincerus est eligendus, cibi sint boni succi, & tenuis substantiæ, motus omnes euitentur, & alius feruetur aperta. Tandem non est cõtendenda pars affecta, & præcipuè cavitatis, in qua quoniam copiosa materia colligitur, ac retinetur, idcirco prius quam ultra proserpat, & sinuet est educenda; educitur autem vniuersa cavitatis dissecta, idque caute fiat, ne attingatur peritoneum, vel neruosa partes ledantur. quare tutius erit musculosam tantum carnem versus infernam partem scindere. ad affectam quoque partem roborandam intemperiemque corrigendam, administranda sunt cataplasmata, quæ huiusmodi opus præstare possunt, has dotes obtinet cataplasma, quod conformatur ex far. sem. lini, hord., fenugræci, pul. flor. camomillæ, anethi, meliloti, oleo anethino, camemell. amigd. dul., & iure pulli; vlcus pariter abstergetur, atque exiccetur non ficcis medicamentis, quia non possunt hæc fundum petere; sed liquidioribus inquit Auic. népè decocto lup., hord. aluminis pimpinellæ pilosellæ rasura ligni indici, &c. vel decocto aristolochiæ, cetaurei minoris, bett. agri-  
mo-

monia ros. rub. in vino parato ;  
sed his adhuc præstantius est, bal-  
samum confectum ex vino, melle,  
& mirrha, quibus addi potest

pulvis thuris, aloes, & mastiches.  
Circa reliqua me remitto ad pe-  
ritiam excellentissimi curantis.

CONSULTATIO LI.

De vulnere abdominis penetrante pro quodam egregio  
viro.



Qvod vulnus quo in  
regione abdomi-  
nis non longe  
ab umbilico tri-  
bus ab hinc die-  
bus, ægregius vir

conflictatur, sit in cavitatem pe-  
netrans, præter telum acutû ob-  
longum, ac tenue à forti brachio  
illatum ; declarant magna specil-  
li portio, quæ intra vulnus ingre-  
ditur, omenti egressus, totius epi-  
gastrij dolor, ventrisque extume-  
scência ; an verò præter Peritoneû,  
atque omentum, sit aliquod aliud  
viscus lesum, licet possit dubita-  
ri ; tamen adhuc non constat ; at-  
amen non spero. Siquidem nullû  
symptoma hætenus est observa-  
tum quod aliquam aliam viscerû  
noxam, denunciaret ; cuius vulne-  
ris causa remota patet ex dictis ;  
simulque ex eiusdem vulneris fi-  
gura innotescit, proxima vero est  
sanguis effusus, ac intra capaci-  
tatē collectus, ratione cuius cura-  
tio plurimum impeditur. Cæte-  
rum licet huiusmodi vulnus citra  
lesionem contentarum partium  
vsque adhuc esse videatur, non  
est tamen sine discrimine confi-  
derandum, est enim magnum in  
propria essentia, nempe altum, &

profundum, est sauciatum peri-  
toneum, quod ex membranosa  
substantia constat, eaque prædu-  
ra, ac neruea, quæ dissecta non  
coalescit ; prætera in parte an-  
teriore Abdominis consistit,  
vbi maiorem impetum intestina  
faciunt ; tandem, quia copiosa  
materia, quæ in capacitatem colli-  
gitur nunquã potest profusus edu-  
ci, vnde retenta corrumpitur, &  
viscera partim contactu ; partim  
pravis halitibus non parum of-  
fendit ; est enim necesse sangui-  
nem in ventrem effusum suppura-  
ri 6. aph. c. 20. scripsit Hip. non  
enim paruum periculum afferunt  
vulnera quæ intra Thoracem, vel  
peritoneum penetrant 5. met. in-  
quit Gal. & iure quidem, quia  
àer ambiens eo quod impræpa-  
ratus naturalem viscerum calorē,  
vehementer lædit ; tamen quia  
sepæ arte est supplendus naturæ  
defectus : idcirco administranda  
illico sunt, auxilia quibus his im-  
minentibus malis possit occurri :  
sicuti præsertim esse possunt illa  
quæ dolorem leniendi, inflam-  
mationem prohibendi, sanguinē  
ex cavitatem educendi, & tandem  
consolidandi vim habent. Ad  
leniendum dolorem non parum  
vtile

Curatio pro-  
phylactica

igna

Præfugia

vtile esse potest cataplasma quod recipit pul. ros. rub., flor. camemil., meliloti, & anethi ana ʒ 6. far. hord., sem. lini, fab., tritici ana ʒ 1 ÷ croci ʒ 1. vitell. ouor. nu. 4. ol. ros. & amigdal. dul. ana ʒ ÷ lactis capr. q. ʒ. ad ignem ʒ. A. f. cataplasma; quod calidum circa vulnus applicetur. intra vulnus instilletur terebenthina clara veneta, oleum ex vitellis ouor., oleum ex cera, & hypericum; huiusmodi enim auxilia non solum dolorem mulcent verum etiam naturam calorem fouent, & concoctionem accelerant. his enim quoque naturalis facultas adiuta repositum omentum per intestina dispergit, & consolidat. Ad educendum sanguinem in capacitae collectum conferunt totius ventris compressiones prudenter, & ex arte factae, idoneus situs, nuperque memorata praesidia quae attenuandi grumosum sanguinem, facultatesque naturales roborandi, non paruam virtutem retinent. Verum si his peractis, & ex arte admotis retentus sanguis non educatur, quin potius in infima ventris regione recludatur, totum opus naturae esse committendum arbitror, quae tamen congruis medicamentis est adiuuanda. nempe euacantibus dissipantibus atque suppurantibus ad inguina admotis, qualia esse possunt oleum liliorum alborum, amigdal. dulc., anethinum, costinum, & butyrum, vel emplastrum diachilonis magni oleo de scorpionibus emollitum, & cum resina

pini permixtum, ex his enim speramus, ut ad inguina affurgat abscessus, per quem tandem suppuratum, atque dissectum, vniuersa purulenta materia, quae in cavitae abdominis continetur educatur, alioquin intestina, aliasque adiacentes partes ledederet, & tandem Hydropem induceret. interea ne copiosus sanguis, siue sincerus, siue cum alijs humoribus permixtus ex vniuerso corpore ad sauciatam partem decumbat, praeter reuulsionem iam perfectam venam brachij peractam, tentanda quoque est deriuatio non solum per frictiones, ligaturas, & clysteres, verum etiam per sanguinis missionem ex pedibus, a purgantibus abstinendum, nam purgantia medicamenta in vulneribus abdominis exhibere est valde periculosum, & potissimum validiora; quare potius probare, ut per clysteres emollientes, attenuantes, aluumque soluentes fiat. Quibus omnibus proba, ac tenuis victus ratio est addenda, quae debet esse ex bonis, ac liquidioribus cibis. Tandem his omnibus ita institutis, ac peractis, si pus aliquo pacto crassum apparere videatur, melle simplici, vel rosato, vel vnguento mundificante abstergetur, demumque agglutinatiō tentetur, ac curetur iuxta exigentiam eorum quae possunt contingere, & pro ut magis opportunū videbitur Excellentissimo Medico curanti.

AP-

APPENDIX.

**E**Videntissimo quotidianoque, euentu est confirmatū Abdominis vulnera esse mille modis curatu difficilia, ac periculi plena, non secus ac capitis Thoracisque. Verum vt omnis tollatur æquiuocatio, est plane sciendū, per Abdomen totam illam regionem intelligi, quæ intestina tegit, cuius initium à mucronata cartilagine, nothisque costis ortum ducit, & ad ilia ipsumque pubis osse vsque extendit; comprehendens præter partes continentes viscera maximè momenti, nempe ventriculum, Hepar, lienem, intestina, omentum, mesenterium, Renes, vasa seminaria, atque diuretica, vterum, venam cauam, arteriamque Aortam descendentem. Vniuersam autem hanc regionem ita constructam Latini appellarunt etiam ventrem, Græci Epigastrium, & Arabes misrac. sunt pariter huius regionis vulnera nonnulla, quæ super positæ tantum particulas attingunt, vt puta cutem, carnosam membranam, adipem, vel subiectos mûsculos, intacto peritoneo; nonnulla alia, quæ etiam peritoneū perfodiunt, cum omenti egressu, illæ visceribus. alia tandem, quæ viscera ledunt, præsertim verò intestina, quorum causa etiam extra labuntur, vel Hepar, vel lienem, vel Renes, &c. Quæ vero exter. nastantum particulas ledunt, non secus ac reliqua vulnera, digno-

seuntur, atque curantur. Secus quæ penetrant maiori cum difficultate curantur, & nõ nisi ab exercitata cognitionis viro, deprehenduntur, non enim semper coniectura ex telo, ex quo inflictum est vulnus haberi potest; neque symptomata, quæ penetratione denunciare possunt, circa initia apparent, neque specillum, aut cerea candela facile intus peruat, neque vbi magna specilli porrio introducitur penetrationis manifestum præbet inditium, sæpè enim inter mûsculos fertur; & medici decipiuntur, vel oblique procedit, & tunc neque penetratio detegitur, neque vulneris terminus adinuenitur; prudentiores tamen medici quoties vident, quod neque ex sensu tactus, neque ex sensu visus penetratio adinueniri potest ad vini iniectione cathetere factam confugiunt, nã si vinum ingrediatur proculdubio, vulnus penetrans est, secus verò si refluat; verum, vt verum dicam huiusmodi industria non semper vera esse potest; nam quandoque contingit, vt propter obliquitatem vinum non introducatur, quamquam vulnus sit penetrans; verum si ex specilli ductu, vel ex aliquo alio inditio dignoscatur vulnus esse penetrans; adhuc est inquirendum, an aliquod viscus sit quoque lesus; an sanguis tantum in capacitate collectum, hoc etiam scire non parum confert, quia non minus grauia sunt vulnera in ventrem penetrantia, quam quæ viscus aliquod percuf-

culserint, verum de his alibi dicemus.

Cæterum Abdominis vulnera in lateralibus partibus inflicta minus sūt periculosa, quia carnosiores sunt, quare facile cōsuūtur, & coalescunt, non carent tamen periculo, quæ musculos ledunt quāuis penetrantia minimè sint, quia sunt in continuo motu, siquidem mouentur inuoluntarie ad motum Thoracis, & ad fecum expulsionem. Quæ verò penetrant sunt valde periculosa, etiam si contenta viscera non attingant, non solum quia ambiens àër haud præparatus per vulnus ingrediens viscera alterat, & tormina concitat; verum etiam, quia intestina, & omentum non semel labuntur intumescant, & flatibus distenduntur, quare admodū difficile reponuntur, per sepe etiā liuescunt, & lethalem calamitatem afferunt, sordes quoque neque ex medici voto elui potest, neque cōtenta materia educi unde sepe infistulas degenerant, vel inuitabilem interitum minantur. omitto discrimen quod inuehunt herniæ intestinalis, vel omentalis, quæ ob peritonei rupturam facile sequitur.

Huius regionis vulnera non penetrantia, vt cætera reliquarū carnosarum partium, curantur. Quæ verò citra lesionem, & egressum contentarum partium, ac citra substantiæ deperditionē peradunt, quomodo debeant curari inter præcipuos auctores non

leuis est altercatio. Sunt enim, qui omninò asserunt abdominis vulnera illico esse consuenda priusquam per vulnus ingressum habeat frigidum ambiens, ex quo viscerum naturalis calor àëri non assuetus, magnum aliquod dispendium experiatur, facile enim refrigerantur intestina, & magna incōmoda sequuntur quare etiam si copiosus sanguis, vel Ichor sit effusus, & in concauitate retentus adhuc consuenda esse præcipiūt, quia in hac regione sunt opportuna loca, per quæ collecta materia potest educi, & euacuari, nempè inguina, & intestina; sic enim neque refrigerantur intestina, nec tormina sequuntur. Secus verò alij acriter contendūt nullo pacto huiusmodi vulnera esse consuenda; sed aperta seruanda in manus subsidium eorū symptomatum, quæ solent ad congesta vulnera superuenire, saltē quousque vniuersa materia in ventre collecta prorsus educatur, nā cum cruor, & sanies à labijs vulneris necessario in cavitatem Abdominis descendant, ac retinentur, intestina, & alia membra offendant, sepe venter intumescit, & hydrops, vt plurimum sequitur, non enim est naturali calori admodum fidendum, qui cum in hac regione debilis existat nequit ab eo materia in capacitate collecta dissipari, ac insensibiliter educi, neque à facultatibus naturalibus ad inguina propelli, neque concoqui, neque suppurari, neq;

neque alio modo educi; & sensibilibiter euacuari. Verum ut eiusmodi difficultas planior reddatur considerare oportet, num vulnus sit magnum; an paruum; quia si paruum, nullo pacto consuendū, sed curandum, ut vulnus cauum curatur; Si verò magnum, est quidem consuendum, sed in parte decliuiori orificium relinquendum, per quod effusus sanguis, ac purulenta materia possit educi, atque expurgari; neque ut diximus fidendum, quod à natura per intestina pellatur, vel quod in inguinib. suscitetur abscessus, per quem quum disrumpitur materia possit educi; nam sæpè hoc non facit natura, ideoque in re dubia tutiorem partem sequi debemus; adde quod si quãdoque in inguinib. erūpat abscessus, & aperitur, non propterea res est tuta, nam vel vix curatur; vel in fistulas degenerat; atque ita procedendum esse puto, cum copiosa materia, in capacitate continetur; quia si accidat, ut nulla in capacitate consistat materia; tunc totum vulnus esse consuendū puto. Quare adductis per futurā vulneris labijs; ea competit curatio; quæ reliquis confutis vulneribus adhibetur: in quibus verò apertum relinquitur orificium, ea sūt administranda medicamēta, quæ natium calorem fouendi, ac roborandi virtutem possident, ut oleum abietinum, vel de therebenthina, vel eademmet therebenthina, cum oleo Apparitij. Verum si eiusmodi vulnera sub-

stantiæ defectum contineant, ut in vulneribus Hopis, inflctis sæpè contingit, nequaquam abducenda sunt labia, sed ut vulnera caua curanda, prohibendus tamen est àëris ingressus, tanquam visceribus valde infensus; non enim est vnio expectanda, nisi per carnis generationem. illud etiam silentio non est prætereundum; quod si labia valde dissident, non est ab re, ea proximiora reddere. Quod si simul omenti, vel intestini exitus sit adnexus, prima indicatio esse debet, ut quæ exciderunt in suum locum restituantur. Secunda, ut vulnus consuatur, tertia, ut medicamenta administrantur. Quantum verò ad primam spectat indicationem; sunt introducenda intestina, vel omentum non solum quod extra proprium locum existant; verum etiã quod consolidationem impediãt, est tamen priusquam corrumpatur introducendū. reponatur autē manibus successiue paulatim impellendo donec prorsus ingrediatur; verum si manibus introduci nequeat; cærea candela impellatur, & si refrigeratum esse percipiatur, vino rubro, aut decocto roris marini, bettonicæ, & foliorum lauri calido, donec incalcat foueatur; sed si contingat, ut corrumpatur ob longam morã à frigido ambiente, tota illa pars liuida, ac denigrata abscindatur, nec de huius membranæ abscissione est aliqua noxa expectanda, quia præcipua pars non est; verum ad sanguinis profusionē cui-

Z tan-

tandam, totum quod supra vulnus nigricans positum est, vinculo excipiat, vinculi verò fines extra vulnus relinquuntur. nonnulli post omenti corrupti abscissionem ferro ignito vtuntur, sed parum refert; nam Gal. de vstione nullum verbum protulit, quã etiam his nostris temporibus periti chirurgi, qui castra sequuntur, respuunt; siquidem obseruatum est, quod citra vstionem, quod corruptum est vna cum filo temporis tractu commodè educitur, ipsaque ligatura sanguis quoque sistitur. post omenti repositionem si vulnus magnum fuerit consuatur, ac curetur, vt supra iam diximus.

Ita pariter vbi intestinum est prolapsum, procedendum; quamprimum enim est restituendum, cuius repositio circa initia difficilis non est, præsertim si vulnus amplum existit, nec multa intestinorum portio egressa est, & intestinum adhuc turgidum non est, paulatim tamen est impellendum ex arte. Verum si accidat, vt flatibus turgeat, tentanda est flatibus discussio carminantibus, & calefacientibus præsijs nempe molli spongia calenti vino austero imbibita, supraque intestina

expressa, atque admota, vel consimilibus alijs auxilijs à præclarissimis viris excogitatis; sed si ob vulneris angustiam intromitti nequeat vulnus ex arte ampliatur, cauendam tamen est ne intestinum ferro attingatur.

Quantum ad secundam remissionem omento, ac repositis intestinis, superest, vt vulnus consuatur, ne intestina, vel omentum iterum labantur. quo modo autem Abdominis vulnus sit consuendum, & quid in hac futura obseruandum satis alibi diximus. Verum priusquam restitutio fiat, num aliqua alia pars simul afficiatur, est inquirendum, num etiam intestina sint sanguine foedata, aut aliqua re conspurcata, num etiam ipsis aliquod peregrinum corpusculum adhereat, quia tunc antequam restituantur, opportunis lotionibus ab omni sorde sunt abstergenda, ab omnibusque corpusculis liberanda, alioquin si ita conspurcata intromittantur, non leuiores accidentia inueherent.

Tandem his omnibus ex arte peractis, atque administratis eisdemmet præsijs absoluat curatio de quibus etiam supra diximus, alibique dicemus.

CONSULTATIO LI.

De bubone Gallico incipiente pro quodam nobilissimo viro.



**A**ffectus morbificus qui decem ab hinc diebus in dextra Inguinis regione cepit erumpere, tuberculū quoddam est satis durum per interualla dolorosum, & aliquantulum sub rubrum, quod cum aduesperascit vehementes dolores inuehit, febrem, laxitudinem, capitis perturbationem, aliaque accidentia mouet, quæ per totam ferè noctem perdurât; mane autem præter tuberculum omnia remittuntur, atque euanescent. Circa cuius tuberculi Idea non leuis occurrit dubitatio; ratio autem dubitandi esse potest, quia ex communi medicorū consensu triplex est horum tuberculorum, quæ in hac regione assurgunt, differentia, quarum vnâ est pestilens, quæ seuissima, & lethalia mouet symptomata; altera quæ nomen generis sortitur, & bubonis nomine peculiari ratione gaudet, de qua *Hip. 4. aph. tex. 55.* dixisse constat. Febrēs ex bubonibus omnes malæ diarijs exceptis; vltima demum Gallicana, hoc est quæ Gallicum bubonem constituit, tumorem v3. in inguine exortum venerea contagione affectum, quod bubonis Genus ipsum à se ipso, & à reliquis differre cogit. Quare est inquiren-

dum, qua nam ex his nobilissimus vir laborat, & certū est nullo pacto vexari prima ex pestilenti, ac perniciofa qualitate exorta, quæ massam sanguineam fætidissima putredine conspurcat, quia neq; hac tempestate consimilia mala grassantur, neque febris pestilēs, aut maligna viget, vel præcessit, neque vllum aliud signum, quod pestilentiam, aut malignitatem monstrare valeat; neq; secunda specie affectus esse potest, quia neq; longa æquitatio præcessit, aut ludus paruæ pilæ, vel consimiles alij labores, neq; in crure vllum vlcus viget, aut aliud vitiū quod fluxiones suscitare valeat, quare necessario sequitur esse vltima specie male affectum, quæ non ex putredinosa, & pestilenti affectione, non ex sanguinis redundantia; aut ex causa procatartica proficiscitur, sed ex virulētis fucis clam, & occulte lue venerea affectis; nam præter complexum venereum, qui cum coinquinatis scortis præcessit, euidentis indicium præbēt pudendi vlcuscula quibus per plures dies fuit vexatus, & adhuc vigent; hæc enim non solum bubonis verum etiam sepè maioris mali sunt præludia.

Sed quoniam venerej bubones, vel in ipsa Glandulosa carne interdum erumpunt, vel propè

Glandulæ carnem, aut intra pelliculam ipsam vestientem quandoque etiam assurgunt; tamen in casu nostro in ipsa Glandulosa substantia esse exortum puto, idque suadent ipsius tuberculi extumescencia, qua est circumscripta, incrementum quod pedetentim habet, & demum durities, quæ neque emollientibus cædit, neque suppurantibus remittitur.

*Causa*

Cuius bubonis efficiens causa, est maligna, ac venenata qualitas, quæ ex infecto Hepate proficiscitur; materialis verò sunt etherogenej succi hac labe infecti, quos natura iam valida, atque robusta in hanc dextram inguinis regionem deposuit. Qui quoniã in Glandulosa substantia consistit, non modo curatu est difficilis; verum etiam est metuendum nè maiora mala accersat; semper enim difficulter maturescunt, & nunquam perfecte suppurantur bubones, qui in Glandularum substantia assurgunt, & si quandoque suppurant, ut plurimum in putrida maligna cauernosa, & valde dolorosa vlcera degenerant; siquidem continuo ab Hepate deterrima conditione affecto, fouentur, & malum iam factum perenni fluxione tuetur; Verum quia nostri patientis corpus est virile, & naturales facultates robustæ, est sperandum quod vegetiore facto partis calore, & opportunis adhibitis medicamentis citius suppuratio sequatur, nec in alios prauos affectus commutetur, non enim melius possunt iu-

*Præfagium*

dicari bubones venerei, quæ per suppurationem, per quam tanquam per emissarium, vniuersum corpus ab hac virulentia repurgatur, virusque Gallicum educitur; non enim hic locum habet *Hip. & Gal.* sententia, quam dixerunt resolutionem tutiorè, vtiliorèque esse suppuratione, quia hæc sententia intelligenda est de abscessibus nullam prauam qualitatem adnexam habentibus. præterea venerei isti bubones scirrhinaturam sapiunt quare per resolutionem non sanantur.

Cæterum curationis consilium dirigi debet, ut eiusmodi bubo quam celerrimè suppuret, idque ut consequamur adhuc laxantibus vtendum esse arbitror, nempe butyro, oleo lilior. albor. adipe Gallinaceo, ol. amigdal. dulc. & huiusmodi, deinde trahentibus vt puta cæpis, seu rad. lilior albor. fermento, emplastro diachil. magni cum Gummi, vel cerato quod ʒ. sagapeni, opponacis, amoniaci ana ʒ 2. euforbij, sinapis, piperis, piretri, ana ʒ 1. saponis nigri ʒ ʒ. dissol. Gummi in aceto, addantur pulueres, & cum pice, & cera ʒ. A. f. ceratum, vel tandem cucurbitulis. Verum si ex his dolores concitentur, & adhuc durior, & crudior appareat, ad emollientia confugiendum, nempe ad emplastrum quod conformatur ex malua, scabiosa, rad. lilior alborum, assuncia suilla, & fermento. Quod si ob sui contumaciam his non remittatur, quinimo in eodem statu persistat,

*Curandi modus.*

nem-

nempè quod neque excrefcere, neque decrefcere videatur, probarem vt vena dextri pedis aperiat, feruatis feruandis, quæ ad fanguinem mittendum requiruntur. interea præparatis humoribus; pharmacum quod frigidos, ac craffos succos, educendi vires poffidet, exhibetur; ab his enim exonerata natura, quantitate & qualitate materiæ, quod fupereft facilius, & promptius concoquitur. Si poftca fuppuratione fequatur, vt fperamus ficuti ex mollitie, & fluctuatione percipi poterit, illico virulenta materia aperta vomica educatur; aperiat autem non ferro, fed caufticis, tum quia materia, quæ in vomica continetur, eft craffa, & frigida; tum etiam quia à calore caufticorum, magis extenuatur, ac promptius educitur. Tandem fi accidat, vt ex his prudenter peractis, ac ex arte admotis, neque ad fuppurationem deducatur; iterum corpus repurgandum, & ad fpartæ parillæ, indicique ligni decoctum deueniendum. fi quidem Gallicana lues nullum magis proprium alexipharcum habet contrarium, quam fpartæ parillæ, & ligni Guaiaci, fiue pulueres, fiue decoctum in loco fudorifico fumptum, faltem per mensem, vt præter Falloppium, notauit etiam Hercules Saxonia. etenim hoc præfidio frigida, & craffa materia incalefcens, attenuatur, breuique tempore, vel abfcedit, vel digeritur, diffeminatamque per vniuerfum corpus venerem vi-

rus cū fudoribus fpirat, his enim auxilijs, ac eiusmodi curandi methodo innumeri curantur, ac curatos vidimus. atque ita efle procedendum arbitror pro diffipando bubone, ac ab omni labe præferuando nobiliffimum patientem.

APPENDIX.

**Q**uemadmodum paruū fcorpionis virus in aliqua humani corporis parte, impreffum præcipua petit membra nempè cor, vel cerebrum, vt lib. 6. de locis aff. fcripfit Gal. ita Gallicana virulentia ex illato contagio, per præputium, vuluam, labia, aliasque circumfitas partes diffunditur quoufque ad Hepar, tâquã ad fuam propriam fedem, fuumque primarium fubiectū permeauerit fcripfit Ludouicus Mercatus, quare non mirum fi fubinde varijs in corpõris partib. quãplurima incipiant prorumpere mala, nempè pufte; bubones, Gonorrhæa, caries, capillorū defluuium, fine caufa triftia; aliaque innumera mala, quæ ex infecto Hepate proficifcuntur. nam cū primum omnium venarum principium, fanguinemque produ-cendi abfolutum iftrumentum hac labe inficitur, propria munera haud quaquam ritè exequitur adeoque virulêtos incipit produ-cere succos, quos ad varias corporis partes propellere folet, præfertim verò ad inguina, tanquã ad laxas imbecillas, ac fponcio-fas,

fas, ibique is tumor affurgit, qui bubo, siue Glandularum abscessus nuncupatur, vt inquit *Petrus Pigreus lib. 1. de morbis contagiosis c. 16.*; qui pro vt hanc, vel illam partem occupat, velex crassiori, & frigidiori humore proficiscitur, maioris, vel minoris peruicacit̃ existit, tardius, citiusq; suppurat, & curatur. Illud tamen silentio prætereundum non est, quod non raro bubones, citra vitium Iecoris accidunt v3. quando venenatus halitus, extrinsecus

adueniens, siue Ichor vltra pudendas partes vasaque spermatica, non procedit, & tunc facile maturescunt, & curantur; vbi enim naturales facultates sunt robustæ, atque præualidæ atomos virulentos, vel non admittunt, vel exiccant, dissipant, & repellunt, & tunc bubones reliquis alijs benigniores fiunt, qui naturæ imperio, & medicamentorum facultatibus facile quoque obtemperant. cæterum reliqua, quæ desiderantur iam supra annotata sunt.

## CONSULTATIO LII.

*De bubone Gallico pertinaci pro quodam nobili adolescente.*



**T**ubercula P. N. quibus pertinaciter in âbo. inguinib. affligitur per illustres, ac nobilis adolescens, sunt illæ affectiones, quas politioris scholæ medici bubones Gallicos nominant, vt præter commercium viginti quique ab hinc diebus, cū coïnquinatis scortis habitum, satis euidenter denunciant vlcuscula dolorosa, atque maligna in præputij, glandisque regione exorta, simulque suppurationis pertinacia; audiui enim quod nullis vnquam auxilijs, siue emolliantibus, siue suppurantibus cesserit, quam tumuis quo ad quantitatem, qualitatem, modum, tempus, & ordinem prudenter fuerint à peritissimis medicis administrata; cur?

autem venienti bubones ferè semper Ægrè suppurent; contingit, quia ex materia etherogena in prædominio viscida & crassa, pituitosa quidem, & tartarea fiunt; quæ vix potest à natura vincî, ac domari; ex humoribus enim sanguis dumtaxat est suppurabilis, reliqui verò potius aduruntur cõdesantur, ac in cinerem vertuntur, quam suppurent; illud tamen est concedendum, quod quoties eiusmodi tenaces humores sanguinis sūt participites aliquam suppurationem admittunt, quâquam non sinè maxima difficultate, longiorique tempore, Verum cū in casu huius nobilis patientis humores hæc tubercula excitantes de sanguine participant, sicuti ex dolore, & rubore deprehenditur, de suppuratione non est desperandum,

dum, quare omni studio, atque industria est procuranda; siquidem per bubonem in abscessum mutatum; ac subinde sectum, vniuersum corpus hac labe contaminatum purum redditur, & ab accidentibus prauis, quæ solent ex euanescentibus bubonibus superuenire prorsus vindicatur; per apertam bubonis vomicam veneream luem iudicari in dies obseruamus, sicuti etiam *consultar. 4. romi 2.* etiam testatur *Rodericus à Fobeca*, vir hoc nostro sæculo clarissimus.

Cum igitur ex horum tuberculorum suppuratione, salus expectetur, ea quæ suppurationem impedire possunt, sunt prorsus reiicienda, vt puta repellentia, ac digerentia; hæc enim pro curandis Gallicis bubonibus tanquam satis perniciofa improbantur. Primo ob excrementum, quod cum sit valde veneficum, & contagiosum est potius euocandum. Secundo ob membrum transmittens nempe Hepar, quod hos vitiosos succos ad propria emissaria pellit. & ultimo ob partem recipientem, quæ proprio naturæ instituto facta est veluti sentina, ad quam membra principalia deponunt quæcumque illis sunt molesta; quare circa huius mali initia, laxantia, atque trahentia sunt administranda vt fofus aquæ tepidæ, cum oleo mixtæ, oleum lilior albor, & similia alibi annotata, præsertim verò confert etiam circa exortum, & incrementum totum corpus exagitare ludo paruæ pilæ, aut

magnæ, ascensione, discensioneque scalarum; frictiones cucurbitulas, & ligaturas ad infernas partes factitare; insuper vtile quoque est supra bubonem gestare pilam aliquam duram aliquantulum depressam, vel quid simile quod valeat fluxionem concitare, atque mouere. Post attractionem, collectionemque materiæ, est eius emollitio procuranda, emplastro aliquo in officinis parato vt puta mucilaginis altheæ maluar. viol. & huiusmodi. Quibus per actis, atque administratis si indicia suppurationis appareant confestim aperiatur, ne virulentum pus cuniculos agat; & in alios perniciosos affectus commutetur. postea per 40. dies retineatur apertum, interim digestium, ex vitellis ouorum oleo liliorum alborum, & terebenthina veneta imponatur, elapsis verò aliquot diebus parum mellis Hispanici, & pulueris mercurij præcipitati addatur. Non sunt pariter vniuersalia præsidia omittenda; vnde post septimum, præmissis aliquot lenientibus clysteribus secetur vena pedis destri, est enim maximo adiumento his malis non modo pro Hepate refrigerando, verum etiam pro natura exoneranda. interea quoque præparatis succis in corpore redundatibus, exhiberi potest pharmacum, quod crassos viscidos atque virulentos succos educere valeat, vt sy. sues. de Polipodio conf. hamehc, & huiusmodi; postea non sunt contendenda alexipharmaca potissimum, quæ aduersus

sus hanc virulentiam pugnare sunt apta, vt inter cætera esse potest quod recipit pul. spartæ parillæ ligni indi recenter limati & rad. chinæ opt. ana ʒ r. sacch. ros. & cõseruæ borrag. ana ʒ i. diarhodonis abbatis ʒ i. cum syrupo de acido cit. f. elect. quod per plures dies ad quantitatem castaneę sumi poterit.

Verú si fortè fortuna eueniat, vt circa incrementum, quod sæpè accidit, vel etiam statum retrocedere videantur. scindantur venæ pedis, indeque corpus purgandum, nam citra vllum dispendium exhiberi potest pharmacum, sero enim sapiunt inquit *Fallopius*, qui in curandis pertinacibus bubonibus pharmacum exhibere & venam secare non audent. Verum post corporis purgationem, illico ad Alexipharmaca deueniendum, ad decoctum v3. ligni Indici, ac spartæ parillæ in loco sudorifico exhibendum per 40. dies, eodem prorsus modo, quo lusitani vtuntur.

Quibus ombibus iuxta varia bubonis tempora, ac accidentia, quæ possunt contingere, victus ratio est istituenda, turpe enim est in victus ratione errores committere, inquit *Fallopius*. vnde non parum errant medicastrifores, qui huiusmodi tuberculis affectos ad placidum viuere permittunt; adhuc magis qui omisfis, spretisque alexipharmacis illico ad mercuriales vnctiones cõfugiunt, vel ad vomitoria ex electuario pollycrestõ, vel ad suffu-

mgia venenata; hæc enim in luge venerea, quæ altas infixit radices, ac per totum corporis habitum dispersa, admitti possunt, præmissis etiam alexipharmacis: est enim mercurialibus medicamentis caute vtendum, quia vt *lib. 3 7. c. 16.* notauit *Plinius*, mercurius corpori humano non parcat, etenim ventericulum, Hæpar, intestina, & omnia viscera offendit, præsertim verò cerebro, & neruis est non parum infensus; neque potest sic perfectè à carbonaria cohorte præparari, quin sursum deorsumque moueat tanto impetu, vt exhaustis spiritibus, fractisque viribus Ægri repente moriantur, vel aliquot diebus sine viribus, mortuis per similes jaceant, vt *lib. de Lue venerea cap. 70.* inquit *Fernelius*, præterea os etiam inflammatur, fauces intumescunt, vlcera putrida, valdeque foetida ijs accidunt, qui temere ab empyricis curantur, etenim non nisi peritissimi Chimici mercurij rectam præparationem callent.

#### APPENDIX.

**C**ontingit non raro, vt ob impurum concubitum cū coinquinatis scortis, prorumpat in inguinibus quedã tubercula in principio admodum parua, & obscura, in quibus huius virulentia vis quam maximè elucescit. appellantur autem ratione loci bubones Gallici, ad differentiam illorum qui Gallici non sunt. Generantur autem ex illato contagio

gio præsertim verò ob complexû venereum, in quo penis ductus, partiumque genitalium meatus omnes aperiuntur, ac dilatantur, vnde vapor malignus primo ad proximas venas, deinde per maiores ad Hepar pervadit, cuius substantiam vehemèter offendit, & contaminat, quo fit vt loco sanguinis, vitiosi humores producantur, quos licet natura ad varias partes expellat, frequentissimè tamè ad Glândulosas carnes trãmittit, verû si accidat, vt naturales facultates languescant, vitiosi humores ad extimas partes non propellantur, quare in venis retenti, varia & prava accidentia concitât, nempè febres putridas, diurnas, & mali moris, quæ sæpè in ethicas degenerant, vel cõxendicos dolores inducunt, vel numerosas pustulas veluti exanthemata inferunt.

Quorum causa materialis percipitur ex dictis, sunt enim humores Gallicana lue infecti, siquidem per venereum complexû, vel per osculum, vel per suctum primo naturales spiritus, seu vapores sanguinei, siue succi alimentales, aut excrementij, inficiuntur, isti autem in ore, vel in pene, vel in mammillis ita infecti, & infixi, pustulis, fixuris, tuberculis, & vlcusculis ipsas partes conspurcant, non raro etiam integris adhuc his particulis, occulte pænitus sese insinuat, internasque partes primitus in quinat. De nũciant autem bubonem esse venereû, suspiciosus cõcubitus, qui

præcessit, præsens, aut præcedens caries, vel Gonorrhœa, pertinacia suppurationis, & absentia eorum quæ accusare possunt bubonem non esse Gallicum, vt longa equitatio, aut defatigatio, vlcera cruris, & huiusmodi. Cæterum venerei bubones in sanis, robustisq; corporib. prorumpentes, & haudquaquam immeriti, simulque qui sanguinis sunt participes, nullû discrimen afferunt, & facilè curantur; secus verò, qui in cachoeticis corporibus assurgunt, Glandularû substantiã occupant, & ex crassis viscidisque humoribus producuntur, non modo magna accidentia minantur; Verum etiam magna cum difficultate, ac laboribus curantur; quini- mo maiorum symptomatum, ac morborum sunt præludia.

Curationis autem consiliû patet ex dictis, diximus enim apparentibus bubonibus, primo laxantibus esse vtendum, deinde trahentibus; postea maturantibus, siue emollièntibus, & demû suppurantibus. Superest tandem videndum, quid agendum, si suppurationis initia prospiciantur; nam authores non parum dissentiunt. nōnulli in ea sunt sententia, venereos bubones immaturos esse aperiendos, forsan *Pauli* autoritate adducti. Qui *lib. 6. c. 34.* præcipit abscessus priusquam ex toto in pus mutati, sint esse incidendos præsertim si articulos tentant, aut principibus particulis sint vicini; abscessus quoque inter nasum, & maiorem angulum oculi, omnes

Aa ferè

ferè chirurgi crudos similiter aperiunt, ne putris materia diutius retenta lacrymalem fistulam accersat. *Auic.* pariter apostema in sphinctere ante maturationem aperit, timet enim ne in fistulam commutetur. Si igitur abscessus in his partibus exorti (dicunt) ante maturationem, ex tot, ac tantorum virorum sententia sunt incidendi, quanto magis veneri bubones, etiam nõ adhuc in abscessum mutati aperiiri debent, quæ admodum etiam pestilentes bubones ex communi medicorum consensu inciduntur ita pariter veneri; sic enim virulenta materia, quæ in bubone continetur educitur, atque prouidetur ne præcipuas adeat partes. Secus verò alij, eiusmodi bubones non esse immaturos, atque acerbos aperiendos asserunt, siquidem illa excretio utilis censenda est, quã tentat natura, quæ si nihil adiuuat, sed potius repugnat, nullo pacto sperandum est, vt quippiã a medico bene euacuetur. præterea remanet ea in parte tumor quidam scirrhusus, & insuppurabilis, quia ex sectione, Glandulæ admodum refrigerantur, calor quoque, qui pus generandi opifex est per vulnus spirat. sũt enim occludenda, quæ cõncõqui debent, inquit, *Diuius Senex* 6. epid. sect. 2. l. 31. omitto dolores, sanguinis profusiones, inflàmationes, corruptiones aliaque seu symptomata, quæ ex intepestiua apertione, vt plurimum sequuntur. Verum, vt verum di-

cã huiusmodi difficultatem sic esse conciliandam arbitror, nempe quod, nec more vulgiate maturationem aperire oportet, nec omnimodam expectare maturationem debemus. nam ex purulenta materia diutius in parte remorante sinuosa, cacoetica, & Ægre curabilia vlcera expectantur, quæ vix ad cicatricem veniunt, interea sæpè cutis pluribus in locis laceratur & vlcera fiunt admodum dolorosa, quæ tandem ex morbi vehementia, vel ex arte in vnũ coeunt. quare nunquam in his expectanda est vltima maturitas, ne sideratio sequatur, sunt enim illico aperiendi abscessus, qui ad bonum statum reduci nõ possunt. num etiam apertio debeat fieri ferro, an causticis, ex bubonis natura colligendum, quia quum bubo est frigidus, hoc est ex humoribus crassis, atque frigidis productus, apertio ex causticis, tamquam satis utilis commendatur; secus verò si ex calidioribus, ferro aperire magis expedit. Post apertionem, diu apertum continendum est vlcus, turunda in albumine oui cum luteo madita, apposita, si ferro v3. facta fuerit incisio, vel vnguento *Isidis* oblinita si causticis fuerit procurata. Post escharæ casum pro qualitate, & quantitate materiæ quæ educitur; modo suppurantibus, modo abstergentibus modo exiccantibus vtendum. Tandem cõsolidantibus absoluator curatio, ad motis etiam epuloticis. quod si contingat, vt inguina tumida persistant,

sistant, tunc ad attenuandam, ac dissipandam crassam materiam, quæ circa cicatricem continetur, emplastris diapalmæ, ac diachylonis magni simul mixtis esse utendum monet *Gabriel Fallopius lib. de morbo Gallico cap. 41.* Quando

autem pro bubonibus curandis sit secanda vena, & quando pharmacis purgantibus sit utendum, idem vir clarissimus hoc in loco satis doctè, & accurate docet, atque refert.

CONSULTATIO LIV.

*De antiquo uteri ulcerati Prolapsu pro quadam nobilissima muliere.*

**E**X utero miseris mulieribus morbos contingere siue ascenderit, siue discenderit, non solum *lib. de loc. in homine t. 59.* asserit magnus *Hip.*; verum etiam huius nobilissimæ Dominæ calamitate comprobatur, quæ ex ulcerati uteri prolapsu, ita male se habet, & immaniter affligitur; ut nullo tēpore intermisso excrucietur; quare sic macerata, atque afflicta instanter præsentanea auxilia à medicis æfflagitat.

Tanti mali proxima causa connexus illius fibrosi, cum partibus vicinis solutio fuit, nam laxatis, aut putrefactis vinculis, ut prolabatur uterus est necesse; idque præoptius euenit, cum ex collectione mucoſæ substantiæ grauior fit, unde non mirum si in propria sede contineri non possit, & prolabatur, & ex acrioribus, ac mordicantibus fuerit erofus, atque exulceratus.

Cæterum cum huiusmodi mala sint satis progressa, ac inueterata simulque in corpore senili, ac

debili existant, curationem recipere non possunt, inquit *Hip. lib. 2. de morb. t. 38. ¶ 39.* imo etiam si possent, non debent, nam cū magna erosio, ac exulceratio sit adnexa citrà maioris mali discrimen restitui non potest; marcescit enim uterus, atque putrescit, quoties vlcerebus conflictatus, reponitur, quoniam neque medicamenta possunt administrari, neque retineri, neque detergi, neque vnquam perfectè exiccari.

Cum igitur ex dictis constet huiusmodi affectiones esse prorsus inuincibiles, danda est opera, ut vita producat, ab exitalibus quæ imminent calamitatibus præseruetur, adè ut absque tanta molestia reliquum vitæ transigat. idque proculdubio cōsequemur, si dolor, qui vehementer excruciat, ingentemque exhibet acerbiter, leniatur. leniri autem poterit caprino lacte calybeato; quod non solum leniendi, verum etiam attemperandi, detergendi, atque exiccandi virtutem continet. album quoque oui cum mu-

*Curatio.*

tilaginibus seminis psyllij, & portione aliqua quatuor seminū maiorum frigidorū mixtum non parum commendatur; aqua pariter hordei, cum emulsione seminum papaueris, ac succo hyosciami permista, non est contendenda. verum cum dolor in casu huius nobilissimæ domine ex purulentæ materiæ acrimonia, vrineque contactu concitetur; idcirco, est sæpè abstergenda, sæpeque medicamenta immutanda. ad abstergendum autem lac cum melle rosaceo permistum probatur, sicuti etiam Balneum Cantarelli Puteolorum, cum puluere aluminis zucc. vigoratum, quæ, vt maiorem vtilitatem inferant, corpus per interualla leuioribus catharticis expurgetur; interea Portiones, quæ vterum respiciunt, tanquam satis vtilis exhiberi poterunt, præsertim si ex radicibus Centaurei maioris, Chinæ, folijs Plantaginis, artemisiæ, millifolij, pimpinellæ, rhapōtici, pilosellæ, caudæ equinæ, & huiusmodi, è quibus cum iure Pulli variæ portiones, quæ vulnerariæ appellatur parari possunt. terebenthina clara veneta cum saccharo, exhiberi vtiliter potest, vel pillulæ de Bdellio ad 3 ÷ sæpè exhibitæ. lac tandem asinum per mensē exhibitum, cum conferua rosarum rubearū maximè omniū probatur. Verum si ex his dolores non remittantur, quinimo vlcuscula magis proserpere, ac erodere videantur; præsertim verò tempore, quo vrina stillat, vel reddatur

intendantur; ad abstergentia, exiccantia, frigida, ac adstringentia præsidia confugiendum, ad decoctum scilicet malicorij, nucis cupressi, balaustrorum, aloes, foliorum Plantaginis, & Cyperi in aqua aluminosa paratum. vel tandem probarem, vt tempore mictus exigua fistula argentea ad meatum vrinarium imponatur, per quam vrina absque vteri contactu educi valeat præsertim si sine dolore adaptari possit. Sin minus totum opus medicamentis, & naturæ committendum, huius autem chirurgicæ operationis parte prima pagina mihi 83. mentionem facit Hieronymus Fabricius. Tandem si ex his fortè fortuna dolores sedentur, ac vlcuscula remittantur, (vt speramus) probarem vt discutientia applicentur; Cuius census esse potest decoctum seminis lini, fenu, græci, anisorum, meliloti, anethi, baccarum lauri, fol. althææ, scabiosæ, &c. vel cataplasma ex artemisia, pulegio, semine lini, floribus anethi, far. hord., lentium, oleo anethino, camemell. irino, & myrthino, vel suffumigium ex bacis lauri, ladanio, pulegio, myrrha, & thure.

Quibus omnibus accomodatus victus est addendus, quare cibi debent esse boni succi, facilis concoctionis, & nullius excrementi. vinum sit mediocris naturæ, & china alteratum, alius aperta feruetur, somnus soporiferis concilietur, omnis àëris inclementia deuitetur; & de reliquis vniuersali-

salibus præsidij ea est habenda, consideratio, quæ redundantes in corpore succos respiciat, vi restueatur, & naturalem viscerum calorem protegat.

APPENDIX.

**V**terus etsi varijs, ac pluribus ligamentis, cum varijs partibus sit alligatus, nõ propterea sequitur, quin propter casum ex alto, magnos conatus, difficile partum, contusionem, concussionem, tussim, tussim, tenesmum, ingentem clamorem, pituitosorum humorum confluxum, consimilesque alias causas, & occasiones, situm mutet, & deorsum labatur, & morbus in situ sequatur; magis tamen, & minus prolabitur, deuoluitur, atque descendit; nam interdum ad mediam vaginam, quandoque ad vuluam vsque orificium, & non semel totus extra vuluam prolabitur. Cuius curatio decubitu, quiete, & medicamentis perficitur; decubitu quidem quia mulieres, quæ hac calamitate tentantur, ab omni motu atque laboribus se abstinere debent, dormiant eleuatis poplitibus, depressisque carina, & ventre, nunquam pronæ, sed semper supinæ. suffitus insuper fiant tetri odoris v3. ex assa fetida, calciamentis vstis, perdicumpennis, ac gossipio vstis; secus verò ad nares odoramenta probantur; vbi autem hæc parum prosint, chirurgia vtendum, cuius beneficio prolapsus vterus introducitur, in-

troductus seruetur; prohibeturque ne rursus descendat. ad vterum verò sursum intrudendum; optimum atque opportunum instrumentum est candela ex cera, & assa fetida concinnata; debet tamen esse tantę longitudinis, ac magnitudinis, vt sine molestia à vulua recipiatur. possunt etiam admoueri Globuli ex subere ad formam Pyri, vel oui fabricati, & cerato aliquo obducti. nempè ex cera noua terebenthina pulueribus rosarum rub. mastiches bol. armeni, myrtillorum, consolidę maioris, Gummi elemi cum sufficienti quãtitate olei ros., ac myrthini fiat secundum artem ceratũ. Verum, vt verum dicam, vbi vterus inflatione, vel inflammatione laborat, huiusmodi Chirurgia locum non habet, nisi prius flatus discutiat; & inflammatio remittatur. Quod si contingat, vt prolapsus, temporis diurnitate, aut iniuria computrescat, pars putrida est resceanda, quin si totaliter vterus fuerit corruptus, adhuc totus est rescindendus, non enim res est ita desperata, vt nonnulli arbitantur, duas enim in amplissimo Incurabilium valetudinario mulieres curavi, quibus profus fuit abscissus vterus, quæ sanitati restitutæ fuerunt, & adhuc viuunt. illa tamen miseria conflictantur, quod v3. inuoluntariè vrinam reddunt. non enim vterus ad vitam est necessarius, siquidem mulieres absque vtero viuere posse, imo ad coitum aptas esse multis historijs; & exemplis demonstrant

AUCH-

irandi molus,

*Auenzoar lib. 2. tract. 5. c. 4. Franciscus Roffetus lib. de Partu Casareo,*

alijque quamplures.

## CONSULTATIO LV.

*De vlcerebus vteri pro quadam nobili Muliere.*



Vam grauia, ac periculis plena ex lue venerea miseris mortalibus accidant mala, præter clarissimorum virorum oraculum, quotidianum abunde demonstrat experimentum, & nunc huius nobilis mulieris pernicie satis euidenter innotescit. quæ quindecim ab hinc mensibus ex proprii viri commercio hac labe infecta de malignis, ac exedentibus vlcerebus circa collum vteri vehemèter cõqueritur; pro quibus curandis multa, ac varia experta est auxilia, tum à medicis excogitata, quæ à vetulis admota; sed omnia incassum fuere tentata; adhuc enim non sine diris doloribus vigilijs, ardore, & incendio perdurant; nec mirũ quia ab eisdemmet causis, à quibus fuerunt producta, fõuentur, ab humoribus scilicet mordicantibus erodentibus, atq; malignis, ob Hepatis vitium Gallicana lue infecti, genitis; & illa quidem non initiata, sed progressa pænèque confirmata, siquidẽ mali pertinacia, & recidiua vitiũ arguunt non solum partis, sed totius præsertim verò Iecoris.

Quæ quoniam sunt sordida, diuturna, virulenta, ac depascen-

tia, non solum curatu admodum sunt difficilia; verum etiam metuendum ne deteriora fiant, & maiora mala accersant, præsertim si ex acrioribus auxilijs irritentur, siquidem non semel vidimus huiusmodi vlcera ad anum vsque penetrasse, fecesque per vuluam, & vrinam per anum excerni, idq; facile contingit quum Pravi humores vuluæ parietibus adherentes non detergantur, & hinc inde proserpentes cuniculos agunt, intestinum perforant collumque vesicæ exedunt. Quare, vt huiusmodi calamitates euitentur, excogitanda sunt apta, ac tempestiua præsidia, quæ primo causam respiciant; deinde affectum nempe vlcera.

Quæ autem causam, humores v3. malignos, & erodentes respiciunt sunt cathartica, quæ redudantes, ac vitiosos Ichores educendi facultatem possident, nempe Syrupus ros. solut., suess., cass., de succo violaum, de fum. ter. cõpositus, conf. hamech., & huiusmodi, alteratistamen, ac præparatis attemperantibus serapijs. à præparantibus verò, atque purgantibus, quæ vterum respiciunt est prorsus abstinendum. ne humores ex his commoti, atq; exagitati. ad vterum ferantur, vlcera

ra

ra irriterentur magis, corrumpantur, & maligniora fiant; sunt quædam alia, quæ latentem causam dissipant, nempe decoctum Guaiaci, radicis chinæ, & spartę parillæ in loco sudorifico, saltem per mensem assumptum, cum folijs endiuicę, lup., hepaticæ, & floribus cord. Suffumigia, & pilulæ quædam, quæ mercurium recipiunt.

Sed, quæ affectam partē, idest vlcera respiciunt sunt exiccantia auxilia, non tamen admodum valentiora, ne maiores fluxiones cōcitentur, dolores intendantur, & erosiones maiores fiant, sed debiora cū abstergentibus simul mixta, siquidem dolores in his vlceribus, à sordibus, acri sanie, & intēperie valde calida fiunt; quare illa auxilia esse administranda arbitror, quæ attemperandi, leniēdi, atque detergendi facultatem obtinent, vt lac calybeatum, cum melle rosato mixtum, vnguentū de lytargyrio, de minio cum puluere mercurij præcipitati dissoluta, & mercurio extincto permixta. aqua aluminosa in qua sit dissolutum mel rosaceum, & butyrū saturni; lotiones ex decocto foliorum plantaginis, hord., lupinor., gentianę, bursæ pastoris, aristolochiæ, rasuræ ligni Indici, & aluminis, simul cum melle rosato, intus syringa proiectæ. Verum si accidat, vt à mali vehementia: ac pertinacia, memorata auxilia repellantur, tunc iterum, atq; iterum corpus repurgandum, postea ad vsum lactis Asinini confugiendum, nam attemperandi, atque

abstergendi mirā cōtinet facultatem. ad partem verò affectam sequens linimentum administrari poterit v 3. ꝛ. pul. tutiæ præparatæ, cerussę, floris aeris, litargyrij, aluminis, plumbi vsti ana 3 2. mercurij præcipitati 3 3. suc. plātag. & solani; ana 3 1. ol. ros. 3 ÷ agitentur simul in mortario plumbeo, cum Pistillo plumbeo ad formam linimenti, adde postea mercurij simpl. 3 1. quibus non conferentibus ad suffumigia recurrendum, quorum vsu huius regionis vlcera, quantumuis maligna, & praua, in dies in amplissimo, ac Regio Incurabilium valedudinario feliciter curantur. quibus omnibus addenda est optima victus ratio, & de reliquis quoq; rebus non naturalibus exacta habenda est prouidentia.

APPENDIX.

**I**N ceruice vterique collo frequenter erumpunt vlcera; raro verò, aut nunquam in corpore eiusdem; idque contingit, quia vterus circa cæruicem carnosus est, atque humidior; quare facile ab erodentibus succis alteratur, laceratur, & corrumpitur, & vlcera maligna dolorosa sordida, & depascentia sequuntur, magis tamen minusue, pro vt causæ fuerint maioris, vel minoris actiuitatis, vt laboriosus partus vitiatum semen, purulentæ materiæ stillicidium, biliosi, & feruētes Ichores, ardens coitus, mestruus sanguis valde alteratus, & mor-

mordicans, melancholicus succus efferatus, & huiusmodi, quæ pro vt sunt maioris acuitatis, vel minoris, maiora, vel minora mala vlcera inuehūt. huius regionis vlcera, præsertim vetera, callosa, & cū Gonorrhœa coniūcta vix curationem admittunt; non enim abstergentia, atque exiccantia præsidia absque maioris mali periculo admittunt, quin ob consensū quem multis cum præcipuis partibus vterus habet, facilè est ijs propriam noxam communicare; & varios morbos, variaque symptomata inducere; duos enim nervos valde exiles à sexta coniugatione habet, quare per nervos alligatur cerebro, per venas Hepati, & per arterias cordi; vnde facilè huiusmodi partes sentiunt mala, quæ in vtero fiunt. Quæ vt

euitentur, instituta proba victus ratione, mittatur sanguis à saphena, & vbi viget plenitudo, etiam à basilica; quamquam non parua curationis pars sit, antecedentem materiam peccantē, cathartice euacuare, postea totius corporis intemperies corrigatur, & mala qualitas, si quæ adsit in Iecore emendetur, ac alexipharmacis prorsus tollatur, præsertim verò symptomatibus occurratur. ad vlcera tandem, sicciora administrantur medicamenta, vt *lib. 5. met.* notauit *Gal.* sicuti sunt lotiones ex decocto plantaginis, agrimonie, equiseti, centinodij, pilosellæ, fol. apij, in vino rubo confecto, addito hydromelite; præterea sunt etiam pulueres cerussæ, bol. armeni, aluminis, tutiæ, aloes, &c.

## CONSULTATIO LVI.

*De bubonocèle pro quodam magnifico viro.*



**A**ffectus P. N. quo in dextra inguinis regione, decem ab hinc mensibus magnificus hic Ægrotus sexagenarius detinetur, extumescencia quædam est, quam nostri incompletam hærniam, siue inguinis Ramicem; Græci verò bubonocelē appellant; idque satis euidenter denunciat, extuberantia, quæ permanens non est, nam vt in dies obseruatur, modo crescit, modo minuitur, compressa intra Abdomen facilè

recurrit, rursūq; extuberat, & nō sine murmure; præterea est indolens, lenis, ferèque orbicularis, quæ, vt *Celsus lib. 7. c. 14.* ait, huius mali sunt legitima soboles. Sed quoniam huiusmodi affectio, vel fit ob peritonei dilatationem, vel ob eiusdem fracturam. in casu huius magnifici Patiētis fieri, ob peritonei dilatationem, non autem fracturam credendum, atque affirmandum omnino est; idque percipitur, quia pedetentim, & pænè sine dolore cæpit prorumpere, non autem de repente, & cum

cum dolore, qui acutus, atq; lancinans in ijs, quæ fiunt ob rupturam, siue fracturam Peritonei ferè semper est.

*Causa*  
 Dilatationis autem causæ, quamquam esse possint vehemens tussis, clamores, spiritus retentio, & huiusmodi, tamen quoniã in casu huius patientis nulla ex his præcessit occasio; idcirco fuisse nimiam humiditatem peritonei quæ processus imbecillitatem, ac lubricitatem, præsertim verò flatum ex nimio potu, & crâpula productum, mihi persuadeo. flatu enim, quo huius patientis corpus, quammaximè affluit ferè sæper huius mali est potentissima causa, siquidem cum peritonei ima pars flatu turget, simulque intestinum tumet, vel fecibus opletum, & illuc impetum facit, bubonocèle assurgit inquit *Paul. lib. 6. cap. 66.*

Cæterum cum huiusmodi Rameus sit ferè annuus, in corpore senili, ac cachoetico consistat, præterquam quod nullam salutis fiduciã admittit, multa ex leui causa mala potest inferre, nempe dolores illiacos, intestini reuolutionem, stercoris vomitum, miserandumque malum. solum verò circa initia, & formam Glandis non excedens curationem habet, inquit *Valofcus à Taranta*; tamen quia *Fabritius Hildanus obseru. 54. c. 5.* refert quendam Generosum virum Bernensem saxagenarium quiete tantum, & in dorsum decubitu, per sex circiter menses in lecto affixum à maxima hernia

intestinali fuisse liberatum alibi quoque scripsit se bubonocèlem sphacelatam curasse. de qua re non miror, nam in dies in amplissimo Incurabilium valetudinario quamplures sphacelatis hernijs oppressos curauimus, & curatos vidimus; vnde hac fiducia frētus de remedijs excogitandum. non solum de ijs, quæ affectam partem respiciunt; verum etiam de ijs, quæ aduersus causam pugnant.

Quæ autem respiciunt affectam partem ea censentur opportuna, quæ intestinum in proprium locum compellendi, continendi, exiccandi, astringendi, atque agglutinandi facultatem habent, intestinum autem faciliè compellitur, atque in suum proprium situm reducitur, cum neque flatibus, neque fecibus est referctum; sed quoniam in casu huius Patientis, ab his non est immune; idcirco curationis initium ab emollientibus, flatum discutientibus esse debet. quare aqua, atque oleo calidis quousq; feces emolliantur, ac flatu discutiantur foueri affecta pars debet, vel cataplasmate, quod recipit cepæ liliorum alborum ꝑ 3. fol. maluarum, violarum; & parietariæ ana m. i. sem. lini, & fenugræci, ana ꝑ 2. coquantur, pistententur, & per setaceum traiciantur, cum butyro, & oleo liliorum alborum ꝑ 5. A. f. cataplasma. æmolliet fecibus, ac discussis flatibus, digitis ex arte admotis, intestinum in propriam abdominis capacitatem propellatur. verum si hac arte compelli nequeat patiens ma-

B b nibus

nibus; pedibusque præhēsus hinc inde concutiatur, quousque intestinum sursum reuoluatur, resupinato prius corpore, capite verò deorsum vergente. Post intestini repositionem agglutinantia sunt administranda. Ceratū v3. quod recipit bol. arm., thur, aloes, malicor., acaciæ, myrrhæ, hypocist. sang. drac., visci quærcini, ana 3 2. bituminis, picis, ana 3 3. cum ol. myrrh. & cera 5. A. f. ceratum; possunt etiam per os quædam alia agglutinantia exhiberi. Præsertim verò electuarium, quod recipit rad. anonidis, hypoglossi, bol. arm., ter. sigill. ana 3 4. cinnamomi, myrrhæ ana 3 1. Gummi tragacanti 3 3. rad. consol. maioris elixat. 3 2. iuleb. ros. q. 5. 5. A. f. electuarium. non parum quoque commendatur pilula, quæ conformatur ex 1. chalybis præparati, cum sacch. & syrupo de rosis siccis, præcipuè si postea exhibeatur vinum in quo herba hepatica fuerit decocta. non parum quoque pariter pulvis herbe Herniarie quotidie, cum vino ad 3 1. sumptus; vel pulvis sem. nasturtij agrestis, cum ouo sorbrli, matutino tempore per plures dies, aut, cum lacte coctus, vt inquit Gordonius, deuoratus. præterea non sunt interim omittenda exiccantia præsidia, decoctum v3. spartæ parillæ, & ligni indici, ex aqua calibeata per multos dies sumptum; huiusmodi enim auxilia non parum conferre possunt, si post dicta agglutinantia Cerata affectæ parti administrata, illi-

co subligaculo, vel fascijs ex arte admotis affectus locus munia-

tur. Denique non sunt omittenda illa præsidia, quæ aduersus causam pugnant. quare præmissis serapijs de succo bett. de hyssopo, de rhodom. zucc., cum aquis feniculi, petrosell. cinnamomi; phlegmagogis corpus mundificetur v3. mell. ros. solut., ag., diaph. mechoacan. & cet. Corpus pariter cibis facilis cōcoctionis nutriatur, euitetur crapula, & quæ flatulētam materiam generare possunt. potissimum verò probatur quies, quæ herniarum vnica est panacea.

#### APPENDIX.

**P**lures Herniarum species veteres medici constituerunt, carnosam v3. aquosam, ac ventosam, quibus etiam tres aliæ addi possunt, nempe intestinalis, zirballis, & ex vtrisque mixta. Hernia diff. Intestinalē, quæ vltra inguina non descendit, nec in scrotum deuoluitur Herniam incompletam Latini, Græci verò bubonocelē nominant; Quæ verò in scrotum penetrat completam Herniā Latini, Græci verò enterocelē appellant; tandem quæ est ex intestino, & omento mixta enteropliploocelē.

Harum Herniarum causæ primitiue, siue remotæ solent esse vehementes conatus, siue in saltando, siue in vociferando, siue in canendo, &c. præterea casus.

casus, percussio, iactus lapidis, &c. unde etiam Cõcionatores, Athletæ, equum currentes, tussi forti laborantes, & superfluo coitu vten-tes, facile in Hernias incurrunt. potissimum verò multa humiditas in partibus illis contenta, mollificans, & laxans horum vitiorum causa esse potest. Sed qua ratione homines præsertim mares magis, quam cætera animalia hernijs sint obnoxij. Ratio in promptu est; quia recti incedunt; & intestinorum pondus à pectine sustentatur. illud quoque omittendum non est quod eiusmodi mala sæpè quoque hereditaria esse solent: ea scilicet, quæ à relaxatione fiunt.

*ignas*  
 Herniæ generaliter facilè dignoscuntur; sed num sint completæ, vel incompletæ, omentales, vel intestinales, vel simul mixtæ, non nisi à studiosis, peritisq; medicis deprehenduntur. prorumpere autem solent non solum in inguinibus; verum etiã circa umbilicum, & ubique in ventre inferiore. Cæterum Herniæ parvæ, & circa sui initia, curatu sunt faciles, sed quia parum nocent: idcirco non quæritur remedium, & si quandoque quærat pauci eo debite vtuntur, quare paulatim confirmantur, & rebelles fiunt. & quamquam parvæ, & in ætate tenella subligaculo, quiete, & exiccantibus facilè curentur; tamen quæ supra umbilicum prorumpunt, quamvis parvæ sint; lethalia symptomata plerumque inducunt. nam ob gracilium intesti-

norum compressionem, sæpè excrementa ore reiciuntur. incorrigibiles quoque solent esse illæ, quarum descensus inter pellem, & dydimum fit; nisi ante vigesimum diem efficacibus adhibitis remedijs curentur. demum completæ, inueteratæ in corpore fenili, aut cachoetico exortæ, sunt prorsus insanabiles, qui enim has posse curari dicunt, sunt deceptores, inquit *Guido*, & si aliqua sanandi fiducia esset, ex Chirurgia esset expectanda; quæ sine euidèti mortis periculo exerceri nequit, ob horrenda, quæ sequuntur accidentia, & quamquã Hyerotimi, nonnullos quandoque sanent, quamplures etiam vita priuant. quare cum eiusmodi curatio semper dubia, & periculosa sit, infamiæ euitandi gratia, Cursoribus est relinquenda. ad nos autem spectat symptomata euitare, quæ non semel insequuntur. præsertim verò, cum cæcum intestinum in scrotum prolabitur, siquidem ob fæcum duritiem vix reduci potest; & quamquam generosa medicamenta pro emolliendis fæcibus administrantur, tamen vt plurimum in cassum applicantur; unde necessitate adducti ad illa duo extrema remedia tamquã ad sacram ancoram confugiendû, ad Balneum scilicet ex herbis laxantibus, ac emollientibus in aqua, & oleo decoctis, vel ad oleû amigdal. dulcium recenter extractum, ad libram semis, cum saccharo per os assumptum.

Empirici pro recentibus Hernijs

B b 2

nijs

nijis curandis vomitorijs vtuntur ex 3 i. electuarij Polycresti; & per interualla drac. duas tartari vini albi per horam ante cibum exhibēt. in parte verò affecta emplastrum de adamante crasso modo puluerizato, cum Glutine pisciū in incorporato per 60. dies admovent, quod pro magno secreto habetur; dicunt enim, quod proculdubio salutem promittit si mane, ac vesperi per 30. dies 3 i. de limatura calybis, cum vino decoctionis Hepaticæ, & rad. cōsolidæ maioris accipiatur, ac Patiens in lecto quiescat. alij vtuntur medicamento, quod recipit spiritus vini ter destillati lib. i. resinæ pini siccæ, thuris, mastich., sarcocollæ

ana 3 ÷ puluerizata infundantur in spiritu vini; agitentur quotidie, postea linteolum in hac aqua maditum, affectæ parti applicetur. semel in die per tres menses, interea puluis bis lingue assumatur. Ruptos à natiuitate beneficio pul. verm. terrest. exhibiti per quinque dies à quodam empirico fuisse multos curatos refert *Petrus Forestus lib. 27. obs. 15.* qui ad partem affectam, oxicroceum admouebat; subligaculis cōsuetis iniectis. Verum, vt verum dicam, huiusmodi empirica Curatio vix, locum habere potest, cum intestinum flatibus turget, & fecibus est repletum, vel extra peritoneum prolapsum.

### CONSULTATIO LVII.

*De dolore coxendico pro quodam Reuerendo Sacerdote.*



Modum Reuerendus hic patiens sexaginarij temperatura melancholica præditus; post multa variaque, in rebus nonnaturalibus errata præsertim verò in cibo, & potu, animique varijs passionibus, quendam tensuum dolorem in destro coxæ articulo perferre cæpit, iam quartus agitur annus, qui interdum auctus, sæpeque opportunis adhibitis præsidijs, remissus; quandoque etiam profus sedatus; tandē tribus abhinc diebus, sic immaniter excruciat, vt neque stare, neque deambulare, neque quiescere quinimo, neque in lecto cōmode cubare valeat.

Pars affecta ex dictis innotescit; est enim fæmoris articulatio, vna cum circumfisis, adiacentibusque particulis, membranis scilicet, musculis, atque ligamentis, vt ex læsa partis actione, sequissimisq; harum partium doloribus, satis euidenter percipitur; videmus enim quod ctus, neque tendi, neque flecti, neque absque ingenti dolore, huc, illucque moueri potest. affectus verò est symptoma, quod ad tactricè facultatem refertur, sequitur enim ad morbum in intemperie, cum materia, ad malam compositionem, ac solutam vnitatem.

Cuius causa non est intemperies pura quæ huius mali sæpè est causa, vt *lib. de internis affectib. c. x.*

54. notauit *Hip.* sed humores etho-  
rogeni partim per defluxum, par-  
tim per congestum collecti, mem-  
branas, neruofasque partes distē-  
dentes, ac mordicantes. quorum  
terminus à quo à toto esse puto,  
vt grauitas, totiusque corporis  
plenitudo suadent; sed potissimū  
à capite, quod semper fuit catar-  
rhosum, sicuti nunc quoq; est. via  
autem per quam è capite ad hanc  
articulationem confluent humo-  
res, est spinalis medulla, per quā  
descendunt ad articulos, vt *lib. de*  
*Gland. tex. 10.* notauit idem *Hip.*  
Sed an huiusmodi succi, sūt de ge-  
nere calidorum, an frigidorum,  
non est facilè decernere, siquidē  
non videtur, quod sint de genere  
calidorū, quoniā, neq; calor, neq;  
rubor, neq; febris, neq; oris ama-  
rities, neque vrina rubra, quæ  
sunt caliditatis notæ apparent;  
neque esse de genere frigidorum,  
quia neq; color est ad album mu-  
tatus, neque ad liuidum, neque  
locus frigidus tangitur, neque  
fouea remanet. vnde huiusmodi  
humores esse etheorogeneos, sed  
in prædominio frigidos est cre-  
dendum.

Quare non mirum si hanc ob  
causam, & quia huiusmodi humo-  
res in penitiorem partem sunt in-  
fixi, affectio hæc sit curatu diffi-  
cilis; non enim à medicamētis quā-  
tumuis generosis, ac fortibus fa-  
cilè attenuari, dissolui, ac supe-  
rari possunt, cum eorum facultas,  
non nisi remissa, valdeque refra-  
cta in hanc penitiorem partem  
penetrare valeant, & quod peius

vix euitari potest, quin in dies  
nouum subsidium accedat, qua-  
ratione scripsit *Celsus*, quod malū  
hoc raro hominem dimittit. qua-  
re priusquam ligamenta, siue pro-  
pria, siue communia prorsus la-  
xentur, sāmur extra excurrat, col-  
lectus humor veluti in lapideum  
quid concreseat, aut coxa conta-  
bescat, aut corpus macie afficia-  
tur, claudicatioque insequatur,  
est huic malo, succurrendum.

Auxilia autem, quibus hisce  
malis est succurrendum petenda  
sūt, ab illis tribus medicinæ instru-  
mētis, dietetico v3. pharmaceu-  
tico, & chirurgico. Et quantum ad  
dieteticam facultatem spectat,  
hæc tantæ est efficaciam, vt se-  
pè ab hac sine alijs auxilijs remit-  
ti, & superari soleat, quare tenuis  
sit oportet; interim etiam præmis-  
sis clysteribus ex decocto carica-  
rum, cumini, parietarię fol. rutæ,  
sapę, cū oleo eiusdē rutæ, & diaph.  
secetur vena primo pedis sani,  
deinde affectæ partis, præsertim  
verò, quæ per malleolum exter-  
num excurrit, quam venam scia-  
ticā appellant, tanto magis quod  
dolor extrinsecus percipitur, mit-  
ti tamen debet parcius ex crure  
sano, fatim verò ex affecto, &  
quoniam ob ventriculi, ac sple-  
nis etiam vitium in corpore hu-  
mores succrescunt; idcirco eorū  
educationem potius per vomitum,  
quam per secessum tentarem, sic  
enim efficitur reuulsio, quæ in  
hoc affectu maioris est momenti,  
inquit *Ludou. Mercatus lib. 4. c. vlt.*  
quare præmissis serapijs ex rho-  
do-

domell. zucc. atq; bett. penna. Gallinacea oleo intinta, vel aq. tepida, cum oximell. simpl., & sy. acetoso mixta, procuretur vomitus. Verum si ex his doloris remissio non sequatur, non est omitenda illa euacuatio, quæ per epicrasin fit, potissimum verò per acres clysteres v3. ex decocto rutæ, saluiæ, stechados, centaurij, maioris, anethi, hier. simpl. ol. rutæ sapa, & diaph.; aut ex pilul. fatidis de hermod., de ag. &c.

Post antecedentis materiæ euacuationem, incumbendum, vt materia fluxa, atque intra articulum infixâ dissipetur; ac insensibiliter æducatur præsertim verò, per sudationes, quas decoctum ligni Indici, & spartæ parillæ in loco calido exhibitum mouet. hoc idē præstat Tina sequenti decocto plena inter pedes, & crura admodum v3. ꝛ. saluiæ, roris mar., origani, pulegij, maioranæ ana m. i. flor. camemil., aneth. ana m. ÷ fol. lauri, & hæderæ ana P. i. fol. & fruct. iuniperi parūm. bull. simul in aqua, & ex arte procuretur sudor. postea ad irrigationes ex oleo anethino, irino, rutaceo, & liliorum alborum, deueniendum; verum si neque ex his dolor remittatur, ad vntiones ex ol. de cast. de pipere, de piretro, irino, adipe suillo, & parum aceti, vel ad vnguentum vulpinum, vel martiatum, vel vnguentum de vesperilionibus *Auic.* proculdubio esse recurrendum puto. verum, vt verum dicam huiusmodi fortiora au-

auxilia, nisi corpus fuerit perfectè expurgatum adhibere non cōducit, alioquin ad affectam partē maiores concitarentur fluxiones, & dolores intenderentur.

Verum si neque his dolores cedant, ad vesicantia confugerem, hæc enim à centro ad circumferētiā vehementer trahunt. à Narcoticis prorsus abstinerem, quoniam infixam materiam crassiorē reddunt, affectum locum admodum ad frigidum intemperant, & malum sæpè incorrigibile inducunt. quare potius, ad naturalia balnea deueniendum, ad Balneum v3. fornelli Insulæ Ænariæ, vel ad Balneum de subueni hom. in Agro Puteolano, vel ad fumarolas Agnani, vel Arenulas Puteolorū, vel tandem ad vinacea vini Generosi, quæ circa Montis Vesuij radices fiunt, quæ suo loco, ac tēpore fauente Deo administrari poterunt. Quibus non conferētib; tanquam ad sacram Ancorā tandem ad vstionem deueniendū, cuius causa, frigida Articuli intēperies corrigitur, pituitosi Ichores exiccantur, crassi extenuantur; & affectę parti robur adducitur potissimum si tres, aut quatuor in carne circa Ischij articulationem fiant, & cum è capite ad Articulum defluat Pituita, probarem, vt in brachio sinistro cauterium aperiatur, simulque in crure sano; nam videmus, quod ex totius corporis habitu ad huiusmodi Articulum demandantur humores, atque ita in hoc calamitoso casu huius Reuer. esse procedendū puto.

AP-

APPENDIX.

**V**itia, quæ Artus infestant, dolor arthriticus à nostris, arthrytis à Græcis, & à barbaris Gutta appellântur, propria autê præcipua, & grauior, articulorû species ex his, est illa, quæ coxarum iuncturas occupat, & dolor coxêdicus nominatur. cuius causæ externæ sæpè sunt casus, percussio, saltus, super ferrum, aut frigidum lapidem sessus, longa equitatio, cibus inordinate ingestus, crapula, vinum potens, coitus immoderatus, non raro etiam lues venerea, quæ ea in parte firmatur; interne verò sunt humores pituitosi raro, aut nunquã simplices, sed bile, vel sanguine perfusi, vt plurimum crassi, sæpè etiam maligni, ac virulenti, nervosus, ac membranofas particulas mordicantes, ac distendentes. antecedit autem hoc vitium non raro proximorum musculorum, ac lumborum dolor, qui etiam ad inguina se extendit, vesicæ molestiã exhibet, vrinæ difficultatem non semel inducit, & tunc etiam totû crus dolore affligitur. quia ratione coxendica affectio semper mala, ac curatu difficilis est, & si iuuenilem Ætatem inuadat, breuiorem vitam portendit; ita pariter si hæreditaria sit non curatur; quinimo, si in hac affectione rubor ad latitudinem trium digitorum, cum pruritu appareat, & Patiens olerã appetat circa 25. fato cedit, vt non semel est obseruatum.

Curatur autem affigentis humoris auersione, atque euacuatione, siue per venæ sectionem, si ex sanguinis multitudine ortum ducat; siue per vomitum, aut per clysteres, aut per pharmaca purgantia, huiusmodi enim dolores in vna die per sanguinis detractionem, è cruribus factam fuisse curatos refert *Gal.* præsertim verò, in affectionibus inueteratis, vomitus pariter, non sunt reiciendi, sicuti clysteres, & ea quæ per os exhibentur pharmaca. Verum si pituita crassa, & lenta in articuli cavitata collecta, valde concresecat, aut exiccetur, & dolores vehementer excruciet, & intemperies frigida, & solutio continui inducitur, cum ex memoratis supra præsidijs nullum sperari, neque expectari possit iuuamen, ad vstionem deveniendum, hæc enim frigidam intemperiem emendat, mucosa illa excrementa exiccat, ac prorsus tandem absumit. potissimum si quatuor in locis supra coxam candenti ferro cauteria aperiantur, vt *lib. 4. c. 2.* inquit *Celsus.* huiusmodi enim ignea præsidia tamquã satis proficua, pro his Ischiadis vitijs curandis ab *Hip. Paulo*, *Albucasi*, *Aerio* ferèque ab omnibus medicis commendatur, vt *lib. 2. c. 6.* de igneis præsidijs satis accurate refert *Ioannes Costeus.*

CON-

## CONSULTATIO LVIII.

De femoris luxatione pro quadam honesta Muliere.



Vod superius fœ-  
moris caput, q̄ in  
cauo coxæ inferi-  
tur, propter exter-  
nam violentiam,  
plerumque è pro-  
pria cauitate remoueat, ac in  
alienum locum prorumpat, est à  
clarissimis viris abunde mōstratū,  
& nunc huius honestę mulieris ad  
uersa fortuna confirmatur, quæ  
propter violentum casum, tribus  
abhinc diebus ex sublimi loco fa-  
ctum de sinistri fœmoris luxatione  
vehementer conqueritur. quam  
esse in exteriori Articuli parte,  
denunciant affectum crus, quod  
breuius apparet; interna eiusdem  
Articuli regio, quæ caua obser-  
uatur; exterior verò tumida, atq;  
dura; inferior fœmoris extremitas  
quæ in interiorem partem cōuer-  
titur, sicuti crus, & pes, denique  
idemmet Crus, quod flecti nullo  
modo potest, quoniam postero-  
res musculi flexui repugnant, vti  
præter *Hip. lib. 3. de Art. r. 68.* no-  
tauit *And. Vesallius lib. 1. de ofsib.*  
*lux. c. 15.*

Verum cum huiusmodi luxatio  
recens sit; in ætate iuuenili, in  
corpore robusto, ac citra inflam-  
mationem consistat; priusquam  
praua, ac mala oboriantur accidē-  
tia, & ossis restitutionem in pro-  
prium cauitatem interturbent;  
quamcitissimè est corrigenda.

Quicquid enim loco suo motum  
est, ante inflammationem esse  
reponendum præcipit *Celsus lib. 8.*  
*c. 11.* quæ si præsens sit; vt quie-  
scat est expectandum. quamobrè  
nulla interposita mora in propriū  
sinum est luxatum os reponendū.  
restituēdi autem opus in membri  
extensione consistit, quæ, vt ex  
arte fiat, est Patiens in Scanno  
collocanda postea in spatio illo,  
quod inter genitalia, & anum in-  
tercedit, & in imo fœmore vin-  
cula iniiciantur, quibus ita admi-  
nistratis deorsum versus partem  
contrariam, simulque sursum ex-  
tensio à robustis ministris fiat,  
mox verò ossis caput, manibus in  
suum locum compellatur. Verum  
si hac arte eiusmodi restitutio fie-  
ri nequeat; ad Trocleam esse de-  
ueniendum, ferè authores omnes  
præcipiunt. hoc modo v3. Primo  
sub axillis ad columnam Patiens  
ligetur; deinde coxa ad torcular  
istrumētum ligatura firma; postea  
torquendo ab omni parte Patiens  
trahatur, donec restituatur mani-  
bus luxatum os in suum locum,  
sic enim proculdubio operatio  
absoluitur.

Post repositionem, quæ ex stre-  
pitu, crurum paritate, doloris se-  
datione, & libera Patientis infle-  
xione, ac extensione percipitur,  
vt *lib. 14. c. 6.* & *lib. 15. cap. 44.*  
notauit *Ambrosius Pareus*, ea auxi-  
lia,

Curatio.  
 lia, quæ lesam partem à dolore, ac inflammatione, vindicare valeant, simulque ne membrum rursus prolabatur retinere; sunt administranda; sicuti præter tenuè victum, venæ sectionem, ac cathartica, quæ Ichorosos humores respiciunt, sunt adstringentia medicamenta, artificiosa ligatura, ac idonea membri collocatio; verum priusquam ligatura fiat vniuersa lesa pars, cataplasmate obducatur. quod confici potest ex far. hord., tritici, pulu. ros., myrtyllor., cort. granatorum, ol. masticino, mirt., & ros., cū ouo quasfato, citra ignem. postea ex arte alligetur membrum, ac in capsula lignea collocetur, nec anteseptimum soluatur, nisi aliquod symptoma vrgeat. Post septimū emplastrum exiccans, discutiens, adstringens, ac roborans administratur; vti est, quod ex pulu. bol. arm., ter. sigil., thuris, sarcocolle, mast., mumiæ, aloes, terebenth., & pice conficitur. atque ita procedendum puto, donec membrum roboretur; idque citius accidit si decocto absynthij, ros. rub. musci albi querc., fol. cit., myrtillorum, & camomill. foueatur. his enim auxilijs ex arte administratis honestam hanc patientem sanitati posse restitui proculdubio est credendum.

APPENDIX.

QVamquam fœmur ossi coxæ dico duobus ligamentis, robustissimisque musculis sit alligatum; non propterea sequitur, quod in partem anterio-

rem, posteriorem; exteriorem, & interiorem luxari non possit; illud tamen verum est, quod raro in priorem, ac posteriorem; nam supercilium acetabuli, quod in huiusmodi ossiū partibus altius existit, id vetat; secus verò, sæpè in exteriorè, & interiorè, quia est minus altum, simulq; ligamentū rotundum, magisque internis partibus proximum. Quare nō prohibetur, quin in partem præsertim internam fœmur luxetur, & tunc crus longius altero apparet ob fœmoris caput, quod descendit, & Genu proeminentiā, sicuti etiam tibiæ, & pedis in exteriorè partem percipitur, tumor pariter inter anum, & testes, in exteriori parte sinus, & demum flexionis motus abolitio, quia flectentes musculi sunt coacti, atque impediti, quominus ipsum fœmur attollere, ac flectere possint.

Fœmur, siue in hanc, siue in illam partem luxetur ferè semper admodum difficulter restituitur, quia ob fortissimos musculos, quibus est referctum extensio vix fieri potest. adhuc etiā difficilè tentatur repositio, si accadat in senili ætate, in qua tendones, musculi, ligamenta reliquaque neruosa corpora ita dura, ac præualida sunt, vt extensio propter, contumaciam, ac rigiditatem sine maximis laboribus, ac cruciatibus fieri nequeat, quin etiam si extensio fiat, & repositio sequatur, non propterea res est in tuto, quia facilè rursus excidit propter musculos iam imbecillos reddi-

tos, quare non sine ratione insanabilis pronuntiatur à *Gal. lib. 17. de usu part. c. 2.* illud tamen concedi potest, quod quum luxatio est recens, & periti restauratoris

solertia non deest, sperare licet, quod sanitati restitui possit, quia in hac luxationis specie, tanta non opus est extensione, cum longius crus iam sit redditum.

## CONSULTATIO LIX.

*De Genu sinistri luxatione pro quadam nobilissima muliere.*



Qvod propter causum è sublimi loco factum gravissima omnibus de mortali stirpe creatis, accidat mala; potissimum verò articulorum luxationes, non solum est à clarissimis viris abunde monstratum; verum etiam quotidiana patet experientia. Quare non mirum, si nobilissima hæc Ægrotæ ob casum ex alto pavimento factum de sinistri Genu dolore, impotentia ipsum flectendi, ac tendendi vehementer conqueratur.

Quorum omnium symptomatum causam esse ipsius Articuli completam luxationem certum esse fateor, contingit enim facile in hac regione, ossis de propria sede remotio, quia tibialis ossis cavitates superficialis, valdeque lænis est, simulque imi femoris pars, quæ in orbitæ formam excissa est, eiusdemque capitula valde lænia, & lubrica sunt. Quare non sine ratione ferè omnes auctores affirmant, quod Genu est velocis dislocationis, videmus

enim quod absque causa violenta, quinimò propter velocem duntaxat deambulationem ossis sequatur prolapsus.

Sed quoniam ex communi medicorum consensu, tribus modis luxari potest Genu, in interiorē scilicet, exteriorē, ac posteriorē partem, ut *4. de Articulis com. 51. et 3. de frast. tex. 60.* inquit *Gal.* in priorem verò raro, aut nunquam; quoniam apposita patella, ossa illius partis continens, id vetat. in casu autem huius Ægrotæ esse Genu tantum luxatum, ac os interius prolapsum, indicant cavitates externa, tumor partis internæ, sura introrsum intorta, motus prorsus abolitus, non enim eius extensum, aut rectum servari, nec etiam curuari potest. ut igitur symptomata quæ excruciant remittantur, & alia quæ imminent evitentur, quamcitissime luxatum os in suam sedem priusquam inflammatio superueniat est restituendum. si enim contendatur vix poterit evitari ne affectus locus in tumorem attollatur, & abscessus concitetur.

Cæterum quoniam completa,

ac

*Mali causa.*

completam luxationem certum esse fateor, contingit enim facile in hac regione, ossis de propria sede remotio, quia tibialis ossis cavitates superficialis, valdeque lænis est, simulque imi femoris pars, quæ in orbitæ formam excissa est, eiusdemque capitula valde lænia, & lubrica sunt. Quare non sine ratione ferè omnes auctores affirmant, quod Genu est velocis dislocationis, videmus

ac perfecta huiusmodi luxatio ob-  
seruatur, idcirco extensione opus  
est; quæ hoc modo fieri poterit,  
sedeat Patiens super sedem hu-  
mitem, deinde parumper eius pes  
eleuetur, postea à forti ministro  
fiat extensio, & restauretur; mani-  
bus suis desuper, & sub extensio-  
ne admotis iuncturam reducat ad  
eam dispositionem, quæ magis  
opportuna censetur; quamquã tu-  
tius sit, vt à duobus ministris ex-  
tensio fiat, vno ex parte superna,  
altero sub Genu, & peritus restau-  
rator ad contrariam partem os  
compellat. Verum, vt extensio,  
ac restitutio promptius, & mi-  
nori cum molestia fiat, fofus ex  
decocto herbarum emollientium,  
ac vnctiones præmittantur. Esse  
autem repositum, atque in pro-  
prium sedem os restitutum, ex  
symptomatum remissione facile  
percipitur. postea contractum  
membrum ligetur, & elapsis tri-  
bus, aut quatuor diebus, extensû

permaneat, tandem post septimû  
paulatim moueatur, donec am-  
bulare consuescat, sed semper tu-  
tius est, vt immobile persistat, in-  
quit *Lanfrancus* vnus ex quatuor  
magistris. illud tamen verum est,  
quod cautè, atque prudenter in  
hac operatione procedendum est,  
præsertim verò, ne vltra debitû  
extensio fiat; nam non semel est  
obseruatum, quod ob violentam  
extensionem imprudenter factam,  
affectum membrum, neque ad  
proprium sedem, neque ad natu-  
ralem actionem redire potuit ob  
contorsionem, quæ in neruo, aut  
tendone, aut lacerto necessariò  
sequitur, non sunt interea omit-  
tenda vniuersalia præsidia, quare  
istituta tenui, ac proba victus ra-  
tione illicò iterum secetur vena-  
partis oppositæ, ac exhibitis sera-  
pijs expurgetur corpus, atque  
ita puto esse procedendum in ca-  
su huius nobilissimæ mulieris.

CONSULTATIO LX.

*De Roseolis saltantibus pro quadam nobili Adole-  
scentula.*



Vitia, quibus po-  
tissimum noctu  
insolenter no-  
bilis Adoloscē-  
tula in āobus  
cruribus affligi-  
tur; quidam P.

N. affectus sunt, qui vulgo Ro-  
seolæ saltantes Græco vocabulo

epinyctides, & latino sermone  
pustulæ nuncupantur, maculæ  
v3. subrubræ, & aliquantulum  
liuescentes. esse autem huiusmo-  
di affectus Græcorû epinyctides,  
inditium præbent cutis efflore-  
scentiæ in plurib. crurum partib.  
exortæ, quæ faba maiores non  
sunt, intrinsecus tumentes, magis

que infixæ, figura latę subduræ valdeque dolorosę, earundę pertinacia, ac facilis irritatio; sed maximè omnium character inquinamenti nocturni, quo priuatim ab omnibus alijs vitijs secernuntur, scilicet à termenthis, exantematibus, Glandulis, &c. simulque earundem exortus hiberno tempore in vitiatis, impuris que corporibus, sicuti est nostræ Ægrotes, cui menstrualis expurgatio, (vt audiuius) iam diu nõ est. Cur? autem nocturno potius, quam diurno tempore, ita grauiter excruciant, euenit quia ob solis occasum, crudus succus noctu magis redundans, ex præcipuis mēbris ad imbecillas partes pulsus, atrum humorem fermentat: qui veluti arida calx aqua perfusa exardescit, & feruet; vnde partes exquisito sensu præditas vellicans distendens, atque exasperas sæuissimos dolores cõcit.

Quarum pustularū causa antecedens, & continens, sanguis impurus est, pituitosus v3. atque tartareus, qui ob mensium defectum in corpore redundans, ad debiles partes transmissus, eiusmodi vitia producit, & fouet; causa verò remota. varia fuere in rebus nonnaturalibus errata; potissimum verò in æsu crassorum, ac calidorum ciborum.

Cæterum etsi huiusmodi vitia periculo vacent, semper tamen difficillimè curantur, vt quę germinant, natura altiores corporis sedes expurgante, vt 1. *epid. sect.*

3. notauit *Hip.* nocturnas has affectiones non esse admodum lethales, nisi in cachoetico corpore erumpant, vel temere tractentur, vt 6. *epid. 2. com. 30.* notauit *Gal.*, non enim semel vidimus huiusmodi pustulas, à fœmellis, ac Tõsoribus inconsulte curatas, in putrida, maligna, ac corrosiua vlcera degenerasse, idque sæpè accidit, quum corpus medicis auxilijs est destitutum.

Ex quibus colligi possunt curandi indicationes, quarum prima esse debet, vt molestantes humores protinus è corpore educantur, deinde incumbendum ne amplius regenerentur, & denique discutiendum, quicquid in affecta parte iam consistit. & quantum ad primam, bifariam expleri poterit, sanguinis v3. detractio, & corporis expurgatione. probarem tamen, vt sanguis primo mittatur ex parte superna, per plures dies ante tempus mensium ad Hæpatis euentationem; deinde istantibus mensibus venam saphænam destri tali tundere; non enim sunt audiendæ vetulæ, quę non patiuntur, vt venæ punquantur, timent enim ne per sanguinis detractioem corpus refrigeretur, & articulorum dolores insequantur; tunc enim à sanguinis detractioe est abstinendum, cum redundantes humores à sanguinis natura sunt alieni, vel nulla esset suppressa euacuatio; at in casu nostro humores à sanguinis natura non recedunt, & ferè suppressi sunt menses, quare sanguinis missio

sio vtiliter fieri poterit: siquidem per sanguinis detractionem mobiliiores, ac promptiores redduntur humores, qui facilè per vteri ductus per quos consueta erat natura se exonerare, educuntur.

Post sanguinis detractionem præparatis humoribus serapijs de suc. borrag., capil. ven., & cicor. cū aq. mellissę cathartici corpus expurgetur, nēpè mellerof. solut., sy. cichor. nichol., de polipodio, diaph., conf. hamech., &c. deinde hyrudines venis sedis applicentur. quantum enim conferat sanguinis per venas sedis euacuatio, multis in locis docet *Gal.* cauterium quoque fæmori destro secundum partem domesticam aperiri potest; interea quæ menses prouocant, non sunt reicienda.

Quantum ad secundam, ne iterum hæc mala reuiuiscant, vel ad alias partes prorumpant. Oportet viscera rectificare, ac ab omni mala habitudine, vindicare, hæc ònia præstat polipodiū, quod crassos, lentosque humores tergit, digerit, siccat, bilem acrem, pituitamque purgat; eamque à iuncturis trahit. non est sena pariter contendenda, sicuti, & decoctum smilacis, centaurij maioris, lenticulæ cum melle. medicastri verò non parum extollunt Genistræ flores sacch. conditos. Verum in casu nostro magis pro-

barem serapium fumarix compositum, cum decocto Senę polipodij, & rhapontici; postea ad decoctum spartæ parillæ, ac ligni Indici confugiendum, vel ad serapium de angue ceruino, quod peculiari quadam antipatia hisce pustulis aduersatur.

Tandem ad dissipandam materiam coniunctam, doloremque sedandum probarem, vt administraretur cataplasma ex passulis ademptis acinis, folijs hyosciami contusis, far. hord. melle mixtis. remisso dolore discutientia applicentur, vt succus apij, brassicæ, cicutæ. cum oliuæ folijs contusis far. hord. exceptus, fel quoque porcini, aut bouini hord. far. dissolutum non est contendendum, sicuti, & apium, cum polenta tritum, & admotū; à validioribus abstinendum, non enim conducit in his affectionib. ad mouere exiccantia præsidia, ac mordicantia, inquit *Oribasius lib. 7. c. 37. synopsis.* sed quæ sine mordicatione dissoluūt, vt succus coriandri, cum far. lentium, & melle. Quibus non conferentibus est ad chirurgiam deueniendum. Nempè ad scarificationem, quæ à *Prospero Alpino lib. 3. de medicina egyptiorum.* tamquã satis proficua commendatur. sicuti à *Iacobo Manna lib. de scarificationibus.*

CON-

## CONSULTATIO LXI.

*De colli vesicæ ulceribus ex inueterata Gonorrhœa productis,  
pro quodam nobili viro.*

**M** Alum quo insolenter .  
atque atrociter nobi-  
lis hic vir detinetur ,  
aliud non est , quam  
soluta vnitas meatus vrinarij , at-  
que colli vesicæ , cum aliqua sub-  
stantiæ deperditione ex virulenta  
ac erodente materia producta ,  
quam Parastatę continuo eruçant ;  
vt ex dolore satis molesto , qui  
præsertim tempore mictus excru-  
ciat , ex copiosa purulenta mate-  
ria , quæ excernitur in ipsius lotij  
substantia immersa , & non inani  
stimulo mingendi , satis euidenter  
innotescit . Cuius mali efficiens  
causa patet ex dictis , est enim vi-  
rulenta materia , quæ ex meatibus  
illis per quos genitura ab epidid-  
yme in colem fertur , instillat ,  
quæ non solum ipsius ductû exul-  
cerat ; verum etiam vesicæ cerui-  
cem exedit . esse autem hanc mate-  
riam erodentem , præterquãquod  
etiam ex dictis percipitur , depre-  
henditur quoque ex colore ; qui  
frequenter est flauus , interdum  
subliuidus , & non semel subuiri-  
dis , & eiusdem Ægrotâtis tempe-  
ramento , quod ad calidum , & sic-  
cum vergit , ex contagio venereo  
quo pluries fuit affectus , & tan-  
dem ex ipsamet Gonorrhœa , qua  
multis ab hinc mensibus laborat .  
Quæ quidē mala quoniã diutur-  
na sunt , atque progressa vix cura-

tionem admittunt ; vlcera enim ,  
quæ in his partibus assurgunt , nisi  
breui tempore consolidentur in-  
sanabilia fiunt . inquit *Pareus lib.*  
*16. c. 54.* quin si contendantur ,  
vel temere tractentur timetur , ne  
aliquod graue , & miserabile ma-  
lum succrescat , nempè vrinæ dif-  
ficultas , vel suppressio , ob mole-  
stas carunculas , quæ in vrinæ du-  
ctu axcrescunt . Cur ? autem  
huius regionis vlcuscula vix , aut  
numquam sanitati restituantur ,  
est , quia ob vrinę ob vrinæ , pu-  
rulentęque materiæ transitum ab-  
stergi , atque exiccari nequeunt ,  
quin tantum abest vt curentur , vt  
in dies deteriora , & grandiora  
fiant . Omitto testiculorum in-  
flammationes , perinei abscessus ,  
sinuosa , ac fistulosa vlcera , quæ  
frequenter , & facile sequuntur .  
Quapropter in offerendis oppor-  
tunis auxilijs est cautè , & prudē-  
ter procedendum . Verum enim  
verò , vt ex arte procedatur expedit ,  
vt omnia quæ sunt impedimē-  
to remoueantur . Sunt autem hæc  
propria , & communia ; commu-  
nia sunt humores copia , motu , &  
qualitate peccantes . quare ratio-  
ne copiæ sunt minuendi , ratione  
motus , reuellendi ratione quali-  
tatis alterandi , ac corrigendi , ad  
exhauriendos autem copiosos hu-  
mores , nihil tenui dieta est præ-  
stan-

uratio.

stantius; ad reuellendos, necessaria foret sanguinis missio ex brachio, sed hanc vetat Gonorrhœa. quare potius esse deriuandos puto per sectionem venæ pedis, & apertionem venarum podicis, & tandem per fonticulum in crure destro in parte domestica excitatum. demum ad illos, quoque alterandos, & corrigendos, ceu satis proficua commendantur serapia de nymphaea, de succo cicor, viol. aq. borrag. buglos., bolus ex cass., manna eletta, sy. fummariaë compositus, decoctū rad. chinæ, limatura ligni Indici in ferro caprino paratum, per mensem saltem exhibitum, iuxta medici curantis consilium.

Propria demum præsidia, illa præsertim esse possunt, quæ crassiora excrementa extenuandi, & tenuiora exiccandi vires obtineant; vtrumque autem præstare possunt, aqua hord. in qua fact. sit dissolutum, aqua mulsæ, sed his præstantius est lac Asininū, quod authore *Gal. lib. 6. de sanit. tuend. c. 11.* cæteris omnibus tenuius est, & abstergendi, atque vlcera mūdificandi maiorem facultatem habet, quod ne in ventriculo corrūpatur, sit cum portiuncula aliqua mellis ros. vel salis permistum. exhibeatur autem ad ʒ4. nihil de super bibendo, aut comedendo, inquit *Pareus lib. 16. cap. 55.* quod etiam per penem syringa proici poterit, syrupo de rosis siccis vigoratum. Post lotionem decenter factam, candela cerea ex arte parata vnguento aliquo obli-

nita est admouenda, præsertim vnguento, quod tamquam arcanum à multis habetur, Recipit autem pul. tutiæ præparatæ, lapidis calaminaris præparati, cerussæ ana ʒ1. succi nicotianæ ad melaginē cocti ʒ3. olei myrrhæ. q. ʒ5. in cote marmoreo diu terito, tandē in mortario plumbeo exagitetur, donec linimenti formam acquirat huiusmodi enim auxilium vlcera detergit, exiccatur, & Carunculas, si que lateant dissipat. Balnea quoque naturalia nempè cantarelli, & Gurgitelli à Iulio Iasolino, ac Hyeromo Puluerino clarissimis medicis Neapolitanis non parum commendantur. à fortioribus medicamentis esse abstinendum arbitror propter acutissimum sensum, quo hæc regio est refercta; nunquam enim sine euidenti periculo administrantur. Quod si ex his res prospere succedat, vt speramus, & credimus ad epulotica est deueniendum nempè ad aquam hord., & plantag., in qua sint dissoluti pulueres sief. albi sine opio, boli arm., litargyrij, tutiæ præparatæ, & aluminis vsti, quæ syringa intus prociatur. vlcera enim, quæ in meatu vrinario, ac collo vesicæ consistunt, magis iniectis per syringā, quam per os sumptis curantur, siquidem citius, ac promptius ad lesas partes perueniunt, ait *Valescus à Tarant. lib. 5. c. 21.* de reliquis verò me remitto ad solertiam Excellentissimi medici curantis.

Chimici pro omnibus malignis

gnis vlceribus curandis ceu singulare arcanum extollunt sal, seu butyrum, seu saccharum saturni, quod etiam mel saturni appellât.

## CONSULTATIO LXII.

*De vlcere sinuoso Perinei, inueterata Gonorrhœa, & macie totius corporis pro quodam nobili.*

**P**Lura, (vt ex relatis audiuius) sunt mala, à quibus infestatur nobilis hic patiens quorum primum est macies totius corporis, cuius causa est imbecillitas natiui caloris, quam maximè labefactati, ex diuturna, ac immodica euacuatione, siue feminis, siue purulentæ materiæ, quæ per meatum vrinarium educitur. Secundum Gonorrhœa, quæ an sit Gallicana, an ex alia causa ex relatis non constat; puto tamen esse contagiosam, alioquin non potuisset sine maioris mali discrimine per plures annos perdurare, non enim natura diurnam, feminis euacuationem tandiu sustinere potest. Tertium est sinuosum, siue cuniculosum perinei vlcus ad ceruicem vsque vesicæ penetrans, vt ex purulentæ materiæ copia, quam continuo eructat, vrinæ exitu, ac interdum suppressione, & tandem, ex specilli admotione satis euidenter innotescit. Quorum omnium malorum causa sūt virulenti succi Gallicana lue, nō quidem initiata, sed progressa, quin ferè absoluta perfusi, iecoris vitro multis ab hinc annis hac labe infecti geniti; isti autē olim per vrinarium ductum maxima

*Mali causa.*

cum vtilitate educebātur, postea crassefacti, ad expulsionemque inepti, obstructisque vijs, perinei regionem occuparunt, ibique retenti, ac firmati perniciosum abscessum efformarunt, qui serius, quam res postulabat apertus, & perperam à Tonforibus curatus in cuniculosum vlcus degenerauit. Quod quoniam magnum, latum, & profundum est, in partibus laxis decliuibus & mollibus, quæ facillè marcescunt, pærendibusque fluxionibus tentātur, consistit, simulque in corpore cachoetico, pæneque tabe consumptum, cuius facultates omnes etiam sunt prostratæ; præterquamquod fistularum discrimen imminet, proculdubio timetur vt fato cædat, siquidem generosa præsidia, quæ pro curanda macie, & Gallica lue tantopere desiderantur, administrari nequeunt, nam Gallica lues sudorificis auxilijs pellitur, macies verò humidis, & attemperantibus. quare cum contrariæ sint indicationes, non video, quomodo possint vinci, & superari. Non est tamen noster patiens sine auxilijs destituendus, est enim alias obseruatum, quod sæpè natura operatur, quæ medicis videntur impossibilia, quinimo per eadem

*Prognosticū.*

auxi-

auxilia curari debet, nam alia ratione curari non potest, quā per remedia, quæ eandem Gallicanā labem respiciunt; & dissipant, caute tamen, & diuerso modo, nā pro macie corrigenda potius nutritoria desiderantur, quam euacuantia, alioquin corpus magis contabesceret, quare iura consūpta ex limatura ligni Indici, radicis chinæ, & spartæ parillæ confecta quammaximè probarem, figuti, & carnes pullorum, hædorum, vitulorum, auicularum in decocto horum alexipharmacorū, elixas, iterum, atque iterū probo, balsamenta quoque, acetaria & huiusmodi, ex eisdem parata, non sunt reicienda; nec sunt interea mitiora purgantia omittenda, præsertim hæc arte parata & purioris ligni Guajaci rec. limati ʒ 2., liq. ʒ 2., ligni aloes ʒ ʒ fœnic. ʒ ʒ, polipodij ʒ 4., sen. ʒ 3., epitt. ʒ 1 ÷ fol. pimpinellæ, cardui benedicti, pilosellæ, bett. ana. p. ÷ ponantur in ventre Gall. bul. simul in lib. 3. aq. rad. chinæ ad consumptionem duarum part. postea facta expressione seruetur pro vsu. dosis sint ʒ 3. quæ matutino tempore exhibeantur, per tres, vel quatuor dies, nam molestantes, ac redundantes succos clemēter euacuat, potissimum si eiusdem pulli carnes edantur. non sunt interea frictions, vnctionesque ex aliquo oleo viscido præmittendæ, nempè ex oleo ros. omph. amygdal. dulc., nucleorum pineorum, sem. lini præsertim lotorum cū lacte muliebri, vel saltem de-

cocto maluarum. Somnum quoque longum, & profundum non parum commendarem, siquidem obseruatum est, quod qui nimis dormiunt, quammaximè pinguescunt. Non est tandem contendendum medicamentum *Ludowici septalij lib. 7. num. 214.* descriptū cuius solo vsu gloriatur se quamplures Gallicana macie affectos liberasse. non minor pariter de sinuoso Perinei vlcere prouidentia est habenda, quod, vt quo effici poterit à fistulis præseruetur, præstat, vt abstergentibus, atq; exiccantibus tentetur curatio, & illis quidem intus syringa proiectis, nempè decocto artēmisæ, platanag., pilosellæ, pimpinellæ, hord., lup., aluminis, pul. tutiæ, rad. gentianæ, & floris aeris. in quorum absentia præstantissima quoque est aq. aluminosa *Fallopj*. Post lotionem, siue his, siue alijs consimilibus factam, vnguento, quod conformatur, ex pul. tutiæ, mercurij præcipitati, alum. vsti, mast. myrrhæ, oleo, & cera expleri poterit vlcus, tandem absterfo, ac remota omni sorde; procuretur carnis regeneratio, quæ ex melle, myrrha, & vino tepido expectanda est, sed ne hæc omnia vana reddantur, ea victus ratio est istituenda, quæ vires reficiat, simulque his exitialibus malis aduersetur. Tandem pro Gonorrhæa curanda forent multa dicenda, exhibenda, ac factitanda, quæ propter virium iacturam, mali atrocitatem, atque malignitatem omittere à ratione alienum non

Dd est,

est; speramus tamen, & credimus quod ex supra dictis præsidijis intus exhibitis, atque extra ad motis non parua vtilitas sit expectanda,

atque hæc satis pro præsentis inueterato, ac pertinaci malo esse existimo.

## CONSULTATIO LXIII.

*De inflammatione Scroti, & Mentula pro quodam nobilissimo viro.*



**N**obilissimum hunc virum in scroti, mentuleque regione sollicitari inflammatione, quã Græci phlegmonem appellant, satis euidenter docent calor, rubor, dolor, in potentiaque cedendi, patagnamonica huius mali indicia, vt 2. ad Glauco. cap. 1. & 13. meth. c. 3. notauit Gal. Cuius causa proxima non est sanguis sincerus, & purus; sed vitiosus, bilis v3. ac pituita adulteratus, vt ex colore non admodum rubro, sed aliquo pacto subflauo, corporisque habitu pituitoso percipitur, causa vero remota, (vt ex relatis colligitur) varia in rebus nonnaturalibus fuerunt errata, præsertim verò in cibo, & potu, motu tam corporis, quam animi, & venere; quorum causa viscera alterantur, ac vitiosi humores producuntur, isti autem, siue pulsi, siue attracti in his imbecillis partibus quibus facile Apostemata generantur inquit *Guglielmus Placentinus lib. 1. de Apost. c. 50.* colliguntur; nec mirum, quia harum partium compositio est satis laxa, mollis, & sponciosa; quare facile redun-

dantes, ac vitiosos totius corporis succos excipiunt. Cæterum cû huiusmodi inflammatio satis magna sit, Dum videmus, quod totum scrotum; pudendumque occupat, non est contendenda, ne in Gangrænam degeneret, in quã facillimè solent harum partium inflammationes abire; idque eo magis est verendum in casu nostri nobilissimi patientis, quoniam eius corpus est multis prauisque succis referctum simulque lecur Gallicano sigillo signatum. præterea ea est harum partium conditio, vt facillimè insignis humorum copia, in ipsas affatim influens, naturalem calorem ita obruat, vt arteriarum diastole prohibita, vitali deficiente inspiratu ad interitum properet, vt cap. 55. lib. de Tum. P. N. notauit *Iulius Caesar Arantius*, & ante ipsum *Gal. 3. epid. 3. com. 26.* Vt igitur his aliisque maioribus, quæ imminent malis occurratur, incumbendum est, ne prauis humoribus generentur & ij, qui in corpore redundant, educantur, simulque affectæ partes inflammatione oppressæ attempentur, & tanta labe vindicentur. Quare instituta ea victus ratione,

quæ

Causa.

Præfagium.

Curandus.

quæ generationi peccantium humorum repugnare valeat. probarem, vt illico vena pedis secetur, tum quia iam secta fuit vena brachij; tum etiam quia ex Gonorrhææ suppressione exorta est inflammatio; interea præparatis humoribus serapijs attemperantibus, expurgari poterit corpus pharmaco, quod molestantes succos educat, de cuius materia, forma, & tempore illud exhibendi, me remitto ad peritiam Excellentissimi Medici curantis.

Tandem non est adhuc affecta pars contendenda, quinimo est idoneis auxilijs adiuuanda, potissimum ijs, quæ attemperandi, atque dolores mulcendi, facultatem obtinent, hæc autem omnia præstare solet cataplasma confectum ex flore far. hord., milij, fab., ol. ros., mica panis, & lacte; quibus si addatur portio aliqua far. sem. lini, & ol. myrthini, adhuc præstantius erit. Verum si ex huius auxilijs admotione videatur, quod tendat ad resolutionem; digerentibus præsidijs esse vtendum puto, præsertim verò emplastro, quod ex furfure, far. hord., sem. lini, oleo camemellino, aq. hord. & parum sape, conficitur, quod si adhuc efficacius desideretur, applicetur cataplasma, ex far. fab., sem. lini, pul. stercoris caprini, aut vaccini, ol. aneth., & vino conflatum. ab emollientibus, ac suppurantibus abstinere, non enim conducit humida, ac viscida medicamenta admouere his partibus, quæ ex leuissima

causa corrumpuntur, & putrescunt. quod si interea aliquod imperfectæ suppurationis initium apparere incipiat, ne dicam corruptionis, illico corruptæ, & alteratæ partes ferreis instrumentis prorsus remoueantur; quin est permittendum, vt copiosus sanguis educatur, Cuius causa maiores fiunt mortificationes. postea vniuersus affectus locus escaroticis pulueribus expleatur, & cataplasmate ex exiccantibus farinis alibi descripto contegatur, deinde casus escaræ procuretur. Verum si accidat, vt his non remittatur, quinimò magis hinc inde prospere videatur, ad ignita ferra esse recurrendum arbitror: exustionis autem terminus esse potest quousque corruptæ partes in escheram degenerent, sæpe enim putridas pudenti partes præcidere est necesse, & locum veluti radicem inurere ait *Gal. 3. epid. 3. com. 26.* siquidem ignis omnem putredinem delet, prauam qualitatem affectæ parti impressam emendat, atque corrigit, & tandem partem ex imbecilla, robustam efficit, vt *7. aph. com. 20.* notauit *Hollerius*, his enim auxilijs posse à difficillimo hoc affectu nobilissimum virum patientem curari speramus, & credimus.

APPENDIX.

**P**Hlegmone, vt *3. 4. doct. 1. c.*  
 2. ait *Auic.* tria significat, primo exarsionem, in qua tantum esse vult intemperiem sine humo-

D d 2 re,

Differentia.

re, & hanc exarisionem appellat, ad differentiam inflammationis, vt colligitur à *Gal.* 12. met. cap. 1. 2. significat omnem inflammationem, aut tumorem ex materia calida, vt 2. ad *Glau.* c. 1. accipitur à *Gal.*, & tandem significat illam inflammationis speciem, quæ à sanguine, cum materia fit, cuius causa non est nisi sanguis verus sincerus, & benignus, & hic est calidus, & humidus substantia mediocris, colore admodum rubens, odore, & sapore dulcis, & mitis; verum si hic ab eo iam descripto deflexerit, ac degenerauerit, aliquantulum; dicitur etiã sanguis, sed non naturalis, ex sui natura, siue per se, siue per admisionem alterius humoris, & pro vt, cum hoc, vel illo humore admiscetur fit inflammatio erysipelatoſa si cum bile, vel oedematoſa, si cum pituita, & sic de reliquis, vt ex *Auic.* 2. primi percipitur. Inflammatio autem ita accepta tumor est. P. N. partium carnosarum cum calore, rubore, dolore, pulsatione, ac renitentia, vt 13. met. c. 1. notauit *Gal.* vel, vt alij dicunt est tumor dolorificus ex naturali sanguine productus, plures complectens morbos, nempe immoderatam calidam intemperiem, quæ pertinet ad partes simplices; magnitudinem P. N. auctam, quæ spectat ad partes multiformes, & solutam vnitatẽ, quæ communis est vtrisque; vt *lib. de diff. morb. c. 12.* ait *Gal.* huiusmodi autem definitio separat inflamationem, quam phlogosim

Inflamatio.

appellauit *Hip.* ab humida quam veteres medici phlegmone nuncuparunt. inflammationis notæ ex dictis percipiuntur nam præter tumorem valde rubrum, tantus calor in inflammata parte viget, vt ab eo inflammationis nomen traxerit, oboritur autem ex eiusdem exuberantia in parte collecta, simulq; ex prohibita transpiratione; nam si sanguis per se est calidus, quanto magis ex nuper dictis causis calidior redditur. præterea innotescit ex colore qui ruber est, quia sanguis ruber quoq; existit, ex dolore qui accidit, quia soluitur continuum, ex pulsatione, quoniã artieriarum diastole affectam partem ferit, extensione quæ fit propter affectæ partis repletionem, & tandem ex febre, quæ oritur ob eiusdem sanguinis efferuescentiam, hæc autem interdum est putrida, interdum diaria; hæc apparet circa initia; illa dum pus conficitur, licet non raro in paruis inflammationibus, à calorisque fonte remotioribus, vel non apparet, vel est de genere ephimerarum. Secus verò in magnis, neruosisque locis semper est putrida; & cum multis variisque accidentibus complicata, vt *lib. 3. cap. 3. de tum. P. N.* ait *Eustachius rudius*. Verum cum inflammatio exquisita non est, vna cum notis iam dictis, oedematis, vel scirrhi, &c. inditia quoque vigent. inflammationis autem quatuor tempora paucis verbis *lib. de totius morbi temporibus expressit Gal.* Ceterum phlegmone externas

Signa.

par-

Prognosticū.

partes occupans, ferè morbus salubris est, & cito curatur, quia sanguis humor est benignus, quare, vel celeriter digeritur, vel in abscessum commutatur, potissimum vbi Ætas iuuenilis est, anni tempus temperatum, & regio calida, simulque affectæ partes rarioris texture fuerint; secus verò inflammationes, quæ internas partes inuadunt, ferè omnes sūt lethales, vt à Clarissimis viris in proprijs quæsitis est abunde adnotatum. Tempus autem quo attenditur sanitas in carnosis partibus est circa decimum quartū; in duris verò densis, & spermaticis est circa 40. nam sicuti hæ par-

tes difficulter recipiunt, sic etiam difficulter remittunt, illud tamen verum est, quod tempus potest accelerari, vel retardari, pro vt prudenter, vel imprudenter curantur. diu quoque perdurant, quæ, vel pituitæ, vel atri succi sunt participes. de phlegmonis curatione multa forent dicenda, sed quoniam à præclarissimis viris est abunde tractatum; idcirco non licet ea repetere, quæ ab illis in proprijs quæsitis sapienter tradita fuere. eo magis, quod ferè semper inflammationes circa statum perductæ, vel in abscessum, vel alios morbos degenerant.

CONSULTATIO LXIV.

*De Hernia carnosæ pro quodam V. I. D. G. nobili viro.*



Essentia.

Erillustrem atque nobilem hunc V. I. D. 30. annorū, temperatura calidum, & siccum, gracilem, & pilosum laborare in destro testiculo septem ab hinc mensibus Hernia carnosæ, quam Sarcocelem Græci, & carnosam abscessum Barbari medici appellant; adeò certum est, vt nullus dubitandi detur locus; videmus enim, quod tumoris forma est orbicularis licet aliquantulum oblonga, eiusdem testiculi extuberantia, quæ est magna, & pedetentim excrescit, durities, quæ ad tactum percipitur,

obtusus dolor, qui ad motis digitis per sentitur, color subruber, sed aliquantulum fuscus, qui obseruatur, testiculi substantia, atque figura, quæ delitescit, & tandem locus affectus, nempe dexter testiculus in quo Herniæ carnosæ ferè semper fieri contingunt; cuius occasio est vena seminalis à vena caua procedens, & in destrū testiculum se insinuans, per hanc enim defertur sanguis, qui carnis materiam præbet, in eodemque teste tandem concrescit. Verum quia carnosæ Herniæ in duas diuiduntur species, quarum altera est dura, & scirrhusa dolorisque expers; altera minus dura, sensu ha-

habens interdum obtusum, interdum magis acutum, & hanc non semel suppuratâ vidimus; in casu tamen huius nobilis viri esse primam speciem ex dictis colligitur. Harum Herniarum remotæ causæ licet possint esse percussiones, lapsus, sectio ramicis non rectè instituta, aut administrata; tamen in causa huius viri fuisse errorem ex immodico vsu veneris, ex relatis audiimus, simulque virulentæ Gonorrhææ suppressionem. Si quidem testes scirrhis tumoribus, ac calamitosis inflammationibus ex huius virulentæ materiæ suppressione sepissimè correptos vidimus. proxima verò causa est satis nota, est enim impurus, ac vitiatu humor ad dextrum testem descendens ibique collectus, & à testis calore exiccatus, siue condensatus in hanc duram carnem est commutatus, idque facile solet contingere, inquit *Ioannes And.* à cruce pagina mihi 101. propter affecti loci dispositionem. Cū igitur huiusmodi tumor sit iam in magnam molem exporrectus, à crasso sanguine deleteria qualitate perfuso foueatur, non solum est curatu admodum difficilis; verum etiam timetur, ne in aliam deteriore affectionem commutetur, nempè in vlcus fistulosum, putridum, & cancerosum; Herniã .n. carnosã in exulceratũ Cancrũ degenerasse refert *Hildanus c. 4. obs. 74.* idque haud dubiè contingere potest, si imprudenter tractetur, vel grauis aliquis error à patiente committatur. nam si vix

circa sui initia, aut incrementa curationem admittit inquit *Petrus Forestus lib. 27. obs. 23. tom. 3* quid sperandum, vbi tumor insignis, est ac in suo vigore consistit, sũt enim isti de natura scirrhi, qui, vel non curantur, vel maximo, cū discrimine tractantur, siquidem cum huiusmodi carnis additamentum circa testem, à materia proficiscatur, quæ nec discutientibus, nec suppurantibus cædit, non est expectandum, vt à medicamentis superetur sicuti *lib. de tum. P. N. c. 51.* notauit *Iulius Cesar Arianius*. Cæterum licet hæc omnia, in casu nostri Patientis aliquam probabilitatem habeant, non propterea sequitur non esse, ea administranda, ac tentanda, quæ sæpe solent esse proficua, nam *cit. loco* refert idem, *Forestus* quendam Hispanum septuagenariũ ab Hernia quadam carnosã magnitudine capitis infantis, sequenti auxilio fuisse curatum. Recipit autem maluãrum, Parietariæ, flor. camom., meliloti, ana m. i. extremitatum absynthij. P. i. f. d. in aq. ad teneritatem, exprimantur perfectè, & contusis adde far. orobi, & fab. ana ʒ 4. far. sem. lini, pul. cumini ana ʒ i. vini opt. suc. caulium, & mellis q. 5. ad ignem 5. A. f. cataplasma, vel ʒ. sæui ariet. cærę cit. ana ʒ ÷ pul. ros. rub. flor. anethi, mast., rad. Irios, ana ʒ 3. vnguenti popul. ʒ i. liquefactis addantur pul. & 5. A. f. sparadrappum. Quibus non iuuantibus ad pul. anonidis esse confugiendum, probarem, nam

Curatio.

re-

Causa.

Præfagium.

refert *Mattiol. lib. 3. in Diosc. c. 19.* quendam Ægrotantem insigni Hernia carnosa laborantē, longo usu huius pulueris per tres mēses exhibiti, fuisse ab hac labe liberatum, cuius sanatio citra incisionē videbatur impossibilis, quare hoc etiam præsidio in casu nostri Ægroti uti possumus, & debemus. Quod si neque his malum cedere videatur, ad chirurgiam esse recurrendum monent præclarissimi viri. siquidem idem *Forestus cit. loc.* narrat quendam præstantissimum medicum spagyricū septuagenarium ingenti carnosa Hernia laborantem, egregiè per incisionem fuisse curatum. Verum si chirurgiam non admittat, ad caustica esset deueniendum; à quibus in casu nostro esse abstinendum puto ob ardentes febres, maximas inflammationes, horrendos vomitus, calamitosas dysenterias, & alia funesta mala, quæ necessario sequuntur. Quare satius est huiusmodi extrema remedia omittere, quam incertam subire fortunam, inquit *Albucaasis*, & *Ramicem* hunc cœu deploratum, desperatæ salutis omnino esse prognostico relinquendum, monent clarissimi viri. Illud tamen non est omittendum, quod si quandoque ad chirurgiam coacti, sit deueniendum, quæ re vera non caret periculo, tunc incidendum est totum scrotum ad concretam usque carnem, quæ postea à teste, siue tunicis ex arte opportunis instrumentis soluta, ac separata, est auferenda; verum si ita tena-

citer hereat, ut auelli non possit, deductis ligatisque vasis, ac teste, candente nouacula, operatio absoluat, sic enim cuitantur geminati dolores, qui primo ex incisione, deinde ex ystione fiunt, simulque calamitosis sanguinis profusionibus occurritur, quæ ex simplici incisione necessario sequuntur, & tandem affecta pars à putredine, qua facilè ob sui imbecillitatem cotripitur, præseruatur. Tandem postea, quæ naturalem calorem fouendi, escharâ emolliendi, ac remouendi facultatem habeant; administrantur, atque ita esse procedendum in casu nostri nobilissimi viri arbitror.

APPENDIX.

**H**ernia, scroti intumescens morbus est, & proprie cū rupto peritoneo intestinum, vel omentum in scrotum dilabitur; vel cum in alterum, è testibus humor confluit, eius autem species multæ sunt, ut alibi diximus, *Ramicem* verò vocantur, cum integro peritoneo, scrotum aliqua ex causa intumescit, quorum etiam aliquot sunt species; nam cum ex abscessu aliquo circa scrotum materia indurescit, procella appellatur, cum verò in ipso scroto concrevit caro, sarcocœla, & tandem cum tumescentes venæ scrotum replent, crysœla dicitur, licet huiusmodi differentia inter *Ramicem*, & *Hernias*, à medicis non rectè obseruentur, saepe-

*Herniarum differentia.*

sæpeque confundantur, siquidè his veris, & præcipuis differètijs alias addunt, quæ potius ad tumores scroti pertinent, nã si scrotum à flatu intumescat Herniam flatuosam, si ab aquea materia herniam aquosam nominant. Cæterum si inter scroti tunicas, caro aliqua in parte concreseat, nec præcessit inguinis

tumor, & talis substantia concreta, dura à medico percipiatur, & aucta magnitudo decolor appareat, interdum etiam concolor cū minori duritie, nec sensu prorsus expers est, sarcocela est non admodum maligna, atque ex his patent sarcocelæ notæ, quæ à causa externa haud fiunt.

## CONSULTATIO LXV.

*De Hernia aquosa testis sinistri pro quodam nobili,  
ac utriusque Iuris Doctore.*



Præter Naturam affectum de quo tribus ab hinc annis in teste sinistro cõquaritur nobilis, atque

*Morbi idea.*

utriusque Iuris Doctor, esse illam affectionem, quam Hydrocelem Græci vocant, nempè scroti Hydropem, siue humoris vrinæ similis affectionem, præter indolentem extumescentiam in sinistra scroti regione, firmam, ac stabilem, pòdere leuem, nec quacumque occasione, vnquam ex toto se remittentè: indicat certissimum illud signum, nempè quod si in obscuro apponatur lumen translucet quasi vesica humore distenta, vel ceu ouum sine cortice. Sed quoniam aquosa hernia, aut est simplex, aut composita; simplex est illa, in qua sola aqua scrotum extenditur; composita verò, vbi putrida collecta mate-

*Indicia.*

ria testiculum obsidet, vel caro testiculorum tunicis adnascitur; vel varices sunt simul adnexæ, & intestini prolapsus pariter implicatus; in casu autem nostri patientis esse compositam est credendū; idque ex duritie quæ præsertim in externa testis parte percipitur, atque ex tumore indolente, deprehenditur. Cæterum cum hæc extumescentia in sinistro teste obseruetur; nec vlla præcessit externa occasio, aquosum succum non esse in scroto collectum, sed in membrana testem continente, quam elytroidè appellant proculdubio est asserendum. Quod autem aquosus humor inter elytroidem colligatur *lib. 3. par. 5. sect. 1. c. 7.* refert etiam *Sennertus*. Cur? autem sinister testis aquosa Hernia ferè semper corripitur, rarò autem, aut numquam destit, ob sinistrum Renem malè affectū, id contingit. nam cum seminalis vena sinistrae partis, non ex vena

caua

caua veluti destra oboriatur, sed ab emulgente sinistri Renis procedat, si Ren sinister sit male affectus, nec suo munere rectè fungatur, aliqua vrinæ pars, cū per Renem malè affectum promptè descendere non possit, per seminales venam in tunicam elytroidem delabitur; raro enim in ipso scroto aqua generatur, sed ferè semper aliunde trasmittitur, & quamquam Hydrops absit, tamen etiam aliquid aquæ in abdomine colligitur. generatur autem in Abdomine aqua ex errore digestionis, præsertim ob vitium Hepatis, cuius causa etiam obstructions sequuntur; illud tamen negari non potest, quod interdū ob aliquam externam causam, nēpè percussione, compressionem, &c. vel ob partium imbecillitatē, etiā in ipso scroto generari possit.

*rasagium.* Cum igitur affectio hæc sit complicata cum alijs vitijs, simulque inueterata, ac bis secta, recidiuā fecerit, habitumque iam contraxerit, non solum est difficilis curationis; verum etiam ob viscerū vitium à quo fouetur, non leuiora minatur mala, nēpè testis corruptionem. ob longam aquæ moram, vlcera sinuosa, putrida, & mali moris, quin eo magis sunt reformidāda huiusmodi mala quoniā nullis iam cessit medicamentis, nec sectionibus remitti, ac superari visū est; adde quod etiā si ex voto curatio succedat, non propterea res est in tuto, nam non semel est obseruatum, quod humor, qui antea in testem descen-

debat, in visceribus retinetur, quare seuiora mala portendit. refert enim *Dodoneus lib. suarum obseruationum, cap. 39.* quēdam Antuerpiæ sectum, & abstracto testiculo fuisse ex vulnere sanatum, & ab Hernia liberatum, sed paulo post dolore, & grauitate lumborum, alijsque prauis symptomatibus correptum, iterum exortum tumore admodū doloroso iuxta cicatricem misere, è vita discessisse; tamen quia noster Pater est in Ætatis flore constitutus, simulque vigeat solertia Excellentissimi Medici curantis; non est de salute desperandum, quinimò audacter est de curatiuis præsidijs excogitandum, & ad indicationes curatiuas confugiendum.

Quæ duæ esse possunt, nēpè altera, quæ pugnat aduersus causam; altera verò circa affectum. *Curatio.* non minimum locum obtinet victus ratio, quæ debet esse exiccās potus potest esse vinum in quo infusa sit cortex ligni Indici, & spartę parillæ, de àère, ac reliquis me remitto ad solertiam peritissimi Medici curantis, sicuti etiam de purgantibus auxilijs. ad partē verò affectam, illa probarem medicamenta, quæ digerendi, atque exiccandi vires retinent, vt Ruta, calamentum, Pulegium, saluia, stechados, abrotanum, semen vrticæ, agni casti, pulueres sulphuris, flor. camom., anethi, baccæ lauri, iuniperi, &c. ex his autem confici possunt fomenta, linimenta, & cataplasmata, sunt etiam quædam comp. sita à me

E e fe.

felici cum successu pluries exper-  
ta . v3. ℞. pul. stercoris caprini ,  
bubuli, sem. vrticæ, sulphuris  
sem. sinapi, flor. far. hord., milij,  
fabar. ana ℥ 3. alum. zuccar. ℥ ÷  
ol. cost., camomel., aneth., ana  
℥ 1 ÷ iuris pulli . q. 5. ad ignem  
5. A. f. cataplasma. Quæ, vt mag-  
is prodesse possint, est per inter-  
ualla pilul. fætidis, de Mezereon,  
& de Reubarbaro corpus expur-  
gandum . vnguentum quoque com-  
mitissæ, cum vnguento exiccante  
permistum, non parum commen-  
datur à *Parco*; confert etiam  
priusquam huiusmodi auxilia ap-  
plicentur affectum locum decocto  
pulegij, anisor., cumini saluiæ,  
foenugræci, Dauci, Rutæ, cala-  
minthæ, & aneti fouere. Verum  
si his peractis, & arte admotis, ex  
voto non succedat curatio, pote-  
rit locus aperiri, sed non causti-  
cis, ne putrefactio sequatur, sed  
ferro. qua etiam parte sit aperiē-  
dum docet *Celsus*. ait enim si puer  
sit qui afficitur, in inguine ape-  
riatur, sursumque aqua pellatur;  
si verò adultior in imo scroto . vl-  
cus autem retineatur apertum im-  
misso siphone argenteo, aut plū-  
beo . huiusmodi autem operatio  
satis opportuna censetur, vbi in-  
tra scrotum aquosa materia con-  
tinetur; verum quia in casu no-  
stro intra tunicas testem vestiē-  
tes continetur, minus tuta, & ef-  
ficax existimari debet; præterea  
cum præter aquam, caro quoque  
concreta obseruetur, præsertim  
circa externam testiculi partem,  
sine discrimine ne in cancrū cō-

mutetur, vix fieri potest. Quam-  
obrem melius foret in casu nostro  
scrotum in parte inferna incide-  
re; sic enim serosus humor qui in-  
tus continetur; liberè educi po-  
terit, & euitantur accidentia, quæ  
facilè solent superuenire. posse-  
mus etiam illam chirurgiam adhi-  
bere, quam in curatione Herniæ  
carnosæ, & simul aquosæ tradit  
*Hieronymus Fabricius lib. de tum. P.  
N.c. proprio*, secatur enim cutem, in-  
cisionemque molitur in loco po-  
tius altiori, postea Turundam ad-  
mouet digestiuo illitam per plu-  
res dies, nec permittit, vt totum  
pus educatur, sed bonam partem  
intus relinquit, donec pedeten-  
tim caro illa erodatur, sic enim  
diutius orificium apertum detine-  
tur, atque euacuatur vniuersa il-  
la aqua, quæ intus existit, & aliū-  
de transmittitur; atque ita in hac  
curatione esse procedendum ar-  
bitror.

## APPENDIX.

**A** Quosa Hernia, siue aquo-  
sus Ramex, quam Hydro-  
celem Græci appellant, & latini  
aquosum abscessum, morbus est  
multiplex nempe in magnitudine,  
in intemperie frigida, & humida,  
interdum etiam inequalis, v3.  
quando simul, cum aqua mistus  
est humor acris ceu flaua bilis, &  
tandem in soluta vnitatem ob sinū  
quem continet colligitur autem  
huiusmodi aquosus succus, vt plu-  
rimum inter elytroidem, & testē,  
vel inter elytroidem, & Dortum,  
illud

illud tamen verum, est quod abscessus aquosi pro varietate partium quam occupant, varia sortiuntur nomina, nam qui ad caput assurgunt Hydrocephali, in ventre

abscessus, in summa cute sudamina, & si noctu oboriatur epinyctides in testibus Hydroceci, nuncupantur.

CONSULTATIO LXVI.

*De Hernia ventosa pro quodam Reuerendo Sacerdote Hispano.*



Vmorem. P. N. quoadmodum noster Reuerendus in ætate 40. annorum constitutus duobus, ab hinc mensibus in vniuersa scroti regione detinetur, esse flatuosum Ramicem, præter sonitum, quem præbet dum percutitur; indicant tensio, siue renitentia eiusdem scroti, quod absque pondere, & grauitate, valde durum apparet, & percipitur, sensus dolorosus spiritus per corpus præcurrentis, venarum inflatio, splendor clarior, obtusus dolor, & repentina efformatio, nam de repente apparuit post aquæ educationem, eius autem proxima, ac immediata causa, innotescit ex dictis, est enim flatuosus spiritus, non absolutus, sed cum aliqua aquæ portione mixtus, qui ob natium caloris paupertatem proculdubio producit, non secus australis aer qui tunc in magno mudo exoritur, cum nec nimius calor, nec nimium frigus viget, vt 4. meteor. cap. de ventis notauit Aristot., siquidem quum calor est quammaximè debilis, nullus produci-

tur flatus, nequit enim imbecillus calor materiam in flatum conuertendam alterare; neque quum robustus est, & materia supra quam agit tenuis, quoniam tenuis materia facile à calore valido in halitum dissipatur, & euanescit; illud tamen verum est, quod non semel contingit, vt calor sit robustus, & materia supra quam agit, valde crassa, tenax, & glutinosa, & tunc adhuc flatus generatur; ita pariter quum calor est admodum debilis, & materia supra quam agit etiam tenuis, quam cum nequeat perfecte cõcoquere adhuc flatus generatur, colligitur autem flatus frequenter in cauas partes, & in casu nostro in scrotum ad inguina vsque excurrens, non .n. est necesse inquit *Guido 1. 2. doct. 2. c. 7.* vt flatulenta materia, per vniuersum corpus diffundatur, sed modo in hac modo in illa scroti parte includatur, sæpè quoque per didimum fertur ad inguen vsque, ac subintrat foramen Sifacis subdit *Albucafis.* vbi autem flatulenta materia copiose colligitur distendit, dolores mouet, & quammaximè affligit. Cau-

sa verò antecedens pituita crassa, & viscida plerumque est, ob frigidam ventriculi intemperie, vel capitis, vel alterius visceris, vitium genita, quæ vt *Paul. lib. 5. c. 4.* ait pededentim liquata inflatum dissoluitur; & quum transpirare non potest, intestina distendit, tormina excitat, & murmur producit, & tandem tympanitem affert. Adiuuant quoque flatulenti spiritus generationem, àer frigidus, crapula immoderata, venus, otiosa vita, & nimius sônus, in quibus omnibus nostrum Reuerendum errasse iam audiui-  
*Presagium.* mus. Quare non est affectio hæc contendenda, tunc enim ventosæ Herniæ curationem facilem admittunt, quum primo, & per se oboriuntur; in casu autem nostri Reuerendi res non ita se habet, quoniam ad viscera male affecta est sequuta, nempe ad frigidam ventriculi, & Hepatis intemperiem, vnde timetur ne in alia mala degeneret. Quibus, vt occurratur incumbendum est, vt naturalis calor foueatur, ac roboretur, crassa, ac viscida materia extenuetur, & detrahatur. ad fouendum autem, ac natium calorem roborandû non minimum locû àer habet, qui calidus, & tenuis esse debet, cibi quoque calefacientes attenuantes, & exiccantes, vt sint oportet, cuius census est panis probe coctus, cui cuminum, semen fœniculi, & huiusmodi sint admista, vinum oligophorum, sed parce exhibitum, carnes Auicularum montanarum, columborum,

*Curadi ratio.*

& pullorum, fercula aromatum pulueribus condita, motus, & vigiliæ. Ad extenuandam crassam materiam, ex vsu maximè sunt serapia de quinq; rad., de rhodome. zuc., de hyssopo, aq. meliss. capil. ven., & bett., vel decoctû spartæ parillæ, & cinnamomi, simulque confer. de cort. cit., diagalanga, & theriaca. ad crassam materiam detrahendam valent pilulæ de ag., de hermodact. de cochijs, mel. ros. solut., diaph., & huiusmodi. Tandem ad remouendam materiam, quæ in affecta parte continetur, illa probarem auxilia, quæ rarefaciendi, & attenuandi vires habeant, & iure quidem, quia vt *2. ad Glauc. cap. 6.* notauit *Gal.* duo prohibent flatulentæ materiæ euaporatione, nempe densitas cutis, & crassities materiæ, vt etiam *Paul. lib. 4. c. 28.* refert; vtrumque præstat fôtus sæpè iteratus ex decocto sem. fœniculi, cumini, anisi, baccar. lauri, fol. rutæ, anethi, & flor. camomil., spongia calidafactus. Post fôtû illico applicari debet cataplasma, quod eisdem viribus sit præditum v 3. r. far. lup., fab., sem. lini ana 3 2. pul. cum., apij, petroselini, cardamomi ana 3 3. ol. rut., irini, anethi ana 3 1. coquatur simul in vino generoso, & lixiuio, & 5. A. f. cataplasma. valet etiam non parum, sapa in vino nigro, parum aceti, & portione aliqua olei aneth. dissoluta. Quibus non iuuantibus vtiliter ad moueri poterit emplastrum ex baccis lauri, quod apud phar-

cōpō-

copolas passim paratum habetur, vel emplastrum ex calce lota, adipè taurino, pice, & resina terebenthina. Tandem ad flatum, discutiendum vehemens, auxiliũ est cucurbitula, cum multa flamma admota. inquit *Gal. 14. met. c. 7.* quam in casu nostro probare haud possum ob præsentiam doloris. Verum si ex admotis auxilijs, vel ob aliam aliquam causã, rubor, & inflammatio apparere incipiat, tunc secta vena cubiti illicò omnibus his omissis, lenientia attemperantia, ac discutiencia cum repellentibus mixta administrantur. demum si malum hæc omnia memorata præsidia, contendere videatur. ad vesicantia esse confugiendum, ait *Petrus Pigreus*. alij scarificationibus rem absoluunt, alij ad cauteria potentia deueniunt, tãdè alij ad ignè ipsum actualem recurrendum esse sunt arbitriati. apertionè ignito ferro factam tamquam satis vtiliorem commendat idem quoque *Pigreus*; quas operationes in casu, nostro probare minimè possum; numquam enim citra inflammationis, & corruptionis discrimen fiunt, eo magis, quod spero topicis tantum præsidijs fauente D. O. M. nostrũ ægrotantem conualiturum.

APPENDIX.

**A**Bscessus flatuosus, quem ventosum apostema vocat *Auic. & Gal.* emphisema in variis corporis partibus prorũpere

solet, potissimum verò in ventriculi regione, simulque intestinorum, sub cute quoque, ac membranis, quibus teguntur ossa, viscera, & muscoli, sed frequentissimè in regione scroti, producitur autem flatuosus abscessus ex crassiori spiritu, siue vapore, interdum etiam ex tenui humore, inquit *Auic. lib. 3. f. 4. t. 2.* què suppeditant crassi cibi, nempe pastilli, fabæ, faseoli, castaneæ, aër turbidus, facum supressio, copiosus potus, &c. deprehenditur quoque ex aspectu, quia interdum inflatio turbida, interdum subclara, non raro subliuida, sed vt plurimum splendida circa sũmitatem apparet, præcipue vero quum sub cute tantum existit; at quum sub membranis, imisque partibus iacet, nec splendor, nec color lucidus visitur; percipitur quoque ex tactu, quia; vt rectè notauit *Guido doct. 1. t. 2. c. 4.* percussus sonum veluti tympanũ edit, nec compressus cedit, nec vestigiũ relinquit. ex generationis pariter modo, quia eiusdem forma cito crescit; Siquidem vitia, quæ ex flatu fiunt, sicuti celerrimè assurgunt; ità etiã discutiuntur. eius euentus, vt plurimum salubris attenditur, nisi in magnã molem excreseat, vel articulos occupet, ac sine villo præcedente morbo oboriatur, nullumque molestum accidens excitet, secus verò si magnus in corpore cachectico, vel in præcipuis partibus exortus, perniciosus censetur, & non semel in alios morbos com-

mu-

mutatur, & interitum offert. via per quam salus expectatur, est resolutio. interitus verò est natiui caloris corruptio, ob materiæ crassitiem, & prauitatem. tempus

autem breue est, vt diximus. Cæterum auxilia, quæ pro huius abscissus curatione, desiderantur, fatim in hac consultatione sunt depicta, atque annotata.

## CONSULTATIO LXVII.

*De vrina suppressione pro quodam clarissimo viro.*



**I**nter formidabiles morbos, quibus miseri ægotantes solent tentari; grauiissimi, ac ferè perniciosi existimantur illi, qui vesicæ munus, nempe susceptum lotium statuto tempore excernere, ac continere, vel ledunt, vel prorsus impediunt. quare non mirum si Clarissimus hic patiens septuagenarius nunc de grauiissimis erûnis, quas vrinæ suppressio Ischuria à Græcis dicta, infert, quam maximè sex abhinc diebus conqueratur; pro quibus sedandis, vrinaque reddenda licet quamplurima, variaque expertus sit præsidia; tamen omnia sine fructu fuerunt tentata, & adhuc vrina nullo pacto excernitur; quin quod peius, intumescere cæpit venter, febris inualefcit, ac reliqua accidentia intenduntur.

*Causa.*

Huius suppressionis causam si perquiramus, vix dignosci potest, nisi prius, ea quæ ad vrinæ excretionem concurrunt, dignoscantur. nam tria sunt, vt naturaliter vrina reddatur, necessaria; Quorum primum est sensus per

quem percipitur vrinæ stimulus expultricem facultatem irritatis; Secundum est vtriusque facultatis robur, vesicam ad expulsionem mouentis, nempe animalis, quæ musculis Abdominis, ad hoc opus, tamquam instrumentis vtitur; & naturalis, quæ fibras transversales quoque adhibet, ad hoc opus peculiariter opportunas. Tertium sunt viæ atque meatus, per quos vrina pertransit patentes, atque expediti; vbi autem istorum aliquod proprio non fungitur munere necessario vrina supprimitur; in casu autem huius nostri Patientis puto, quod fiat ob stuporem ipsius vesicæ, neruis eius aliquo vitio laborantibus, idque percipitur; quia nullus adest stimulus, nullumque mingendi desiderium, nam si fieret ob musculorum Abdominis stuporem, esset quoque alui excrementorum retentio adnexa, quoniam huiusmodi muscoli ambabus excretionibus deseruiunt; non nego tamè quod ex multis alijs causis possit fieri, verum mihi hæc videtur probabilior; Cæterum cum huiusmodi vrinæ suppressio eorum neruorum


rum resolutionē sequatur à qui-  
bus vim sētiendi vesica recipit ,  
summè grauis , atq; periculi ple-  
nissima est , non enim vesica tor-  
pida reddita , pondus , aut exten-  
sionem , aut irritationem animad-  
uertit , quare neque ad vrinam de-  
trudendam insurgit , vt ab hac  
molestia liberetur ; vbi autem re-  
tinetur , venter intumescit , dein-  
de ad venas regurgitat , sanguinē  
corrumpit , natiuumque calorem  
extinguit ; idque maximè contin-  
git , quum vltra septimum retine-  
tur ; auget discrimen ætas decre-  
pita simul , & symptomatum ve-  
hementia , quorum causa timetur  
ne proximus interitus sequatur ,  
qui circa 14. , aut 20. solet con-  
tingere ; non est tamen deserend-  
us , noster languens , quia vt ali-  
as ex *Aetio* diximus , etiam in de-  
ploratis malis est , vsque ad vlti-  
mum experimentum proceden-  
dum . Quamobrem adhuc insi-  
stendum est eisdemmet præsidijs ,  
quæ obtusum , atque hebetatum  
vesicæ sensum valeant excitare ,  
nempè suppositorijs , atque clyste-  
ribus acrioribus sæpè inditis , quia  
ob vicinitatem , atque affinitatē  
quam habet vesica , cum intestino  
recto , ipsa quoque irritatur ; con-  
fert etiam ipsam vesicam compri-  
mere sæpeque tractare , ac in ipsā  
ceream candelam melle rosato il-  
litam demittere , vel idonea syrin-  
ga aliquem liquorem subacrem  
infundere , nempè oximel admo-  
dum dilutum , vel mel. ros. aliqua  
gutta aceti perfusum , vel mulsam ,  
in qua aliquid castorei , aut cipe-

ris , & cantaridum sit dissolutum .  
non sunt interea omittenda fo-  
menta , & infusiones . ex fol. malu-  
lauri , pulegij origani aneth. me-  
liloti , sem. lini , & camomil in  
aqua , aut vino paratæ , & circa  
ventrem spongia actu calida ad-  
mota , postea regio pectoris , pu-  
bis , & perinei oleo castino , ru-  
taceo , vel pino , de scorpionibus ,  
& castoreo foueatur . potest etiam  
in Glandis orificio formica , vel  
pediculus , vel aliquis vermiculus  
odore fœdus admoueri . Per os  
quoque exhibenda diuretica illa ,  
que potius qualitate , quam quā-  
titate agere valeant , vt aq. malu-  
ad 34. cum ʒi spiritus terebin-  
thi , vel aq. fab. ad idem pondus ,  
cum guttis otto spiritus vitrioli ,  
vel succus rafani ad ʒ 3. cum gut-  
tis sex ol. de camphura ; possumus  
etiam vti puluere sem. Irionis ad  
3 i. cum vino , dicunt enim non-  
nulli , quod mirabile Arcanū est .  
Quibus non conferentibus non  
est à ratione alienum , semel in  
die ad coxas inguina , & pectineni  
succas cucurbitulas admouere ,  
vel tandem ad catheterem confu-  
giendum , cuius beneficio sopita  
vesica irritatur , meatusque patēs  
redditur per quem vrina facilius  
excerni solet . à pulueribus canta-  
ridum , reliquisque præualidis di-  
ureticis etiam abstinendum pu-  
to , ne maiorem serositatis copiā  
ad vesicam deferant . quibus addi  
debet victus ratio , quæ debet es-  
se ex optimis cibis , de quibus me  
remitto , ad Excellentissimū Me-  
dicum curantem ,

CON-

## CONSULTATIO LXVIII.

*De lapide vesicae pro quodam nobili Puerō.*



Obilem hunc Puerum nobis propositum laborare vesicae calculo tuto affirmare audeo, nam plurima signa perpendo id ipsum demonstrantia, nempe vrinæ difficultatē, & stillicidiū, arenularum continuam deiectionem, perinei pondus, pubis grauitatē, atque dolorem, demumque lotiū tenue, & splendidū quod in dies mingitur. Hæc enim ab alia causa, quam à lapide prouenire nequeunt, vt multis in locis scripsit *Hip.* præsertim verò *lib. de aere aquis, & locis t. 23. de coacis practionibus, t. 4. & 4. de morbis t. 28. & 29.* sequitur autem vrinę difficultas, & per interualla suppressio, ex calculo cervicis vesicę orificium, per quod vrina detruditur, obturante, vt *1. de loc. aff. c. 1.* notauit *Gal.*, dolor verò, & grauitas, ex condensato lapide aspero, & inequali, qui sursum, & deorsum in vesica volutatur; mitus etiam sanguinis, ex eodem lapide vesicam percutiente, & feriente. vrina pariter tenuis, & splendida, quia quod liquidū est eicitur, quod verò crassum, & feculentum, subsidet, & in lapidem concrefcit. tandem arenularum deiectio fit, vel quod arenulæ descendentes in vesicam, aut non adherent calculo, vel ab eodem

calculo diuulsæ minguntur. Materialem autem causam, ex qua calculi generantur, visceridi, ac crassi succi suppeditant, qui lentorem, cum crassitudine adnexā habent, isti enim in puerorū corporibus, quam maximè redundāt. ob edacitatem, inquit *Gal. 3. aph. com. 26.* causa verò efficiens est calor excedens, qui dum in humidam materiā agit, ipsam absument, qua absorpta crassiores partes in lapideam naturam concrefcunt. Quare aberrant qui putant lapides ex frigore generari, non enim est credendum inquit *Gal. 2. de temp. cap. 3.* frigus aded intēdi in corporibus viuētibz, adeoque excedere, vt viscidam materiam, quę alicubi in eis redundat, cōstipet, & condenset, & ad lapidis naturam perducatur. Cæterum, cum calculus in vesica iam genitus, sit morbus in numero, ac in excessu toto genere P.N. vt *14. meth. c. 13.* idem *Gal.* notauit, sui educationem requirit, priusquam vesicam laceret, exulceret, & cōtaminet, cuius vlcera, vel putrescunt, vel exedunt, vel vrinę cursum impediunt, simulque sæuissimos dolores excitant, quorū causa vires prosteruntur, totum corpus peruertitur, ita, vt tandem interitus sequatur, educio autem liquatione fieri deberet, non secus, ac de sale nitro, & similibus fit,

*Causa.*

fit, quia iuxta *Arist. oraculum 4. meteor.*, quæ concreſcunt à calido, & ſiccò. liqueſcunt à frigido, & humido; verum hæc tanti viri ſententia tunc locum habet, quum maxima exiccatio, & concretio non viget, at cum in calculo floreat, à frigido, & humido, non eſt expectanda liquatio, quia ubi generantur lapides, nihil humidi relinquitur, quod poſſit denuo liquari. ſiquidem quæ ab igne ſunt combuſta liqueſceti amplius non poſſunt, vt idem *Arist. cit. loc.* inquit. Quare cum eiufcemodi educatio liquantibus auxilijs ſperari nequeat; ad frangentia eſt confugiendum, nempè ad ea quæ attenuandi, incidendi, penetrandi, abſumendi, portionesque aliquas illius humiditatis, quæ remanſit diſſoluendi facultatem habeant; cuius cenſus inter cætera eſt pulvis ethiopicæ inquit *Hip.* primò in vino veteri ad decem dies, deinde in aqua ad 20. maceratus; idem præſtat pulvis tabaci ad 3 1. in vino albo, vel in aqua ſaxifragiæ ſumptus, vel eiufdem aqua ſtillatitia, ſed his præſtâtius eſt, quod recipit liquiritiæ mûdæ, quatuor ſem. communium maior, ſem. malu., dragacanti, ſaxifragiæ, oſſium meſpilorum ana 3 2. ſem. pimpinellæ, granor. ruſci, ſeminis aſparacorum. ana 3 1. ſacch. opt. lib. 3 4. omnium pulvis ſubtiliſſimus ſeruetur pro uſu, eſt enim auxilium valdè proficuum, præſertim ſi in prædicto vino 3 1. ſucci limonis admisceatur. Sunt inſuper multa alia, quæ à tota ſubſtantia,

ſiue occulta qualitate comminuendi calculum, atque explodendi vim habent, ſicuti præſertim eſt cinis pellis leporinæ, adhuc cruentæ vna cum pilis intra ollam benè opertam combuſtæ ad 3 2. quolibet mane tribus horis ante cibum in vino albo generoſo ſumptus. ſanguis quoque Hirci, cum aliqua minima portione vini albi odoriferi, vel aqua ſaxifragæ, vel corticis fabarum ad 3 1. non parum pariter ab empiricis pulvis calculorum, qui in ventre quarundem palumbarum reperitur, permixtus cum pulvere cinnamomi, & florum ſambuci ad partes æquales tamquam ſalutare præſidium admodum comendatur, ſi ad 3 1. exhibeatur. Verum enim verò, vt huiusmodi auxilia tuto exhibeantur, corpus ſit exinanitum oportet, nõ ſolum per ſanguinis miſſionem ex interna vena cubiti; verum etiam per cathartica, quæ crallos ſuccos educere valeant, vt ag., diaturbit, diaphinicon, electuarium. Indum, diacaptolicum Arnaldi, & huiusmodi, præparatis tamen, atq; ad euacuationem diſpoſitis, ſerapijs de liq., capil. ven., de tribus rad., cum aq. cort. fab., malu. &c. quibus pariter addenda eſt proba victus ratio, quæ viſcidorum, cralſorumque humorum generationem vetare valeat. Quod ſi ex his nullum emolumentum ſequatur, quin potius in deterius procedat, ad chirurgiam eſt deueniendum, quæ licet ſit periculi plena, tamen quum nulla alia ſalutis fiducia viget, eſt ad illam

recurrendum, quam tantopere ex pauescere non debemus, quâ peritis in arte factitatur, videmus enim his nostris temporibus quamplures, quin ferè omnes sectos euadere, & perpaucos interire, quoniâ habemus artifices valdè peritos, qui in dies fœlici cû successu hanc operationem moliantur; illud tamen verum est, quod quum chirurgia exercetur, perineum in parte sinistra propè commissuram incidatur, siquidem commissuræ incisio teste *Avic.* est lethalis, vt refert *Valescus à Taranta lib. 5. c. 15.* expedit enim vt sectionis locum rectè calleant ij qui hanc operationem aggrediuntur, nam sectio secundum longitudinem fieri debet, nec pollicis digiti magnitudinem excedat, sitque eius initium duorum digitorum ab ano, & priusquam fiat ad vesicæ collum est leniter calculus abducendus, sic enim melius supra specillum, vel ipsum calculû sectio exercetur. sectione peracta dilatorio istrumento vulnus aper-

tum seruetur, & illico digito, vel forcipe, vel rostro coruino dentato calculus extrahatur; quod si accadat, vt disrumpatur, omnia fragmenta diligenter vna cum sanguinis grumis educantur. si quis autem istrumentorum figuras quibus calculi extrahuntur videre exoptat, is adeat *Pareum lib. 10 c. 42.* vel *Ioannem Andream à Cruce libello, quem de officina chirurgica scripsit;* illud tandem omnittendum non est, nempè nunquam ad hanc operationem esse deueniendum, nisi de lapide vesicæ certiores facti simus, nam in dies obseruatur, quod vesicæ vlcus magnâ cum lapide similitudinem habet eademque accidentia mouet, nō raro etiam simul cum lapide est in vesica; idque depræhenditur, quia vrina valdè fetet, pus, & squammulæ in matulæ fundo visuntur; & tunc neque manus opera sanari poterit. Quare non sine ratione *Hipp. iurauit libello de iureiurando se nunquam calculis oppressos secaturam.*

## CONSULTATIO LXIX.

*De vlcere penis pro quodam nobilissimo viro.*

**H**ic in varijs corporis partibus Gallicana vlcera prorumpant, nulli tamen frequentius, quam in pudendis elucescunt, quare non mirum si nobilissimus hic vir, post cum coinquinatis scortis commercium, malignis in penis regione vlcerebus fuerit

correptus, quibus detineri; præter sensum visus, ac tactus. luculenter demonstrant virulenta, ac saniosa materia quam eructant, sanguinis profusio, quæ frequenter contingit, acutus dolor, qui vehementer excruciat, atq; præputij, iam inchoata inflammatio.

Quo-

*Causa.* Quorum vlcera causam proximam; erodentem esse materiam; non solum extra partem affectam genitam; verum etiam in ipsa affecta parte productam, nemo est qui ambigat; siquidem ob Hepatis vitium hac lue affecti, Ichores maligni generantur, biliosi v3. pituitosi nitrosi, ac mordicantes; isti autem à robore eiusdem facultatis transmittentis pulsi, ac recipientis vitio attracti, huiusmodi maligna vlcera concitarunt; eo magis, quod in ipsamet affecta parte, etiam maiorem acquirunt acrimoniam ob moram, quam ibi gerunt. Causa verò remota non retentum sperma, aut fordes inter Glandem, ac præputium collectæ fuere, vt quidam putarunt, sed complexus venereus, cum coïnquinatis scortis, non autem, cum menstruatibus mulieribus, vt alij etiã dixerunt, sed cum ijs, quæ in pudendis, Gallicis vlcusculis erant affectæ.

*Præfagium.* Cæterum huius regionis vlcera non sunt contendenda; nam, propter maximam sensibilitatē, quam propter delectationem in venereo complexu posuit natura, vt 14. de usu partium notauit Gal. idonea medicamenta, quæ pro eiusmodi vlceribus curandis sunt valde proficua, citra inflammationis metum nunquam adhibentur, præterea ob multas, quas hæ partes recipiunt superfluitates, neque abstergi, neque facillè exiccari possunt; quibus adde, quod medicamenta, quæ in hac parte administrantur admodum diffi-

le retinentur, & vt plurimum labuntur. denique si huius regionis vlcera citra contagium ex Gal. testimonio sunt contumacia, & praua, quid? sperandum atque expectandum, cum cõtagiũ quoque adnexum habent. omitto, quod interdum sic seua euadunt, vt pudendum prorsus absumant, aut saltem aliquam eius partem detrahant, præsertim verò colis, atque præputij; quo fit, vt veneri complexus munus, vel minuat, vel deprauetur, vel prorsus deperdatur; non enim, vt decet tendi, ac intumescere potest, quare, nec semen in muliebri pudendum eiaculari; Vnde delectatio quoque plerumque minuitur. quin quod peius sæpè in alios exitiales affectus, nempe in Cãchrum, Gangrenam, aut clausuram præputij degenerant; quæ citra ferrum, & ignem superari non possunt, semper enim ex huius pudendi abscissione vitæ discrimen impendet.

*Curatio.* Quamobrem, vt his omnibus occurratur, est prouidendum ne exitiosi Ichores, qui in dies generantur, ad lesam partem fluant; idque, vt assequamur expedit primo, vt eorum generatio inhibeat, & geniti alio conuertantur, eorum autem generatio amouebitur si Hepatis intemperies, malaque qualitas corrigantur, vnde proba victus ratione instituta, ex cibis v3. exiccantibus, & minimè calefacientibus, (de quorũ prouidentia est accurata habenda consideratio à peritissimo Medi-

co curante) probarem, vt iterum fecetur vena pedis, lenita interea aluo, ac dispositis humoribus, corpus iterum, atque iterum expurgetur; postea ad decoctum radicis chinæ, spartæ parillæ, & sandalor. deueniendum, quod per plures dies in loco sudorifico est exhibendum; verum ad attemperandum Hepatis feruorem, eiusdemq; intemperiem corrigendâ, poterit etiam per interualla syrupus summaria compositus exhiberi.

Ad partem verò affectam ea medicamenta esse administranda, quæ citra mordicationem abstergendi, exiccandi, ac virulentiam euocandi facultatem possidēt, arbitror, nam etsi reliquarum partium vlcera exiccationem, atque absterfionem desiderant, pudendarum verò vehemētioribus exiccantibus opus habent, vt præter *Gal. 5. meth. c. 15.* notauit *Paulus lib. 3. c. 59.* & meritò quidē, quia cum genitales partes alienis excrementis repurgandis inseruiāt; putredini supra modum sunt obnoxie, nisi exiccantibus corrigantur, in quem vsu faciunt aloes, plumbum vstum, cortex pini, myrrha, puluis tutiæ præparatæ, aluminis, & eiusmodi, præsertim verò primum locum obtinet puluis mercurij præcipitati; nam abstergendi, exiccandi, Gallicum virus euocandi, ac putredinem remouendi miram continet facultatem. ad attemperandum quoq; feruorem, qui in læsa parte quàm maximè viget; tanquam satis pro-

ficuas commendarem lotiones ex decocto fol. plantag., hord., lupinor., limaturæ ligni Indici, fol. myrthi, pimpinellæ, & aluminis zucc., vel ex aqua aluminosa, cuius author fuit *Fallopplus*, vel ex collyrio *Lanfranci*, his vel similibus, deterfis vlceribus, vnguento de minio, vel de litargyrio, vel de tutia absoluator curatio, quæ proculdubio fauente Deo est expectanda absque vlla lesione.

#### APPENDIX.

**E**St caute in pudendarum partium vlceribus curandis procedendum, non enim frigida medicamenta, quibus sepius vtuntur Tonsores, ac maleferiati medicastri, vnquam sunt applicanda, nè virulenta materia, quæ adhuc in parte viget ad viscera pellatur, vel in ipsamet parte recludatur, & tantam acrimoniam acquirat, vt inde sæuissima vlcera, putrida, corrosiua, & exitialia sequantur, neque acria, atque erodentia alia aliqua medicamenta sunt administranda, vt quamplurimi alij faciunt, vt vnguentum ægyptiacum, aqua, vt vocant, fortis, aqua plantaginis cum sublimato mercurio, oleum causticum, ex vitriolo, & huiusmodi, nã hæc admodum dolorifica sunt, vnde dolores mouent, inflammationem inducunt, & in dies alia praua symptomata inuehunt. Quare blande huiusmodi vlcera ferè semper sunt tractanda; quoniam si sordida fuerint abstergantur de-

decocto scabiosæ, absynthij; rosarum rubearum, feminum citiorum contusorum, scordij, lupulorum, pilosellæ, antimonij crudi, addito melle rosato; & si fuerint cum inflammatione præ-

putij complicata, cataplasmate ex far. hordei, fabarum, oleo rosaceo, & lacte vtendum quousq; sedetur, non omissis vniuersalibus præsijs.

CONSULTATIO LXX.

*De Carunculis Virgæ pro quodam nobilissimo, viro.*



Vod nobilissimus, hic vir in penis ductu, quibusdã vlcusculis, ac carunculis detineatur, quæ vrinæ viâ

difficilem reddunt, sæpeque naturalem eiusdem cursum impediunt, mingendique libertatem adimunt; satis euidenter indicant Contagiosa Gonorrhœa, quæ præcessit, syringa, quæ per vrinariû ductum admota liberè permeare nequit, sed toties in via offendit, quoties obstruentes carunculæ occurrunt, vrina quæ tenuis, fili instar, sæpeque bifurcata, ac tortuose excernitur, interdû etiã guttatim stillat, frequens mictio, quæ cum dolore fit, mordicatio, quæ post mictum, & coitum percipitur, & denique dolor, qui quum vrina redditur, adeo vehementer excruciat, vt interdum aluum ad se exhonerãdam stimulet.

Quarum causa non fuit disruptus abscessus in ceruice vesicæ, aut calculus, aut luteus fluxus, aut vetus vulnus, fistolosum-

que vlcus, aut falsum phlegma, aut critica espulsio feruentis vrinæ, quoniã horum malorum nullum vnquam præcessit inditium; sed virulenta Gonorrhœa, saniosæ scilicet, purulentæque materiæ fluxus, cuius causa vrinarij ductus interna tunica fuit primò erosa, ac absumpta, deinde caro mollis cæpit excrescere, quæ tandem callo fuit obducta.

Huiusmodi autem Carunculæ ob loci in quo consistunt nobilitatem, affecti membri compositionem, ac connexionem, quam cum præcipuis partibus habent, viarum angustiam, ac tractandi difficultatem, vix sine maiorum malorum metu poterunt curari; nam absque erodentium medicamentorum vsu superari non possunt; locus autem nihil tale absq; maximo Ægrotantium discrimine admittit, vt præter *Pareum, lib. 18. c. 22.* notauit quoque *Mercurius lib. 2. c. 10.* de lue venerea.

Quare temerè curandæ non sunt, nec validioribus medicamentis irritandæ, sed expertis auxilijs ex arte tractandæ, nisi necessitas vrgeat,

*Præsagium.*

*Curatio.*

geat, quia si accidat, ut urina supprimatur, tunc ne vesicæ distentio, obsecnarum partium inflammatio, abscessus, corruptio, ac fistulosa ulcera sequantur, ac ne in scrotum, perineum, vicinasque partes prorumpat, aut intra corpus regurgitet, ad validiora esse recurrendum nemo est qui ambiget. spero tamen, quod in casu huius nobilissimi patientis prospere, & absque ullo symptomatum discrimine, harum caruncularum curatio absoluat, potissimum si indicationes curandi eliciantur. Quarum prima esse debet in fluxionibus cohibendis, secunda in ipsis carunculis emolliendis, Tertia in illis præfidijs administrandis, quæ citra dolorem, atque discrimen ipsas carunculas absumendi, atque extirpandi vim possideant; & tandem in ijs admoventis, quibus cicatrice obduci valeant.

Ad primam autem indicationem absolvendam illa tria medicinæ præfidia summopere præbentur, dietetica scilicet, pharmaceutica, & chirurgica. Quare nisi urgeat mali sæuities, id est quum urina non omnino supprimitur, à refrigeratur temperatus, nam frigoris, calorisque excessus est his malis quammaximè infensus, victus quoque ratio sobria, ac tenuis esse debet, decocta sudorifica, per plures dies exhibeantur, corpore tamen à vitiosis excrementis prius expurgato, blandioribus quidem medicamentis, nam fatius est bis, terue leuibus purga-

re, quam prostratis viribus, agitatæ, ac calefactis humoribus malum exacerbare. potissimum vero ante omnia sanguis detrahatur, tanto v3. parcius, quanto vires sunt debiles.

Ad emolliendas verò carunculas; varia sunt auxilia à præclarissimis viris excogitata, nempe fottus, emplastra, litus, & suffitus, præsertim verò, sunt sponciæ indecocto inbutæ, quod conficitur ex radicibus liliorum alborum, altheæ, brioniæ, fœniculi, semine lini, fenugræci, caricis pinguibus, flor. camomil., & meliloti, quæ contusa, atque incisa bulli in iure pingui, & post fottus, cataplasma ex prædictis materiis contusis, & traiectis applicetur, additis adipe suillo, & vnguento basilico, commendatur etiam non parum linimentum, ex vnguento de althea, de Agrippa, emplastro cæsi pi humidæ, butyro, adipe humano, & oleo liliorum alborum simul liquatis, & cum spiritu vini f. linimentum: non est quoque contendendum emplastrum vignij, eodem quoque consilio varia emplastra efformari possunt, pro medici curantis arbitrio. Sed his omnibus efficacia sunt suffumigia, quibus has scirrhasas carunculas emolliendi, liquandi, incidendi, digerendi, ac penetrandi facultas inest, præsertim si ex lapidibus molaribus in frustula fractis, aut lateribus ignitis fiant. huiusmodi autem frustula ignita æquali portione acerrimi aceti, & spiritus vini perfusa, irrorata, in-

tra

tra crura admota, ac pannis vndique circumtecta ne fumus exhalat, carunculas mirandum in modum emolliunt.

Emollitis carunculis sequitur, ut extirpentur; huiusmodi autem opus, neque expectandum, neque sperandum à natura est, sed ab arte, quæ multa, ac varia excogitavit instrumenta, quorum diuersitas, non modica est; nam alia sunt imbecillæ virtutis, alia valentiora, mediocria alia; valentiora autem appellamus non absolute, & ut sic; sed ratione nobilitatis affecti membri, ac affinitatis, quam cum præcipuis partibus habet. in casu autem huius nostri patiens, à valentioribus, acrioribusque esse prorsus abstinendum puto; ne ob doloris acerbiteriam, aliquod exitiale malum succrescat; Quare ea, quæ citra mordicationem carunculas dissipandi, ac consumendi vim habent, probarem, ut sunt pulueres feminis serpentariæ, eiusdemque radicis, myrrhæ, Aristolochiæ, gentianæ olibani, pompholigis, simul misti, & stirace liquida excepti, ac in cereæ candelæ cuspidem inuoluantur, ita, ut in vrinarij canalibus ductum immitti possint. Verum si accidat, ut his non dissipentur, ad valentiora deueniendum, ad puluerem v3. mercurij præcipitati, aluminis, calcanthi calcinati, ad partes æquales etiã stirace liquida exceptum.

Tandem si his ex arte administratis, res ex voto sequatur, incumbendum est, ut cicatrice obducatur,

medicamentis etiam, quæ sine morfu exiccant, sicuti inter cætera esse potest, quod ℞. aq. fabrorum, lib. ÷ nucis cupressi Gallarum ana ʒ 2. alum. zucc. ʒ 1. fiat decoctum pro iniectioe, quotandiu vtendum quousque nulla excrementitia humiditas educatur, nec quicquam ex meatu stillat.

APPENDIX.

Solent carunculæ in vesicæ collo, aut penis origine adeo intus ex ulcere succrescere, ut vrinæ impedimento sint magno. idque sæpe accidit ob virulentæ materiæ expulsionem, quæ per penis meatum stillat, cuius causa eiusdem vrinarij ductus tunica exeditur, ubi postea carunculæ emergunt; quæ circa sui initia molles, laxæque percipiuntur, simulque paruæ, ac pauciores; Temporis verò diuturnitate, plures, grandiores, duræ, & callosæ obseruantur, & tunc vix curationem suscipiunt; siquidem leuioribus non cedunt præsijs, à fortioribus irritantur; vnde miseri languentes ex his temere curati, dirisq; symptomatibus conflictati, plerumque afflicti, ac macerati fato cedunt, potissimum quum liquida medicamenta administrantur, à quibus potius sanæ partes, quam carunculæ eroduntur, quare fatius sæper est, ut illa in forma solida applicentur per angustam v3. fistulam, quæ in lineo panno stilum habeat reconditum; sic enim medicamentum linteum adherens carun-

rynculas tantum offendit non autem partes sanas . verum vbi ex admotis præfidijs carunculæ non dissipantur ; & patiens periclitari videatur ad calli ruptionem per ceream candelam , aut plumbeū specillum , aut consimile istrumētum , est confugiendum , vniuersalibus tamen præfidijs prius præmissis , simulque emollitis , sic n. vehementes non concitantur dolores , inflammationesque non ita facilè sequuntur , & quamquã crudele opus videatur ; tamen lōge crudelius est quum nihil vrinę

excernitur , permittere , vt ad alias recurrat partes , & patientes citius , ac certius periclitentur . Ceterum quum chateter in vrinarium meatum admouetur , carunculæ atteruntur , ac comminuuntur ; permittendum est , vt copiosus sanguis educatur , ita enim prohibetur nè praua accidentia insequantur . depræhenditur autem absumptas esse carunculas ex vrina , quæ libere promptè , & pleno meatu prodit , ex candela siue specillo , quæ libere ad vesicam penetriant .

## CONSULTATIO LXXI.

*De Gonorrhæa Gallica pro quodam egregio viro .*

fectum præter naturam de quo viginti ab hinc diebus ægregius , hic vir conqueritur , certum est , quandam esse liquidæ materiæ expulsionem , siue profusionem , cum ardore , dolore , & tentigine , quã Græci Gonorrhæam , medicorūque vulgus seminis profluuium appellant ; sed an huiusmodi , quę excernitur materia , verum sit semen , an purulenta viscida , ac virulenta materia , est nunc inquirendum ; nam hoc scire tum ad curationem ; tum ad præsagium , non parum confert ; & certum est hanc quæ guttatim educitur substantiam , verum semen nullo pacto esse posse . Etenim verum semen , quod in legitima Gonorrhæa educitur , citra pænis ere-

ctionem , vllumque doloris , vel molestiæ sensum excernitur , vt *lib. 6. de loc. aff. inquit Gal. ;* sed in casu huius ægregij patientis cū dolore , ac tentigine educitur ; igitur legitima Gonorrhæa esse non potest . Præterea verum semen fluidum , spumosum , & album est ; sed quod in casu huius patientis stillat , neque spumosū , neque album est , imò potius crassum , flauum , fœtidum varioque colore referatū , quare excretionem hanc non esse seminis , sed purulentæ materię , ex seminis infectione profectam , credendum est ; apparuit enim post suspiciosum concubitum leui cum ardore , qui pedetentim postea auctus est , cum continuo stimulo mingendi , ac tentigine satis molesta , quæ noctu præsertim excruciat .

Quę

Quę omnia Gallicanę virulentię soboles sunt, vt inquit *Fallop. lib. de morbo Gallico c. 100.* esse etiam Gallicanam Gonorrhęam, indicant lumborum dolor, & calefactio, debilitas, quam patitur in dorso, pruritus in Glandis extremo, & dolorifica pudendi erectio.

Huius excretionis remota causa ex dictis innotescit, fuit enim cum coinquinatis scortis venereus cōplexus, cuius causa pori atque pudendarum partium meatus aperiantur, per quos venenati halitus ex infecto pudendo eleuati vasa, concoquentia, deferentia, ac semen præparantia, Parastates vesliculas seminarias, & prostates petunt, quorum temperiem, naturalemque habitum peruertunt, atque contaminant, quare non mirum si huiusmodi vasa proprio, naturalique temperamento destituta, acita inquinata, succum ad seminis materiam dicatum, nec concoquere, nec retinere, nec seruare queunt, & huius virulentę materię insequantur profluiũ; quod non ex vlcusculis in interno penis ductu exortis, ortum ducit, vt *Petrus Paulus Pereda lib. 1. sue praxis c. 2.* putauit, sed ex Parastatibus, vt inquit *Pareus*; quę in corporibus hac lue oppressis, tumidę erosę, ac pure referctę, obseruantur; addẽ quod tanta materię copia, paruis vlceribus est improporcionata, & quamquam in vrinę excretionē, pudēdiq; erectione dolor vehementer excru-

ciet, euenit, quia putrens, virulentusque succus, in vasis huiusmodi incalescens, sine ardore, dolorisque sensu per penis ductũ, educi nequit. quare non primo, & per se in penis meatu prorũpunt vlcera; sed secundo, & per accidens. idque neque perpetuũ est. pluries enim vidimus virtutem hanc materiam, sine magno imò non semel, absque vlllo doloris sensu, æduci.

Cæterum non est huiusmodi virulenta profusio contendenda, neque audacter cohibenda, vt quidam perperam faciunt, siquidem vterque excessus in dira mala Aegrotos deducit; quum enim contenditur altius se insinuat, præcipuas partes petit, illasq; coinquinat, vesicę ceruicem, penisque ductum exulcerat; vrinę stillicidium, aut difficultatem, aut suppressionem parit. Si temerario consilio, siue per victum adstringentem, siue per phlebotomiam, siue per pharmacum, aliaque intus exhibita, siue per impurum, aut immoderatum concubitum, siue per se supprimatur, bubones, oris vlcera, capillorum, defluuium Gummata, dolores implacabiles, & huiusmodi expectare proculdubio oportet mala. neque quod libenter fluat res est intuto, sæpe enim aliqua eiusdem materię portio inter perineum, testiculorumque substantiam colligitur ibique inflammationem, abscessum, Gangrenam sinuosa, ac fistulosa vlcera frequenter parit, quę, vel membrum mutilat,

Gg vel

vel Aegros ducunt ad mortem. quare circa huius mali profligationem accurate est procedendū.

Vnde probarem, vt per plures alios dies sinatur fluere, & nisi sponte huius virulentæ materiæ profusio sufficiens sequatur, diureticis auxilijs erit adiuuanda, serapijs v3. capill. ven., de tribus rad. malu., viol. aq. pariter capil. ven., sem. melon., quatuor sem. frigidorum, simulque optimis cibis. Verum ad dolores leniendos, ardores attemperandos, ac tentiginem remouendam, priusquã vrinarij canalis erosio sequatur, vel maiora alia mala succrescant attemperantia esse exhibenda arbitror, nempè cassiam nouiter extractam, cum pul. liq., diapr. lenit., confect. hamech., & sacch., vel aquam Quercetani in sua pharmacoepa descriptam. interim fugiantur mulierum cõsortia, ac de rebus venereis cogitationes, cubat in strato duriore, nec vnquam supinus, quod si ob materiæ crassitiem, ac lentorem, excretio non remittatur, terebenthinam abietinam, aqua plantaginis lotam exhiberem, cum syrupo capil. ven., zud. violarum mixtam. Remissa symptomatum vehementia victus ratio ex carnibus vitulinis, pullorū, cicoreaceis, iuribus alteratis, & similibus, instituat, atque ita per 40. dies esse procedendum puto. Quo tempore elapso, nisi remittatur, sectã venæ pedis, pharmacum lenitiuū exhiberi poterit, omnia pariter reuulsionum genera tententur, præ-

sertim verò, per sudorem ex alexipharmacis procuratum, ex decocto v3. ligni Indici, spartæ parillæ, ac radicis Chinæ, non solum sub forma serapij, verū etiam per potum, per plures menses exhibitum.

#### APPENDIX.

**F**Requenter ijs, qui scortandi vsui dediti sunt euenit, vt post venereum complexum, sub eodẽ tempore, quo vrinam reddunt, leuem quendam in vrinario ductu ardorem persentire incipiant, postea etiam acutum. dolorem, simulque per vrinariū meatum virulenta quædam materia guttatim educitur, quam excretionem Gonorrhæam, vt diximus appellant. Cuius species ex cõmuni medicorum consensu tres sunt, vna v3. vera, ac propriè dicta cuius pluribus in locis mentionem facit Gal., & retentricis uasorum facultatis infirmitati refertur, & cole. haud quaquam extenso prouenit; altera non vera, quæ turgido, seu tenso quodammodo pudendo fit, & vehit conuulsio quædam est; producit autem quum conuulsioni, quasi quid simile instrumenta patiuntur, vt 3. de caus. sympr. c.4. idem Gal. afferit: vltima quæ Gallica dicitur, & hæc præter memoratata, quæ concitat æccidentia, per plures menses, & annos citra viriū iacturam solet perdurare; imò tantum abest, vt ex diuturna huius materiæ excretionẽ corpus lan-

languescat, ut sæpè in meliorem statum deducatur, nisi cachoetica corpora, aut senilia occupet; in his enim, vel non curatur, vel Aegros ducit tandem ad interitum, Gonorrhœa enim ex lue venerea in senibus, non nisi cū morte terminatur, inquit *Senertus*. Ceterum quomodo curetur Gonorrhœa ex dictis innotescit. Verum si accidat, ut ex nuper memoratis auxilijs ex voto curatio non sequatur, quia iam altas infixit radices ad frequentiores purgationes, Primo confugiendum, postea verò ad sudationes, quæ ex decocto sub hac forma parato sunt petendæ. ℞. ligni Sancti recenter limati ℥ 2. falsæ parillæ, & rad. chinæ ana ℥ 3. aquæ acetosæ, & borrag. ana lib. 11. ÷ fucci limonis depurati ℥ 2. ÷ infundantur per 24. hor. in bocea vitrea collilongita obturati, ut nihil exhalet. deinde in balneo mariæ per 24. hor. bull., col. seruetur, cuius dosis sit lib. ÷ calidum in aurora exhibeatur, & in lecto sine violentia sudor procuretur. assumatur autem per 40. dies, nam eiusmodi decoctum spermatica vasa valde laxata, ac infirmiora valde roborat, inquit *Fonsæca* potissimum si Perinei, renū, & Priapi regio sequenti unguento foueatur ℥ 3. ℞. ol. ros. omphanc. & myrtini ana ℥ 3. ÷ plumbi vsti, cerusæ, lapidis Hematit. lotor. cum aq. plantag. ana ℥ 2. amili ℥ 3. ÷ caphuræ ℥ 2. ÷ flor. nenuphar. ℥ 3. cū succ. lactu. in mortario plumbeo f. linimentum. verum si neque his re-

mittatur, imò in longius produci videatur, purgato perfectè corpore, ad linimenta mercurialia, deueniendum, quibus omnes artus inungantur. ℥ 3. ℞. mercurij purificati, ac cum saliuâ humana præparati ℥ 2. adipis suilli, sine sale lib. ÷ ol. masticinæ ℥ 1. olei ligni sancti ℥ 3. ÷ pomorum dulciū sub cineribus coctorum, n. 2. ol. laurini, ℥ 1. croci ℥ 1. ÷ admisceatur primo mercurius cū adipe suillo in mortario lapideo, postea reliqua addantur, ac in eodem mortario ad formam linimenti reducantur. sed quidam Tenebriones pro veteri, ac pertinaci Gonorrhœa curanda præcipiunt, ut Aegrotantes Gallica gonorrhœa infecti, rem cum aliqua muliere Aethiope habeant; huiusmodi autem experimentum tanquam verum approbat Scaliger exercitatione 180. c. 18. Hærcules quoque Saxonia libello quem de lue venerea scripsit, multos ab antiqua Gonorrhœa, qui cum vxore virgine rem habuerūt fuisse liberatos refert. Quibus experimentis non esse fidendum puto; nam tantum abest, ut curentur, ut potius ad deteriora mala deducantur, quam plures. n. non quidem liberatos, sed ad extremum fatum perductos vidimus; sub his experimentis ob ingentes sanguinis profusiones sequutas, quare esse prorsus ab his abstinendum arbitror. Empirici pro virulenta Gonorrhœa curanda, per os exhibent ℥ 1., vel 5 2. cuiusdem medicamenti, quod mar-

moletum terebinthinatum appellat pro vna vice tantum, alij exhibent 3 i. pilul. de terebenthina. alij vtuntur tintura corallorum.

ad gutt. 6. vel ad 3. vel ad 3 i. alij dicunt, quod confectio narcotica Gonorrhœam potenter emendet cuius dosis est à 3. ad 31.

## CONSULTATIO LXXII.

*De antiquo ulcere intestini recti pro quodam egregia viro.*



Quod malum, quo quatuor ab hinc annis. egregius hic vir detinetur sit vlcus intestini recti, & illud quidem antiquum, malignum, dolo-

*Morbi idea.*

rosus, & callosus, præter fidem oculatam; saniosus Ichor continuo fluens, dolor qui in fœcum. expulsionem percipitur, perennisque desidendi cupiditas satis superque suadent. Esse autem magnum, saniei copia quam eructat, docet; esse etiam malignum pertinacia, ac resistantia ostendunt. Esse tandem callosum, indicat specillum à quo tangitur durties.

*Mali causa.*

Cuius generationis principia proxima, in vnum acrioris materiae copiosum affluxum referre non dubito; nam ex acridine erosio, ex copia sinus, ac cauitas producantur, quæ protinus non agglutinata, callo obducuntur. Principia verò remota ad causas prædictam materiam generantes, genitamque conseruantes, spectant, ad feruidam v3. Hepatis intemperiem ex venereo contagio contractam; ad natiuam affectæ par-

tis imbecillitatem, totiusque corporis facultatis expultricis robur, demumque ad varia errata in antea vita.

Verum, vt huiusmodi vlcus fanitati restituatur; est necesse impedimenta propria, ac communia remouere. ratione enim illorum orificium oportet dilatari, callum eximere, vlcus detergere, atque exiccare, substantiamque deperditam reparare; horum verò ratione, humorum affluxum cohibere, feruidam Iecoris intemperiem, Gallicanumque virus prorsus corrigere, atque emendare. Quos scopos ad felicem exitum perducere, valde est difficile, ac operosum, forsitanque impossibile; vix enim, aut nunquam tot, tantaque impedimenta remoueri poterunt, si quidem est natura hos molestantes fucos, per hanc regionem expellere iam assuetam; intestinum valde erosum, quod neque medicamenta abstergentia, neque exiccantia admittit, neque potest perferre; neque euitari fœcum transitus, neque purulentæ materiae acrimonia emendari; neque perennis motus dilatationis, ac constrictionis estu-

*Curatio.*

gi;

gi, neque tandem exquisitus partus sensus corrigi. Quare cū vera curatio expectari nequeat, dāda tamen est opera ne erosio accrescat, symptomata intendātur, ac in alia dira mala commutetur, utpote in Gangrenam, carcinoma, &c. vel tandem ex immodica saniei evacuatione corpus contabescat, ut non semel pueris meretricio more viuentibus contigisse vidimus.

Verum ut à tot, tantisque, quę impendent ruinis, protegatur; incumbendum est primò, ut redundantes prauique Ichores, è corpore educantur, deinde ne iterū regenerentur: & tandem affectus locus roboretur, abstergatur atq; exiccetur. ad prauos verò humores, è corpore educendos, cathartica quę crassos, erodentes, venenatosque Ichores ducant, probarem, has vires, syrupus sueffanus, syrupus de Polipodio, conf. hamech. mel. ros. solut., diaphinicum, decoctum ag. trocis. polipodij, tartari vini albi, epitt. & florū cord., possidēt; non tamen neglectis serapijs attemperantibus, coquentibus, ac præparantibus, de suc. v3. fumariz, cicor., ac lupul. Verum ne iterum regenerentur, præter victus rationem, quę debet esse ex auiculis montanis, carnibus Gallinarum, vitulorum lactantium, hedorum, & huiusmodi, probarem etiam quę Hepar attemperant, à prauaque qualitate vindicant, decoctum v3. ligni indici, radicis chinæ, & santalorum per 40. dies in loco calido exhibitū.

Tandem vlcus curandum superest; quod ex arte prudenter est tractandum, lotionibus v3. exiccantibus, syringa intus proiectis, ex decocto ligni Indici limati, anethi vsti, aloes, aluminis zucarini, hord., lupinor. & plātaginis, vel ex aqua aluminosa Falloppij, vel ex Balneo Cantarelli, aut Gurgitelli, pulueribus sulphuris, aloes, cucurbitę concrematę, & aluminis vigorato. ad intestinum verò vlcus, puluis mirobalanorum; Gallarum, thuris, myrrhæ, balauftionum; mastich., Hipocistidis, & huiusmodi applicetur. Sed his omnibus efficaciora sunt suffumigia ex cinabrio; thure, ladano, belzoino, stirace liquida, & aceto exceptis. Verum si his non remittatur quinimò in deterius procedere videatur, tunc necessitate adducti ad ignita ferra esse deueniendum *lib. de hemorrhoidibus t. 1.* præcipit Hip. ignis enim prauę qualitati resistit, debilem hanc partem roborat, humiditas atque molles carnes exiccat; & ut vno verbo dicā perficit, & non officit; siquidem nullo alio auxilio melius ipsa vstione prohiberi poterit, ne malum ultra procedat. illud tamen verū est, quod licet ignis præclarum sit remedium, tutum, & nobile, adeo tamen homines terrefacit, ut perpauci hoc subeant remedium. Post vstionem illa administrantur, quę licet sint actu humida, potestate tamen debent esse sicca, ut vnguentum recenti butyro mixtum. Empirici, qui  
fo-

folâ experientia medicinam tractant, & humanâ naturam cognitam non habent, neque morborû causas intelligunt, pro his sedis virijs curandis, vtuntur oleo mellis, oleo frumenti, oleo sulphuris, sale tartari, & mellis, quæ vt plurimum in cassum administrantur, quinimò non semel maiori, cum detrimento; quare tutius est huiusmodi affectus, cum alijs cu-

rari non possunt per ferramenta nucleo similia, idest oliuaria inurere; cauendum tamen, ne musculus astrictorius igne attingatur, vt præter *Celsum lib. 6. c. 18.* notauit quoque *Aetius lib. 14. c. 8.* Siquidem huiusmodi musculus, neq; vstionem, neque sectionem admittit, ob conuulsionis periculû, inquit *Ioannes Costeus lib. 2. c. 56. de igneis medicina præsidijs.*

### CONSULTATIO LXXIII.

*De fistuloso inguinis ulcere pro quodam nobili Adolescente.*



**V**tinâ Gallici bubones purulentam materiam, illamque quidê copiosam eructantes, essent veluti emissariû per quod Gallicum virus profus educitur, atque euacuatur, vt putauit *Fallopius*, quia, sic omnes hac labe infecti, perfectæ sanitati restituerentur; sed res aliter se habet potissimum quum huiusmodi virulentia est satis progressa, in impurumque corpus infixâ, tunc quamquam purulenta materia copiosè educatur non propterea inculcata sanitas attenditur. vnde non mirum si nobilis *Patiés* sex abhinc mensibus hac lue infectus, de fistuloso destri inguinis ulcere vehementer conqueratur, quo detineri, constat non solum ex excrementorum colluie, quâ assiduè eructat, specillo à quo

percipitur durities, ac cuniculosa cavitates detegitur; verum etiam ex colore deflorato, malo totius corporis habitu, articulorum doloribus, pustulosisque maculis, quibus ferè totum corpus scætet.

Cæterum, cum huiusmodi fistulosum, cuniculosumque vlcus sit iam per vniuersam inguinis regionem dispersum, præsertim verò sub Glandulis proserpat, fetidam saniem eructet, cruentâque materiam fundat, quæ numquam profus educitur, timetur ne hinc inde vltra progrediatur, & maiora mala accersat, sanguinis scilicet profusionem, putrefactionem, febres, virium iacturam, & denique interitum, sunt enim semper reformidanda huius regionis mala quoniam Hepatis sunt emûtoria adque superfluitates omnes in dies pelluntur.

Quamobrem curationis initiû ab ijs esse auspiciandum arbitror quæ

*Signa*

*Præsigium.*

*Curatio.*

quæ causam respiciunt, præsertim verò superfluitates iam genitas, quæ quancitissimè, vt è corpore educantur, expedit. deinde earû generatio inhibenda, & demum topica præsidia excogitanda, quæ aduersus affectæ partis vitium pugnare acriter valeant; & quantû ad primum, ad superfluitates in corpore genitas educendas, præter sanguinis detractionem, quæ purgantibus expeditiorem, ac liberio- rem viam præbent, probantur cathartica, quæ acres, virulentos, crassioresque succos educere valeant, de quibus fatim alibi diximus. Quantum verò ad secundû repurgato corpore, ac ab excrementis prorsus immuni reddito; ne iterum regenerentur, incumbendum, idque consequemur si proba victus ratio instituat. quæ esse debet ex cibis boni succi, ac maximi nutrimenti, siccoris quoque naturæ, moderatæque quantitatis, nam in longioribus affectibus, ob victus parsimoniam sæpè deficiunt languentes. verum præter victus prouidentiam, ad humorum generationem inhibendam, quæ ad malam hæpatis qualitatem dissipandam sufficiens nõ est; ad alexipharmaca est cõfugiendum de quorum etiam materia, forma, dosi, modoque exhibendi alibi dictum est. probarem tamè, vt more lusitanorum exhibeantur nempè absque purgantibus auxilijs, & per interualla exhiberi poterit syrûpus de fum. ter. compositus, sic enim prauis humoribus, qui interim producuntur, euacuan-

tur, & praua quoque qualitas emendatur, atque corrigitur.

Ad partem verò vlcere oppressam, præter exiccantes lotiones simulque abstergentes, probarè, vt ea auxilia administrentur, quæ callum erodendi, ac absumendi facultatem habent; quare contorta spongia, vel alijs præsidijs dilatato vlcere, erodentia medicamenta sunt administranda, inter quæ primum locum obtinent trocisci de minio ex inuenti. ne Iohannis Vigonij, qui mira præstant pro fistularum callis absumendis, atque erodendis, quibus in dies vtuntur pro fistulosis vlceribus curandis, in amplissimo Incurabilem valetudinario assidui, peritique Chirurghi, magno eû languentium emolumento. Verum si post calli erosionem, sinuosum vlcus resideat, (vt ex admoto specillo percipi poterit) in cuius fundo purulenta materia retineatur, nec prorsus libere duci poterit, tota illa cavitates secetur, ac si quæ adsit Glandula postea exiccetur, nam tunc nihil aliud superest nisi vt sarcoticis vlous carne expleatur, de quorum facultate, alias etiam dictum est; de reliquis me remitto ad peritiam excellentissimi medici curantis.

APPENDIX.

**Q**uod ex abscessibus, vulneribus, vlceribus, ac bubonibus peruerse curatis, perperaque absterfis, ac expurgatis ortû habeant fistulæ, & curæ quomodo

in

in ipsis generetur callus, iam alibi diximus. illud tamen addi potest, quod cum specillum exploratorium adhibetur, & cutis tenuitas vlceri adiacet; numquam vlceris sanatio est expectanda, nisi cutis illa tenuis, aut causticis, aut ferro remoueat, non enim venæ capillares ad cutem tendentes à putredine, & pure erosæ, nutrimentum, ac consolidationis materiam ad cutem deferre possunt, vnde cutis proprio subsidio orbata proprioque calore destituta, accrescit; quare tamquam quid inutile tota erodenda, aut scindenda est. Insuper præter auxilia, rationalemque curandi fistulas methodum sunt quædam alia Hermetica præsidia ab empiricis excogitata; quæ (vt dicunt) mira præstant pro callosis vl-

ceribus curandis. Sicuti præsertim est sal iunci aquatici artificiosè extractum, quod tum intra; tum extra cum iuuamento offertur; alij primo vnguento Mercurij vtuntur, deinde suffumigijs ex thure, cinabrio, myrrha, & ladanum cum aceto mistis, alij magnis euacuationibus pro his vitijs curandis simulque frequentioribus vtuntur; alij aquam Balsamicam adhibent, alij argentum viuû calcinatum, in aqua aceti bis destillati dissolutum, summis laudibus extollunt; dicunt enim quod mirificè, absque dolore fistulosa vlcera curant. Verum, vt verum dicam non omnia, quæ de his scribunt empirici veluti oracula esse, est credendum; sæpè enim sine fructu administrata fuisse vidimus.

#### CONSULTATIO LXXIV.

*De abscessu ani pro quodam nobilissimo viro.*



**D**olorifica affectio qua quatuor ab hinc diebus circa ani coronam nobilissimus hic vir detinetur, ita de se patet, vt etiam ab ignaris medicastri dignoscatur; est enim tumor præter naturam admodum dolorosus, subruher, tensus, cum febre vigilijs, alijsque symptomatibus cõiunctus, quæ non solum inflamationis, verum etiam fientis abscessus sunt legitimæ notæ.

Cuius materialis, immediata-

que causa crassus turbidus, ac feculentus sanguis est; quem Balsamum naturale, mercurium vitæ, ac tartarum Paracelsi sectatores nominant; colligitur autem in hac regione facillè, quia tamquam inutilis à naturalibus facultatibus pellitur, vt per hæmorrhoidales excernatur, cum autem ob sui crassitiem, vel alias ob causas educi nequeat in his laxis, humidis, debilibusque partibus colligitur, collectus feruet, & in abscessum degenerat. producitur autem ob feruidam Iecorisi intemperiem, vitiosaque alimenta, æ

in

in rebus non naturalibus varia errata; deinde per venæ cauæ ramos, ad musculos, qui recti intestini motibus famulantur, transmittitur, qui vna cum cute in casu huius nobilissimi patientis sunt affecti, non autem venæ hemorrhoidales, vt Tonfores, ac Herniarij alij chirurgi dixerunt; quoniam huiusmodi venæ, neque distentæ, neque protuberantes, apparent, neque alteratæ visuntur.

*vesagium.* Cæterum cum huiusmodi abscessus non sit admodum immer-  
sus, imò potius superficialis, dum videmus, quod vltra musculosas carnes non procedit, neque est immer-  
sus, periculo vacat. Verûtamen non est contendendus, ne collecta materia diutius retenta, sinuat, cuniculos agat, & fistulas pariat, vel Gangrenam excitet. nam propter harum partium laxitatem, atque mollitiem facilè est contingentes hisce locis abscessus in putredinem abire.

*uratio.* Verum cum huiusmodi affectio sit adhuc in primo fieri, & propter dolores, periculum imminet, ne maiores fluxiones concitetur, curationis initium à sanguinis de-  
tractione esse auspicandum arbitror; præsertim verò à parte superna, à vena scilicet destri Cubiti; quinimò, cum huius Patientis corpus sit quoque prauis succis referctû à ratione alienum nõ est catharticum, quod molestâtes succos respiciat exhibere. Verum si aliquam ob difficultatem purgantia pharmaca exhibere non li-

ceat, ad lenientes ac emollientes clysteres est recurrédum de quorum materia, & forma alias dictû est.


Verum cum curationis initium ex natura morbi desumatur, vt 3. met. c. 1. notauit Gal. & abscessus huiusmodi morbus sit in repletione, priusquam collecta in affecta parte materia computrescat, vt detur exitus oportet. huius autem regionis tubercula, esse cruda aperienda. *lib. de Hemorrhoidibus* scripsit Hip. quam sententiã ita intelligendam esse *lib. de tum. P.N.* inquit *Iulius Casar Arantius*, vt quartam diem non excedamus, potissimum, cum à calido humore fiunt, quia si affluxum sanguinem putrescere permittimus, facilè intestini recti tunica corrumpitur, & ad internum eius spatiû perueniens fistulosum vlcus parit, quod aliud non est quam foramen ad externam plagam per-  
tingens ex putredine factum, per quod flatus, cum stercore excerni solet. quare huiusmodi abscessus quamquam sub forma sanguinis adhuc maneat, & crudus sit protinus, vt aperiatur præstat; simulque permittatur, vt copiosus sanguis effluat; nam obseruatum est, quod minorato plurimo sanguine, cessat dolor, inflammatio remittitur, fistulæque suspicio tollitur, postea parua turunda ex siccis filamentis cõflata administretur, supraque lintea triplicata in vino madida applicentur, ab humidis, pinguibusque medicamentis, quibus Herniarij chirurgi, ac

Hh Ton-

Tonfores vtuntur prorsus est abstinendum; hæc enim absque maximo detrimento, numquam adhibentur. Verum si accidat, vt dolor non sedetur, vel sectum vlcus recrudescat, cataplasma, quod naturalem calorem fouendi vim habeat, circa vlcus est administrandum, cuiusmodi est, quod recipit far. tritici, hord., sem. lini, & fæ-

nu græci ana ʒ i. pulpæ cydoniorum subcineribus coctorum ʒ i. croci ʒ i. pul. folior. altheæ, & maluæ crispæ ana ʒ ʒ. pingued. suilli ʒ 4. iuris pulli q. ʒ. ad ignem ʒ. A. f. cataplasma, addendo vitellor. ouorū n. 2, his enim auxilijs, ac curandi modo, fauente Deo proculdubio noster Ægrotus sanitati restituetur.

## CONSULTATIO LXXV.

*De Ani proidentia pro quodam Reuerendo Sacerdote.*

Ecimus quintus iā agitur annus, quo admodum hic Reuerendus sexagenarius pijsimus, leuem quendam mordicationis sensum primò in ani corona persentire cępit, deinde acutos dolores, ac maximā excernendi feces difficultatem pati, vna cum intestini recti proidentia; e quibus, opportunis admotis auxilijs, multos post labores fuit subleuatus, sed non ita perfectè, quin per interualla intestinum ægrederetur, ac ingrederetur, tamen circa finem elapsi mensis Ianuarij 1643. iterum nouis concitatis fluxionibus intestinum prolapsum ita inflammatum est; vt neque intromitti, neq; corrigi potuerit, & quod peius graui, molesto, inaniq; excernēdi excrementa desiderio exardet; nihilominus fæces non excernuntur; idq; contingere puto, quia ob intesti-

ni inflammationem, eiusdemquealui angustam cavitatem, alteratamque, fæces educi nequeunt, desiderium verò, fæces excernendi viget ob falsos, ac mordicantes humores, qui naturam stimulant ad expellendum.

Verum cum huiusmodi ani proidentia, vel primo, & per se ori- Cause. ri possit v3. quum anus inflammatione tentatur, & illa quidem adeò magna, vt sua grauitate, musculos ipsum attollentes, quum contrahuntur, cogant violenter distendi; vel secundo, & per accidens, v3. quando nullo proprio affectu, laborans; ob eorundem musculorum resolutionē, aut relaxationem, siue aliam ob causā ipsos debilitantem procedit. In casu autem huius Reuerēdi vtroque modò fieri existimo. Primò ob inflammationem, quam indicant rubor, dolor, tumor, & tensio; secundo ob resolutionem, humidam intemperiem, muscu-

lorumque imbecillitatem; idque etiam *Ætas* penè decrepita, natiui caloris paupertas, excrementorum copia, totiusque corpòris macies ostendunt, ex quibus hunc Reuerendum, morbo in situ laborare colligitur, quia intestinum è propria sede remotum, ac extranum prolapsum videtur. deinde in soluta vnitatem, quia cruor, sanies, ac pus excernuntur, doloresque quoque vigent. tandemque in intemperie, dum videmus intestinum esse ad calidum valde alteratum.

Pro quorum malorum profligatione, curatiuæ indicationes essent intestinum in propriam sedem restituere, dolores sedare, inflammationem remouere, omnesque occasiones à quibus mala fouentur euitare. Quas indicationes attingere, est valde difficile, siquidem intestinum restitui nequit, nisi inflammatio remoueatur, inflàmatio quoque remoueri non potest, nisi dolores leniantur; dolores pariter sedari nequeunt, nisi occasiones à quibus fouentur, tollantur, nempe ærium succorum fluxiones, & tandem neque fluxiones sine maximis auxilijs tolli possunt, quibus in corpore senili vti non est facile; etenim natiui caloris paupertas, hac in ætate quammaximè viget, qui totius medicæ facultatis est fundamentum; simulque humidi radicalis consumptio est adnexa, quæ ob ventriculi languorem, eiusdemque caloris imbecillitatem reparari non pos-

sunt; Quare ea esse administranda auxilia puto, quibus dolores remittuntur, ac prohibeatur ne malum vltra procedat. pro sedandis verò doloribus primum locum obtinet sanguinis missio, quam in casu huius Reuerendi ob virium iacturam copiosam facere non licet, quare parcè mittatur, huius enim beneficio antecedens materia ad fouendum dolorem apta, minoratur, ac Iecur attemperatur; interim quoque syrupi attemperantes exhiberi poterunt, nempe de succo borraginis, acetosellæ, de infus. ros. rub., cum aquis stillatitijs scorzonerie, fumarie, &c. à purgâtibus verò abstinere, his enim quum intestina sunt affecta vti non licet; nisi per vomitum fiat. sic enim prohibetur ne deorsum humores ferantur, præsertim verò biliosi, tenues, & acres.

Ad partem verò affectam, ad intestinum v3. prolapsum, ac inflammatum probarem, vt noster Reuerendus in aqua calida sedeat, cum butyro mixta, donec detumescat; Post balneum oleo rosaceo, myrthino, foueatur, vel decocto fol. altheæ, maluarum, ænulæ, câpanæ, flor. camomillæ, meliloti, sem. lini, fœnugreci, cassi barbasfi, & myrthi, quod digerendi leniendi attemperandi facultatem habet. verum, nisi dolores remittantur ad linimentum est recurrendum v3. ℞. ol. ros. ʒ 1. lactis mulieris ʒ ʒ. ol. sem. lini ʒ. 3. opij g. 3. vitell. ouor. n. 2. mis. pro linimento, quod efficacissimum est. his vel consimilibus sedato dolo-

Hh 2 re,

curatiua in  
licationes

re, ac remissa inflammatione, intestinum lentis, viscidisque succis referctum aqua maris, vel lixivio ex querno cinere detergatur. verum si maiori abstersione opus fuerit, abluatur vino austero, in quo cortex pini, nuces cupressi, Gallæ immaturæ, & myrrha fuerint decocta. huiusmodi enim auxilium, præter deterfionē, quæ satis ægregiè operatur, efficacē vim habet resolutum intestinum corrigēdi, roborādi, ac cōfirmandi. Post deterfionē, repurgatū intestinum vndique tenuissimo puluere inspergatur, v3. ex myrrha, thure, acatia, corticibus pini, plūbo, & alumine, deinde paulatim ex arte in proprium locum compellatur, postea ne iterum labatur; pulueribus sem. ros. rub., cerussæ, balauktionum Gallarum, & cupressi anus expleatur, tandē idonea ligatura artificiosè adhibita in suo situ retineatur. Verū si hac arte, & industria restitui nō possit, ita Reuerendus Patiens collocetur, vt ex pedibus pendēs hinc inde concutiatur, simulque spiritum contineat, & digitis medicus intestinum compellat, interea idoneo situ in lecto quiescat, ac tempore quo aluus exoneratur, inter angustissimas tabellas cruribus extensis sedeat. præterea cibus boni succi, facilisque concoctionis nutriatur, quibus parum, & sæpè ob virium iacturam vti poterit.

## APPENDIX.

**P**ostrema recti intestini pars, cuius terminus est anus, ob nimiam molliem; diurnas fluxiones, aliasque causas, sæpè laxatur, anique procidentia sequitur; quæ pueris, senibus, etque qui oleribus, nimio aquæ potu, humidisque cibus vtuntur, est quammaximè familiaris, siquidē ob nimiam, quam concipiunt humiditatem muscoli resoluuntur, & anus extra propriam sedē prolabitur. multas etiam ob alias causas ani procidentia sequi potest, nempe ob difficilem, & laboriosum partum, ob diros dolores in sectione calculi, ob aërē frigidum, longam moram in aqua frigida, crapulam, irritationem, quæ fit in tenesmo, ac dysenteria, demumque ob magnos conatus, qui in fecibus excernendis efficitur. ani quoque procidentia perse patet; sed num ob difficilem partum, vel ob casum, vel ob magnum conatum in excernendis fecibus, &c. fiat, vel ob aliquam aliam causam, ex relatione Egrotantium deprehendi poterit. Cæterum ani procidentia, quæ propter percussione, aut casum super dorsi spondyles, aut propter fistulam, aut lacertorum ani, vel sphyncteris paralasim fit, nulla medici industria curari poterit, inquit *Guilielmus de Saliceto cap. 181.* suæ medicinæ, ita pariter si ob ventris fluxum, vel dysenteriam, vel tenesimum, non curatur nisi sub-

sublata causa, vix etiam curatur, quæ ad intestinà membranis diuulsionem, vel imbecillitatem sequitur; Secus verò vbi intestinum agreditur, & deinde redit, curatio est facilior, demum ani proci-dentia, quæ idoneis adhibitis medicamentis non corrigitur, vel correctà iterum prolabitur ad vstionem esse deueniendum, inquit *Actius lib. 14. c. 8. ex Leonida*, exuri autem debet externa sedis regio.

nam vstio fluētē materiam exiccat, & cicatrix, quæ superuenit sedis circulum stringit. fit autem in externa parte vstio ne attingatur musculus. nam ex tribus musculis anus costat, quorum deorū munus est anum sursum retrahere, & ad propriam sedem in fecū expulsionē reuocare; Tertij verò, qui sphincter dicitur anū aperire.

CONSULTATIO LXXVI.

*De Hemorrhoidibus siccis, & dolorosis pro quodam nobilissimo viro.*



**V**od perillustre, ac nobilissimum Patiens detineatur Hemorrhoidibus, iam omnibus est perspectum, quæ quoniam nihil sanguinis profundunt, ac aperta non sunt; idcirco cecæ, siue siccæ appellantur. propriè autem sunt morbus partium instrumentalium, nempe tumor, siue extuberatio venarum, quæ sunt in podice; nam si sanguinem funderent, non essent morbus, sed symptoma toto genere præter naturam, v3 in genere excretorum, vt quelibet sanguinis effusio; Verum quia Hemorrhoidum, quædam primo, & per se erumpunt, quædam sequuntur ad alios morbos. quædam sunt benignæ, & mansuetæ, quædam malignæ, & efferatæ; in casta-

men huius nobilissimi Agroti, esse exortas primò, & per se, satis clare constat, quoniam nullus præcessit alius morbus; esse verò mali moris, siue malignas, euidenter quoque percipitur, quia sunt valde dolorosæ, febres, vigilias fitim, linguam aridam, aliaquæ accidentia mouent, nec medicamentis, prudenter excogitatis, & ex arte admotis cædunt. Cur autem sanguinem non fundant, vt prius fundere solebant, id tribus de causis accidit, nempe, vel ob sanguinis vitium, vel vaforum adstrictionem, & obstructionem, vel ob facultatis imbecillitatem, nã quoties sanguis redditur crassius, facultas debilis, & venæ adstrictæ, atque exiccatæ, non funditur, sed retinetur, retentus feruet, mordicat, venas distendit, & dolores implacabiles excitat; verum dolores, quos Hemorrhoides mouent

uent

uent, non propter venam affectā sunt, quoniam vena sensu prædita non est; sed propter nervosas, ac membranofas partes, quibus intertexta est; idque tunc evenit, cum inflammatione corripitur; sanguis enim ille ad venarum extremitatem delatus, simulque in circumfatas partes, quibus inferta est vena, infixus tensionē efficit, & dolorem inducit.

Causa.

Huius autem mali proxima causa, atris succi sunt, qui in his sedis venis ab Hepate, vel liene deponuntur, fortasse etiam à toto demandantur. nam licet ab alijs quoque humoribus fieri contingat; tamen in casu nostro ab atro succo fieri est credendum; sūt .n. verruciales, non autem vuales, vel morales, quæ à sanguine, vel phlegmate ortum ducunt, præterea fuscum, ac liuidum colorem retinent, totius nostri patientis habitus ad melancholicū vergit, victus ratio, ac reliqua, quæ præcesserunt, ad atrum succum generandum idonea, aptaque fuerūt. Cæterum cum huiusmodi Hemorrhoides sint ad modum dolorosæ, tumentes, in magnam molem exporrectæ, simulque ingenti inflammatione referatæ, non vacant periculo, timetur enim ne in perniciosum abscessum, vel exitialem Gangrenam, vel horrendum atque malignum vlcus commutentur; vel versus perinei, scrotique regionem proserpāt, viam vrinæ intercludāt, & stranguriam inducant; immò non solum proximum portendit discrimen; verum etiā

Præfagium.

timetur, ne alia temporis progressu deplorata mala inferant; Cancrum v3. vel Hydropem, vel Ptyfim. ex suppressis Hemorrhoidibus multos insaniam fuisse correptos refert Gal. 3. de facultatibus 6. epidemiorum. Eudemum in larissa ob Hemorrhoides intempestiuè suppressas mortuum esse, retulit idem Hipp. 5. epid. 210. quare cautè in his curandis est semper procedendum; præsertim verò in Curandus. cumbendum est, vt dolor, qui vehementer excruciat leniatur. medicamenta autem, quæ huiusmodi opus efficere possunt, vix sūt à præclarissimis viris excogitata, quæ tamen sæpè in cassum admoventur; promittunt enim multa, sed operantur pauca; eligenda sunt tamen, quæ experiētia sunt magis cōprobata; quare probare linimentum, quod confici potest ex vitellis, ouorum, butyro recentis, ol. ros. opt. & lacte mulieris puellam lactantis, vel quod recipit foliorum, vna cum rad. altheæ, branca vrsinæ, violar., flor. camomillæ, sem. lini, & sem. græci ana m. i. fol. lactucæ, plantag. semperuini, hiosciami, & cost. vtriusque papaueris, ana p. i. bull. simul in aqua dulci, ex his enim fiat potus, deinde simul contusis cum butyro recenti applicentur. habent enim vim attemperandi, relaxandi, excessum caloris remittendi, & dolores sedandi. apud nonnullos, tanquam secretum habetur radix scrofulariæ, accipiunt enim radicem, illamque contundunt, quam cum vino, & oleo

oleo dulcissimo quousque absumatur vinum, bulliant, deinde facta forti expressione oleum seruant pro vsu, dicunt enim quod à proprietate hemorrhoidum dolores mulcet. apud alios etiam tanquam arcanum est balsamum sulphuris, quod conficitur ex floribus sulphuris, & terebenthinæ spiritu; dicunt enim, quod veluti miraculum dolores dissipat. Interea tentanda sunt omnia reuulsionum genera, sic enim humorum confluxus impeditur, corpus exinanitur, & Hepar cuius gratia melancholicus succus gignitur, contemperatur, quare probarem, vt primo superiores venæ aperiantur, deinde fiat deriuatio per apertionem venæ poplitæ, vel malleoli: quibus peractis, si tumor, tensio, & dolor non remittantur, ora venarum esse

aperienda arbitror, vt vitiosus sanguis, qui in se continetur, educatur; possunt autem aperiri panno aspero, vel folijs ficus, vel borraginis, vel admotis hyrudinibus, vel tandem scalpello, quo ea venarum capita, quæ potissimum nimis tument excidantur; Confido tamen nostrum nobilissimum Patientem absque venarum diuisione, sed medicamentis dumtaxat iam dictis, vel consimilibus posse pristinam recipere valetudinem.

Ex hemorrhoidibus suppressis suppurationem, ac fistulosa vlcera fuisse sequuta refert *Eildanus Centur. 2. obser. 35.* quæ adhibita omni diligentia curari non potuerunt. ex his suppressis missionem sanguinis, & paralyfim fuisse sequutam, *idem refert centur. 2. obseru. 11.*

CONSULTATIO LXXVII.

*De Hemorrhoidibus apertis pro quodam Reuerendo Sacerdote.*



**A**dmōdum Reuerendū nostrum patientem, iugi venarum sedis Hemorrhagia laborare, symptomate v3. toto genere. P.N. in genere excretorum, sicuti quælibet sanguinis effusio, satis euidenter patet; videmus enim quod pluribus ab hinc annis, sanguinem fundunt illæ venæ, quæ circa anicoronam existunt, vt plurimum si-

ne dolore, ardore, & punctione, præterquam, ante aliquot menses, ingentem coloris mutationem, viriumque iacturam esse sequutâ percipitur, & euidenter apparet; quare ne in peiora irruat mala, & à cachexia ad quam vergit, vindicetur, auxilia quærit, quibus valeat adiuuari; quare, vt sanguis qui impetuose excernitur cohibeatur, excogitanda, atque administranda sunt idonea præsidia qui.

*Indicationes Curatiuæ.*

quibus compesci valeat, eo magis, quod sanguis quem venę eructant, non est prorsus melancholicus; immò potius sincerus, & purus apparet; nam sicuti sanguinis eruptiones, cum moderate fluunt homines à multis malis liberant, atque præseruant; ita si immoderate, contrarium euenit, nam multorum morborum causa existunt. inducunt enim miseram vitam, & deformitatem, multos etiam vita priuant. miseram vitã, quia corpora admodum debilitãt, deformitatem quoque, quia propter immodicam euacuationem, totius corporis color vitiatur, & demum interitum, quia Hepar refrigeratur, & exitialis Hydrops necessario sequitur, inquit *Aetius lib. 15. c. 5.* Si venulæ, quæ in ani corona extant, plusquam par sit euacuant; habitus in aquam inter cutem resoluitur, vnde sic affecti parum à cibo beneficium sentiētes, contabescunt *lib. 3. c. 59.* ait *Paul.*, quare cum ex hac sanguinis euacuatione nulla sequatur tolerantia, ac conferentia, quinimo vires potius prosternantur, quam primum esse cohibendam consultit vrgentiæ ratio, vt *consult. 3. rom. 1.* notauit *Zoroaster Tinellus.* Cohiberi autem poterit præter reuulsionem, & deriuationem, obturatione osculorum earum. venarumque, apertę sunt, præsertim victu incrassante, & adstringente. reuulsio autem fieri debet per sectionem venę cubiti, quoniam in nostri patientis corpore viget aliqua sanguinis

copia, vel per cucurbitulas scapulis, lumbis, & Hippocondriis affigendas; vena autem cubiti interna erit secanda toties, quoties opus fuerit, quantitas verò sanguinis extrahenda non excedat vnciam vnam. poterit etiam sanguis per nares euacuari, nam sicuti ex *Hip.* sententia, sanguinis fluxio è naribus, est reuulsio ad menses superfluos; ita ad superfluum Hemorrhoidum effluuium esse potest euacuatio per nares. præterea sicuti etiam *Hip. 1. de morb. mulierum 1. 2.* in fluxu muliebri reuulsionis gratia cucurbitulas sub mammis applicat, ita nos possumus easdem Hippocondriis ad reuellendum, intercipiendum nimium Hemorrhoidarum fluxū admouere. à deriuantibus per vrinam abstinere, quia extenuando, sanguinemque fundendo, maioris profluij esse possunt causæ; quare potius cibus adstringentibus, atque incrassantibus vtendū esse arbitror, nempè carnibus pullo- rum, pedibus vitulinis, arietinis, sorbitionibus ex pullo asso, vino austero adstringente aqua pluuiali catibeata diluto; sed quoniam huiusmodi fluxus fomitem, quoque habet ab aliqua portione bilis; idcirco exhibendum est pharmacum, quod bilem educat, illaque attemperet, de cuius materia, & forma ad peritissimum medicum curantem me remitto. Post purgationem, troscisci de ter. sigillata, de terra lenia, de spodio ad 31, cum aqua acetosa vtiliter exhiberi possunt. efficacissimum pariter

ter est conditum ex syrupo de ribes, de succo portulacæ, acetosellæ, & de rosis siccis, cū puluere boli arm., ter. lēniæ, lapidis hæmatitis, ac fol. auri, de quo sero, ac mane ante cibum summi potest coclear vnum. Tandem si his malum non cedat, ad topica auxilia est confugiendum, nempe ad suffumigia, atque infusiones ex decocto fol. myrthi, ros. incompletarum, cort. pinearum, tassi-barbassi, caudæ æquinæ, balauftiorum, fol. rubi, lentisci, plantag., & hypocistidis, in aqua pluuiali parato, vel in vino adstringente ad perfectam coctionem; cuius fumus per sedem capiatur, deinde sacculi ex his materialibus pleni in eodemque decocto imbuti, applicentur; vnguentū quoque, quod conformatur ex ol. ros. omphang., oleo masticino, & oleo cytoniorum, pulueribus ex terra lēniæ, sang. drac., bol. arm., & cera, tamquam satis opportunum probarem. *Hip. lib. de Hemorrhoidibus*. 3. utitur vino rubro austero, in quo Gallæ incoctæ fuerint. alij vtuntur thure, aloë, pilis leporinis albo oui exceptis, quæ etiam non sunt contendenda. Verum si neque his sanguinis fluxus compeSCI valeat. ad causticos pulueres est recurrendum, nempe ad pulueres calcanti rubri, aeris vsti, auripigmenti, misy, vnguento aliquo, vel albo oui exceptos; vel tandem ad chirurgiam, vtputa ad illas ligandas, consuendas, abscindendas atque vrendas; & quanquam huiusmodi extremum

remedium crudele videatur, tamen nihil est tam arduum, quod animi fortitudine superari non possit, inquit *Appianus Alesandrinus*. modum autem vrendi externas Hemorrhoides *lib. de humoribus* *tex. 1.* docent *Hip., Celsus lib. 7. cap. 30. Paul. lib. 6. cap. 79.* quamquam veteres medici potius, vinctulis, incisionibus, & escharoticis vsi sunt; quam ignitis ferris, forsan quod candentia ferramenta sanguinis profusionem magis augent, cum profluentibus vasis admouentur. inquit *Hieronimus Fabritius*.

Sed quomodocumque fiat curatio, diuini vatis consilium sequi debemus, præcipit enim, vt semper vna seruetur aperta, alioquin omnem morborum turbam expectare oportet v3. insaniam, febres, pleuritidem scirrhum lienis, peripneumoniã, melancholiã, aliaque exitialia mala. ex Hemorrhoidibus diuturnis suppressis, quosdã insanix fuisse correptos, quosdã Hydrope, quosdam ad extremam frigiditatem deuenisse, alios mortuos esse refert *Hip. 3. & 5. epid. & Gal. quoque 3. de naturalibus facultatibus c. 8.*, atque ita puto esse faciendum, atque obseruandum in curatione huius Reuerendi Sacerdotis.

#### APPENDIX.

**S**Vnt autem Hemorrhoides *Hemorrhoides quid.* venarum in podice terminatarum tumores, aut eruptiones sanguinis crassi, sæculentique cõ-

fluxu facta; Quarum nomen ex *Gal.* doctrina trifariam sumitur. Primo enim communiter accipitur pro omni fluxu sanguinis ex quacumque parte fluentis, siue è naribus, siue ab utero, &c. Secundo capitur pro tumore ex inflammatione, seu inflatione venarum sedis etiam cum dolore. ultimo magis propriè significat sanguinis fluxum ab ipsis venis sedis, vt *6. epid. 5. t. 25.*, præterea hemorrhoidum alia sunt aperta, alia ceca; *Differentia.* aperta dicuntur, quæ pro tempore sanguinem fundunt, vt *Paul. lib. 3. cit.*; ceca dicuntur illæ quæ tantum sunt tumide, & nihil excernunt; insuper alia periodica sunt, alia statum tempus non seruant, &c. quarum etiam differentia desumuntur à magnitudine, à forma, à loco, à numero, & à constitutione. à magnitudine, quidem, quia alia sunt magna, alia parua, &c. à figura, quia quædam sunt verrucæ, quædam vuales, quædam morales, &c.; à loco pariter quia alia sunt in ano, alia in sphinctere, alia in intestino recto. tandem à constitutione, quoniã alia sunt mites, alia cancerosa fistulose Gangrenosa, &c. Hemorrhoides internæ à ramo splenico venæ portæ oriuntur, & per mesenterium circa colon, & intestinum rectum extensæ terminantur in musculos ani, & in intestinum interiore. Hemorrhoides externæ à ramo venæ cauæ epigastrico ortum ducunt, & in externas partes recti intestini, & ani musculos disseminantur. raro etiam singulis

mensibus sanguinè eruant Hemorrhoides, vt menstrua, sed sæpe semper inordinate; nam quibusdam duorum, vel trium mensium spatio, nonnullis singulis annis semel, aut bis iuxta maiorem, vel minorem copiam humorum naturam stimulantium. Hemorrhoidum causæ externæ, siue remotæ, solent esse esculenta, & potulenta *Causa.* atrum succum generantia, consueti exercitij intermissio, consuetæ euacuationis suppressio, immodica corporis exercitatio, longa equitatio, Glandis, aut clysteris iniectio, maximi conatus in fecibus excernendis, siue in partu, vel fortium pharmacorum assuptio, vt aloes, scamonij &c. Causæ vero internæ sunt magna atrisucci copia ab Hepate, vel liene ad ipsas sedis venas pulsæ, vel ob dolorem attracti, interdum etiam à toto corpore demandantur, vt *6. aph. tex. 11. & 12.* notauit *Gal.* quamquam interdum illegitimæ Hemorrhoides ex alijs quoque humoribus concitentur. nam sicuti verrucæ ab acris succis fiunt; ita vuales, & morales à phlegmate efformantur. Notæ Hemorrhoidum ex dictis innotescunt, *Signa.* magnitudo verò, & numerus etiam per se patent, benignitas pariter, & malignitas ex symptomatibus, adhibitisque præsidij deprehenduntur, nam benignæ absque symptomatibus, facileque medicamentis cedunt; contra verò seuæ, & malignæ. Hemorrhoides moderate, & debito tempore fluentes, ac melancholicum sanguinem expurgan-

Præſagium.

gantes à multis imminentibus malis præſeruant, & à præſentibus homines liberant, tunc ſinenda eſt euacuatio, & totum opus naturæ eſt comittendum, bonum eſt inquit *Gal.* ſi ſanguis infra deiciatur, v3. quando hominis natura multam copiã accumulauerit, aliter non eſt aſſuefaciendum, ei, que per Hemorrhoides fit euacuationi, nam periculofam habet vtrãq; immoderantiam, ſiue ſi ſupra modum ſanguis excernatur, ſiue ex toto ſupprimatur; vtilitates autẽ quas afferunt eruptiones ſanguinis per venas ſedis, ſunt v3. quod liberant homines à melancholia, nephritide inſania, alijsque malis alibi annotatis; verum ſicuti moderatæ fluentes à multis malis liberant, & præſeruant, ita immoderate deformitatem, miſerã vitam &c. vt ex *Aetio* diximus; non minorem calamitatem afferunt Hemorrhoides ſuppreſſæ, nam præterquam alunt melancholiã, sæpe ptifim, vel hydropem, vel ſcirrhum inducunt, vel cancrum excitant, vel tandem elephantiaſim; vt 3 *com. de coacis prænotionibus*, refert *Gal.* ex hemorrhoidibus ſuppreſſis multos fuiſſe correptos inſania, alios eſſe mortuos, aliosque ad extremam frigiditatẽ deueniſſe inquit *Gal.* 3. *de naturalibus facultatibus* c. 8. vt etiam 3. *et* 5. *epid. eſt quoque ab Hip.* eodemque *Gal.* annotatum; alios inflammatione, ac fiſtuſoſis vlceribus fuiſſe oppreſſos, inquit *Hildanus* c. 2. *obſ.* 75. quæ adhibita omni diligentia curari non potuerunt, alios

miſtione ſanguinis, & paralifi c. 2. *obſer.* 11. idem refert. His autẽ generaliter de Hemorrhoidibus notatis, peculiariter etiam eſt aliquid dicendum, & primo, quod verrucæ reliquis deteriores ſunt, quia ex atro ſucco generantur, vales verò quoniam partim ex ſanguine, partim ex melancholia producuntur, leuioreſ, minusque moleſtæ cenſentur, morales tandem mediocres exiſtimantur. deinde quæ ſunt admodum doloroſæ, niſi citò opportunis auxilijs adiuuentur periculum eſt ne magnis concitatis fluxionibus, inflammationes, abſceſſus ſinuofa, ac fiſtuſoſa vlcera inſequantur. Tertio conſuetæ Hemorrhoides ſi ſupprimantur, dorſi, femoris, renum, pectoris, ani, & tibiæ dolorem inferunt. Tandem, quæ internæ ſunt, ac verſus virgam tendunt deteriores ſunt, nam sæpe exitiales cuniculos agunt, ſtrãguriã pariunt, aliaque ſeua accidẽtia mouent. quod ſi accidat, vt nigræ puſtulæ ijs, qui hemorrhoidibus laborant, in plantis pedum, vel manuum oboriantur 28. die moriuntur inquit *Soranus*. Ceterum ſi Hemorrhoides moderatẽ fluant, totum negotium naturæ comittendum, & fluxus nullo modo impediendus, ſi parcius fluant, naturæ motus eſt promouendus, ſi nimium fluant, aut fluxus diutius duret, aut sæpius redeat fluxus eſt compẽſcendus; ſi cęcę, vt fluant eſt incumbendũ; vbi autem id obtineri nequit, ſanguis ad eas confluens, eſt reuel-

Curãdi ratio.

lendus, ac deriuandus, præterea ne inflamentur est opera danda, & tandem si dolor vehementer excruciat sedandus; quibus autè præsidij huiusmodi indicationes absolui possint, in superioribus consultationibus satis dictum est; reliqua verò, quæ de hac materia desiderantur, si quis scire exoptat, is adeat *Alessandrum Masfariam*, lib. 3. *suae medicinae practicae cap. vlt. Daniele Sennertum* lib. 3. par. 2. sect. 2. c. 13. aliosq; quamplures, qui hanc de Hemorrhoidibus curationem fusè tractarunt; illud tamen addi potest, quod ad hoc malum præcauendum, aluum humidam seruare oportet, vel cibo medicamentoso, vti ius pulli est, cum 3 i. salis tartari; vel pilulis ex sena, & rhabarbaro ad partes

æquales, vel ex solo Rhabarbaro cum succo nouem infusionum rosarum pallidarum, ex quibus summi possunt duæ, aut tres pilulæ ad drachmam semis, per horam ante cibum. tandem non sunt hic omittenda nonnulla auxilia quæ (veluti arcana ex Indis delata) occultant nonnulli medicastrum, ac vetulæ medicorum exploratrices pro sedandis præsertim Hemorrhoidum doloribus. Sunt autem medulla crurum vituli oleum sem. lini, seminis cucurbitæ, oleum armellinum, seu de bricoculis, animalcula, quæ dicuntur aselli, seu porcelletæ vsta in puluerem redacta, vel eadem animalicula, in oleo armellino decocta, & inuncta, supra quam vnctione adhibent prædictum puluerem.

## CONSULTATIO LXXVIII.

*De Ani ulcere canceroso pro quodam nobili adolescente.*



Effectus morbificus, qui nobis curandus offertur; est ani vlcus non quidem simplex, sed putridum, corrosiuum, & cancerosum; putridum, quia atrum Ichorem, tetrumque vaporem valde fætidum, & cadauerosum emittit; corrosiuum quoniam vniuersam ani regionem erodit, exedit, & depascitur; cancerosum, dum videmus quod labia habet dura, prætumida, inæqualia, & maximè dolentia. potest etiam appellari vl-

cus manducans, ac malum lupæ, quoniam carnosas partes versus nates, penisque radicem vehementer vastat, ac funditus delet. huius autem efferrati mali causa remota, (vt suspicamur) virulenti seminis, in rugosa ani substantia retenti, contactus fuit, cuius gratia primo scissuræ, deinde condylomata exorta fuere, quæ circa initia neglecta, deinde acrioribus medicamentis proritata, pluries etiam secta, in hanc calamitosam, exitialemque affectione degenerarunt, in quod vitij genus

nus sæpè perditissimi adolescentes incidunt, dum summa cum turpitudine, atque impietate, fœminarum officio fungi non verentur, quorum anus, alioquin angustior, atque durior sæpè finditur, rhagadijs, alijsque cõsimilibus vitijs corripitur; proxima verò sunt prauis succi, crassi, putridi, & feruentes ob vitium Iecoris Gallicana lue contaminati, producti. Pro cuius vlcere curatione, indicationes essent virulentos succos, à quibus huiusmodi malum fouetur reuellerè, dèriuare, atque euacuare, putredinem auferre, sordem abstergere, humida excrementa exiccare; dolorem lenire, & tandem ne malum proserpat prohibere. Quas indicationes attingere, est impossibile, quoniam malum est, ita progressum, vt potius tabes, aliorumque symptomatum turba expectari possit, quam salus; etenim è copiosa excrementorum colluue, quam assidue vlcus eructat ex doloribus quibus vehementer affligitur, natiua humiditas pedetentim absumitur, corpus exiccatur, tandemque contabescit; neque sperandum, quod natiua humiditas possit reparari; cum naturalia viscera, potissimumque Hepar Gallica lue sint non solum affecta, verum etiam confecta; quare periculum imminet ne dissipato ob defectum humidi radicalis, vitali calore, interitus insequatur, eo magis, quod generosa remedia, quæ pro tanto malo pellendo sunt necessaria ob viriù

iacturam perferri nequeunt; danda tamen est opera, vt quantum fieri possit, præseruetur; idque fortasse non erit difficile consequi; tum propter ætatem; tum propter medici curantis peritiã, ac destertatem; quæ non parum ad præseruandam, producendamque vitam conferunt; quapropter ad præsidiorum materiã, est confugiendum; & quantum spectat ad chirurgicas operationes; probarem, vt resectis viribus vena saluatella aperiatur; vel saltem pedis destri ad Hepatis euentationem, vbi enim morbus est magnus, & virium robur viget sanguinem esse mittendũ præcipit *Gal. 4. met. c. 6.* Esse autem huiusmodi malum satis magnum, vt notum omittitur; foniculus quoque in destro brachio non esset reiciendus. De pharmacis verò ita statuendũ esse arbitror, v3. vt singulis mensibus si vires permittant per vomitum tentetur purgatio, vel quandoque etiam per secessum, leuioribus tamen auxilijs; cançerositates. n. vt inquit *Auerroes*) quemadmodũ per interualla generantur; ita per interualla debent euacuari. Quare præparatis humoribus serapijs de succ. borrag., de infus. ros. rub., & de succo lnp. purgetur, vel manna electa, vel cass., vel syrupo ros. solut., suess. &c. postea non sunt euacuantiã insensibiliter, ac attemperantiã omittenda, vtputa decoctum spartæ parillæ, rad. chinæ, & sandalorum, sicuti etiã potus eiusdem radicis in vino dul-

dulci paratus. Demum ad fordē, putredinemque affectæ partis remouendam, probarem lotiones ex lixiuio, vino, & decocto lupinorum, vel ex aqua aluminosa, pulueres aluminis zucc., calcanti rubri, & tutiæ, vnguentum apostolicum, & ægyptiacum, sed ad prohibendum ne sic velociter proferpat, non parum conferre potest puluis mercurij præcipitati puluere aluminis zucarini vigoratus; mira enim præstat ad euocandam virulentiam, quæ in poris, atque meatibus exulcerati loci continetur; quibus non confertibus, ad incisiones; atque exustiones esset recurrendum, quæ ad pudendarum partium vitia summopere commendatur, tamē in casu nostri Ægroti propter virium læturam locum nunc habere vix possunt. quamobrem probarem interea exiccantia, lenientia, & attemperantia linimenta, v3. quod costet ex succo plantag., solani, semperuiui, oleo ros. plumbo vsto, & loto, simul in mortario plumbeo exagitatis, vel quod conformatur ex æquis portionibus pul. litarg., cerus., pompholigis, suc. virgæ aureæ, & oleo ros., sed maioris efficacitæ est linimentum ex oleo ros. vitellis ouorum, succo tabacci, solani, puluere vtriusq; litargyrij, tutia, & cera. nonnul-

li pro his efferatis malis curandis vtuntur vrtica contusa., dicunt enim, quod potenter exiccat absque punitione; eiusdem quoque semen in tenuissimum puluerem redactum cū oleo ros., de vitellis ouorum, & cera ad formam vnguenti contendendum non est; præsertim si post lotionem balnei cantarelli, aut Gurgitelli administretur. Chimici quoque pro his cancerosis vlceribus curandis, oleum mercurij dulcis, oleumque antimonij summis laudibus extollunt; dicunt enim quod sufficiant ad curationem cancri vlcerati absoluedam, vt *Ioannes Faber in sua Chirurgia spagirica c. de Cancro*, refert. Quibus omnibus addenda est proba victus ratio, quæ debet esse ex optimis cibus facilis concoctionis, vt sunt carnes vitulorum lactantium, pullorum, auicularum montanarum, pisces saxatiles, oua sorbilia, borrago, endiua, & huiusmodi. potus sit vini albi tenuis, & clari in quo radix chinæ, pentaphili, buglossi, & flores cordiales fuerint maceratis: vel vinum album, in quo etiam lamina auri, vel calybis ignita fuerit estincta, tandem fugiat omnem àëris inclementiam, simulque omnes animi passiones; faxit Deus opt. maximus, vt omnia ex voto succedant.

CON-

CONSULTATIO LXXIX.

*De Thymis Gallicis, atque Rhagadibus ani, pedum, & Preputij pro quodam nobili Puerro.*



**H**ic nobilis puer iam agitur mēsis, ex quo tempore mictus fœcumque expulsionis de tristi, satisque molesta sensatione quæri cœpit, quod cum eius parentes aduertissent, re perspecta, quasdam veluti carunculas in ani corona præputijque regione infixas adinuenerunt, à quibus, vt eorum similis ex animo dilectus, vindicaretur, cuiusdam ignari medicastri consilio vnguetum populeum fuit admotum non semel, sed pluries, sineque fructu, immo maiori cum detrimento, siquidem magis, ac magis auctę sunt; & quod peius inter amborum pedum digitos, Rhagades dolorosę inflammatę, & callosę, etiam exortę sunt. Pro quibus pellendis varia ab ignaris tonsoribus, ac vetulis fuerunt admota medicamenta, sed in cassum etiam tentata. propterea quærūt quid agendum, vt eorum dilectus ab his malis liberetur, pristinamque recipiat valetudinem, & vt in hac re meam proferam sententiã, statuo tria esse consideranda v3. primum, quę nam sint huiusmodi mala, à quibus insolenter affligitur. Secundum an admittant curationem, & tandem quibus præfidijs debeant dissipari; & quantum ad primum certum est nostrũ pa-

tientem puerum laborare quibusdam tuberculis, seũ eminentijs asperis oblongis, ac subrubris, quę Thymi nuncupantur, & iure quidem, quia cuiusdam herbę formam retinent, quę Thymus nuncupatur. præterea vexatur etiam quibusdam alijs vitijs, quę rhagades siue scissurę, & Rimę nominantur. Quorum malorum generatricem causam in influentium humorum mordacitatem, acrimoniam, atque crassitudinem esse referendam arbitror, qui ob Iecoris vitium hac labe infectum producti, ad has debiles laxas vilesque partes propulsi, has fœdas affectiones efformarunt.

Quantum ad secundum. satis notum quoque esse debet multas ob causas has affectiones curatu esse valde difficiles. Primo ob causam fouentem, & conseruantem. Secundo ob affectarũ partium imbecillitatem, aptitudinēque ad recipiendum, & vltimo, quod citra acria medicamenta, ferrumque, & ignem nequeunt remoueri, quę omnia sunt multitudine, ac periculi plena, vt inquit *Celsus lib. 6. c. 18.* Ob dolores, sanguinis profusiones aliaque accidentia, quę ferè sequuntur. omitto mali diurnitatem, ac recidiuam, quam minantur, nisi ex tempore eis occurratur, vt *lib. de mor-*

bo Gallico refert Fallopius. Tamē, quia huiuscemodi vitia adhuc recentia sunt; idcirco breuiorem, ac tutiorem curationem polliceri non dubito. Quantum ad vltimū, quibus autem præfidijs deleri debeant idem Fallopius testatur nempè communibus, & proprijs. Cōmunia sunt, spartæ parillæ, ligni Indici, radicis chinæ decoctum, totiusque corporis expurgatio, hæc enim semper priusquā decoctum assumatur præcedere debet. Quare præparatis contēperatis, ac ad expulsionem dispositis redundantibus succis; purgans medicamentum, quod sufficiens sit ad illos euacuandos, exhibeatur. de quorum materia, ac forma esse remittendum ad peritiam doctissimi medici curantis arbitror; decoctum autem probarem, vt paretur in aq. lupul. & cicor; & in loco sudorifico exhibeatur, atque assumatur. Propria autem præfidia debent esse, quæ partim respiciūt Thymos, partim rhagades. ad Rhagades verò superandas illa medicamenta probarem, quæ citra morsum adstringendi, atque exiccandi facultatē habent, sicuti sunt pulueres tutiæ loti, litargirij cerussæ, succi plātag., vitella oui assati, adeps anferinus, ol. ros. & pulueres thuris, e quibus, cum cera fiat ceratum, siue vnguentum. non parum quoque commendatur, quod recipit ol. ros., & myrthini ana ̄ 2. spumę argenti, & cerussæ ana ̄ 3. pul. mercurij præcipitati ̄ 3. succi solani, & plantag. ana ̄ ÷ agiten-

tur simul in mortario plumbeo; donec acquirant formam linimentum, quod non solum confert ad fixuras; verum etiam ad rugas extumescences, Thymos aliaque fedis vitia, quæ, & fortioribus medicamentis fuerunt irritata, atque exacerbata; potissimum si decocto fol. plantaginis, symphatis, Gallarum, & ros. rub. foueantur, atque abstergantur. nonnulli tamquam mirandum arcanum extollunt linimentum, quod recipit mercurij succo limonis exti & i 1. ol. ros., & myrthini ana ̄ 1 ÷ vnguenti albi, & de litargirio ana ̄ 3 ÷ pul. mercurij præcipitati, & aluminis zucc. ana ̄ 3. plumbi vsti ̄ 2., adipis suillæ ̄ 1. in mortario lapideo 5. A. f. linimentum. addito vitello oui assati trito; sed his efficaciora sunt suffumigia ex thure, ladano, aceto, & cinabere, nā mira præstant pro his vitijs dissipandis.

Tandem ad Thymos extirpandos exiccantia, atque exedentia ex vsu esse possunt, vnguentum v3. ægyptiacum Auic. vnguentum de litargirio, puluere mercurij præcipitati, aluminis crudi, & Aeris vsti vigoratum, sunt quæ dā medicastri, qui prothymis dissipandis vtuntur pulueribus stercoreis columbini, & sabinæ, qui non sunt contendendi, quoniam efficacissima sunt, præsertim si filo ferico ligentur. verum, vt verum dicam si breuiorem curationem exoptemus, ferro abscindantur, ac postea permittendum, vt copiosus sanguis educatur; demum pul-

pulveres calcanti rubri, aluminis scissilis, & squamæ aeris applicentur, vel ignito ferro ad radices vsque adurantur. Siquidem Thymi, ficus, & condylomata, vix topicis auxilijs superantur, extirpantur; quare vt Chirurgia curētur monet *Hieronymus Pulverinus* clarissimus Neapolitanus medicus numquam satis laudatus *lib. de morb. c. 63.* Verum si post horum malorum extirpationem [ani] ulcera detegantur, vt ferè semper contingere solet, exiccantibus atq; abstergentibus auxilijs, sed non mordicantibus curentur, de quibus fatim alibi diximus, ac in proprijs quæsitis dicemus.

APPENDIX.

**A**sfurgunt non semel in ani regione affectus quidam p. N. qui à medicastris, & femellis Hemorrhoides appellantur, sed perperam quidem, quia licet Hemorrhoidum formam representare videantur Hæmorrhoides tamen non sunt, sed Gallicanæ quædam excrescentiæ, quas medicorū vulgus Thymos ficus, cristas; verrucas, & condylomata, solet nominare; de quibus est nunc aliquid dicendum.

Est autem condyloma quidā pelliculæ ani tumor, tuberculum nimirum durum obcalescens ex humore melancholico eo fluente sensim excrescens, & tedio potius quam dolore molestum, quod interdum inflammationem adnexā habet *Authore Aetio tetrab. 4. sermo.*

2. c. 13. nam cum hæc regio suapte natura sit rugosa, & laxa, facile influentes succos admittit, & intumescit; dicitur autem Condylomata forsan sumpta similitudine à summis nodis, qui clausa manu apparent. Ficus verò est tuberculum circa ani circulum in radice angustum, in superficie latum; ad formam fici rubicundum; dicitur autem ficus propter similitudinē quam retinet cum ficus fructu, & licet nascantur quandoque in capitis regione, alijsque corporis partibus tamen frequētissimè in his obscenis particulis prorumpunt huiusmodi vitia. Thymus quoque est tuberculum carnosum in ani, vt plurimum regione nascens, excrescentia v3. aspera, subrubra. P.N. aucta, basim angustam, & caput latius habens tactu subdura, floris Thymi figurā referens, propriè autē est verrucula ad Ægyptiæ fabæ magnitudinē scalpra, ac subrubra: oriūtur frequenter Thymi in genitalibus, vulgæ circulo, palmis manuum, & pedum. Tandem cristæ carunculæ sunt similes verrucis illis, quæ dicuntur mirmecia ita appellatæ, quia figuram Gallicanæ Cristæ, siue conii illius in vertice Galli, aliarumque auium, circa anum pullulantes, non raro ex præpostera venere productæ, in quarū radicibus, vt plurimum scissuræ sunt adnexæ. Illud etiam verum est, quod interdum sunt parvæ, & tunc appellantur Thymi; interdum grandiores, & tunc ficus dicuntur, quare secundum

magis, & minus tantum differūt; & quamquam ferè omnes sint malignæ: obseruantur tamen aliæ alijs maligniores: minus malignæ sunt quum apparent albæ aut subrubræ, carnosæ idest molles, paruæ, & indolentēs, nec admodum asperæ. Valde malignæ censentur, quando obseruantur, liuidæ, dolorosæ, duræ asperiores, inequales, callosæ, grandiores, maleque olentes: hæ enim canceri naturam sapiunt. Quarum notæ patent ex dictis. differunt ab Hemorrhoidibus, quia in his sola cutis afficitur, non autem venæ, vt diximus. Horum vitiorū causa remota plerumque esse solet nephandus, turpis, & contagiosus contactus; vt quibusdam Pueris meretricio more viuentibus, ac scortis omnium scelerum, libidinumque contaminatis, frequētissimè accidit, quos propter lucrum non pudet nephanda venere vt; non semel etiam est contagium absque contactu, vt in lactantibus, ac innocentibus infantulis in dies obseruatur; qui ob contagiosi lactis suctum, his malis in vulua, anoque insolenter confluctantur. Non raro etiā neque est contagium, neque contactus externus; sed humores pituitosi, ac atrii; aut sanguis crassus, & viscidus extra cutis porositates exiccatus, vt *com. 26. lib. 3. aphor.* notauit *Gal.* quare ex his luculèter patet quantū aberrant, qui putant huiusmodi vitia perpetuo esse contagiosa, ac ex præpostera, ac nephanda venere cō-

Causa.

citari - ac esse producta, cum ex alijs causis citra contactum, ac contagium possit fieri, atque efformari, vt *Gal. cit. loc. Anic. 7. 4. 8. 3. c. 12. Cels. lib. 5. & Aetius loc. cit. textantur*; adhuc in maiorem hæresim incidunt, qui asserunt ani dilatationem, fibrarum abolitionem, deflorationem, ac corruptionem, continuo à nephando coitu fieri, cum ex multis alijs causis possit anus dilatari, vt ex duris, ac crassis fœcibus, acrioribus, grandioribusque suppositorijs, quibus pro curando malo, quod lapollinula vulgo appellatur vtuntur vetulæ, atque obstetrices; ex erodentibus humoribus ad hanc regionem confluentibus, ex turūdis, ac vesicantibus ineptè admotis, siue malis artibus paratis, ex abscessibus circa eiusdem ani coronam exortis, ex dysenterico fluxu, consimilibusque alijs causis; quibus etiam addi potest, quod nonnulli, siue pueri, siue mulieres præsertim grandiores, eius possunt esse conditionis, vt naturaliter ani orificium vastum habeant, eoque vsque dilatatum, vt ex membro virili sit ita redditum, falsum videri queat; & quod spectat ad rugas, siue fibras, naturaliter etiam fieri potest, vt illæ non adsint, siquidem illarum non est perpetua generatio, nam à facultate formatrice varios posse committi errores quotidiana patet experientia, & est ab omnibus medicis sine controuersia receptum; insuper sunt nonnulli impij homines, ac nephariæ femi-

næ

næ quadam animi peruersitate, ad arripendâ sibi ab aliquo pecuniâ, filiorû deflorationē denūciât ab ipsis malis artibus, & dolo factâ ac procuratâ, atq; hic, hæc obiter dicta sint. Cæterû topica, & alia præsidia, quæ pro his malis curandis censentur opportuna petenda sunt ab ijs, quæ in superiori hac cōsultatione annotata fuerunt, illud tantum addi potest, quod melius, ac tutius huiusmodi vitia ignito ferro post sectionem curantur, quinimo etiam si opus fuerit ignitum ferrum ad intestinum vsque administretur, quia vt recte notauit *Hip. lib. de Hemorrhoidibus*, rectum intestinû, & secans, & resicans, & consuës, & vrens, & putrefaciens, etiam si grauissima hæc esse videantur, nihil leseris. quamobrem non solû

huiusmodi vitia; verum etiam, & vlcera, & rhagades, consimiliaq; alia nephanda mala in ani prouincia exorta, secare, resecare, atque vrere non solum esse vtile, sed etiam apprime necessarium compertum est, si quidem plusquam sexcentos in Regio Incubabilium valetudinario sectione, ac vitione curauit Marcus Aurelius Seuerinus vir purgati iudicij, ac doctrinæ, arte, & facundia clarus; hoc idem exemplum eiusdem Regij valetudinarij periti chirurgi sequuti in dies curant omnes illos qui his, consimilibusque alijs vitijs conflctantur: ferro enim, & igne corriguntur nephanda hæc vitia, & acerrime à medicis, eiusdem xenodochij puniuntur tot, ac tanta crimina, & peccata.

CONSULTATIO LXXX.

*De Ani fistula pro quadam nobilissima, ac honestissima Matrona.*



Vemadmodû cognitu facilis est affectus, quo tam dirè conflctatur nobilissima, ac honestissima hæc Patiens; ita curatu est ad modum difficilis. nam (vt ex relatis colligitur) est satis notum quod sit antiqua ani fistula, per quam saniosa, ac purulenta materia per plures menses, & annos, educitur, quæ tamen ad rectum intestinum, circumsitæque partes penetrans non est; quia per il-

lam, (vt audiuius) neque fæces excernuntur, neque vrina stillat, neque crepitus per sentitur.

Quare est credendum vltra musculosas partes, vsque adhuc non procedere, neque consistere, illud tamen est reformidandum ne interea proserpat, & cuniculos agat, quod potest dubitari ex dolore mordicante, atque cruore quem eruât, & vtinam etiam ne plures intrinsecus lateant fistulæ. nam copiosa materia, quæ in dies excernitur monstrat non vnâ esse

fistulam, licet vnicum appareat orificium, sed plures, & illæ quidem tortuosæ, ac proserpentes; vbi enim admoto specillo tangitur durities siue callositas, simulque copiosa fluat materia, vt plures sint fistulæ est necesse, inquit *Faloppius*, quæ vel non curantur, vel vix curationem admittunt; curationis autem difficultas nascitur, quia perenni fluxione vexantur, colluie multa, & illa quidem virulenta scatent, materiali intemperie obsidentur, medicamenta ob sui arctâ, ac longâ viam non admittunt, vel si admittant, non possunt vndique penetrare, neque excrementa propter anfractus, ac tortuositatem vnquam profus educi, neque callosa durities remoueri, & tandem, quia harum fistularum sedes est caro mollis, laxa, sensu exquisito prædita, & in decliui posita, quavis ex leui causa alteratur, inflammatur, & corrumpitur, nisi prudenter, & cautè attentetur curatio; quæ vt recte instituat, incumbendum est, vt omnia, quæ illarum curationem impedire possunt, remoueantur. Sunt autem, quæ impedimentum inferunt humorum confluxus, vlcera angustia, eiusdemque altitudo, & callositas; quare hæc omnia sunt prius auferenda, & deinde vlcera curanda.

Ad remouendum autem humorum confluxum, præter tenuem, ac laudabilem victus rationem, maximopere confert frequenter corpus expurgare, potius autem

per superiora, quam per inferiora, sic enim redundantes succi ab affecta parte, reuelluntur, atque euacuantur; deriuationis quoque gratia diuretica vtiliter exhiberi poterunt; nam in fistulis ani per vrinam deriuare, est valde proficuum, inquit *Hip. libel. de fistulis*, ad deriuandum pariter, atque totum corpus exiccandum summo opere confert humores per sudorem educere, ac per decoctum ligni Indici, ac spartæ parillæ prouocare. insuper ad deriuandum, atque euacuandum, vt ad ambo crura excitentur fonticuli probarem. Sed ad auferendam angustiam, & altitudinē, nempè ad orificium dilatandum, turundæ ex spongia contorta, Gentianæ, vel Aristolochiæ, vel bryoniæ non parum comendantur; quæ vnguento aliquo oblitæ applicentur. Tandem ad exedendam, dissipandamque callositatem simulque sordem abstergendam, licet quæ plurima fuerint excogitata præsidia, siue manifesta, siue occulta, qualitate prædita; tamen in casu nostro, ea tantum commendare, quæ sine dolore callum exedere possunt; hanc dotem continet puluis mercurij præcipitati, puluere ellebori nigri vigoratus; radix enim ellebori à proprietate callum dissipat; verum, vt verum dicam his efficacius, ac expeditius est ferrum candens; quod à nostra Ægrota proculdubio non admittitur licet ab *Albucasi* tantopere comendetur *lib. 1. c. 38.* & tamquam auxilium valde nobile à Gu-

à *Guglielmo placenino* quoque probatur. quamobrè loco adualis cauterij pastilli de minio ex inuentione *Ioannis Vigonij* applicari possunt. Si ex his callus remoueat, (vt credimus) simulq; abstergetur, illa præsidia administrantur, quæ cavitatem explendi, carnemque regenerandi facultatem habent, nam sicuti carnis productio à naturalibus fit facultatibus; ita medicamenta naturæ adiuuandi vires continent, præsertim, quæ citra morsû exiccant cuius conditionis, ac virtutis est quod recipit aceti vini potentissimi, & clari, ole. vetustioris, ana lib. 2., pul. litargyrii opt. puluerizati, & cribellati lib. 1. coquantur simul integra die donec nigrû, & relucens fiat; ex quo deinde fiat tentæ, & intra vlcis orificium immittantur. huiusmodi .n. emplastrum etiam recentia vulnera agglutinat. Vel ꝑ. pul. thuris, aloes, sang. drac., sarcocollæ, antimonij ana ʒ 2. flor. aer. ʒ 3. cum succo fum. ter. fiat ex eis sief. reponantur quousque durecant, postea vnus saltem, per septem dies quotidie applicetur; nam mundificat, consolidat omnes fistulas, etiam lacrymales. Verum si hac methodo, ac medicamentis res ex voto non succedat, specillo erit fistula exploranda, nam si videatur, quod sine periculo chirurgia exerceri possit, tota cavitatis incidatur, incisione peracta penicilla albumine oui pulueribusque adstringentibus illita immittere decet. Sed vt verum dicam. ani

fistulæ etiam si secentur, in cavitatem tamen nunquam sanantur, Sed in superficie tantum, quo fit vt collecta noua materia, nouas pariat fistulas, sæpè enim decem, viginti, & triginta, inquit *Gabriel Fallopp. lib. de vlc. c. 65. de fistulis ani.* Quare aqua forti chemicorum saltem prima, in tortuosis, ac labyrinthi modo flexuosis fistulis, esse vtèdum probat *Guido* ex sententia *Arnaldi*, hæc mirificè confert dum omnes fistulas mortificat, & dirumpit, quam in casu nostro probare non possû, vix enim sine euidenti vitæ periculo administrari potest, ob seuissima accidentia, quæ necessario sequuntur, spero tamen sine his periculosissimis auxilijs posse nobilissimam, ac honestissimam hanc nostram Patientem sanitati restitui.

APPENDIX.

**Q**uid autem sit fistula docet *Paul. lib. 6. c. 77.* est enim sinus callo obductus indolens in pluribus nascens particulis, magna ex parte, ex abscessibus parû destrè curatis, productus, cuius character depræhenditur ab essentialiter inherentibus, simulque à symptomatibus necessario consequentibus: quæ ipsius fistulæ pathognomonica sunt signa: essentialiter inhærentium indicia sunt profundum foramen angustû habens orificium, quod latius intrinsecus existit, callositas, siue durities circa sinum latens; symptomatum necessario fistulam consequentibus.

sequentium, sunt exiguus dolor, nisi nervos occupet; copiosa sanies, quam pro apparentis sinus magnitudine eructat, durities quę admoto specillo tangitur, & cruentus liquor, qui per interualla educitur; num verò fistula pertingat ad carnem, vel ad neruum, &c. percipitur, quia si desinat in carne, molle est quod ultimo specillo tangitur, pus leue, & albū fertur; si ad neruosa corpora, pus tenue, virulentum, & pingue excernitur; Si ad os fetens pus, nigrum, & aquosum effluit, & admoto specillo tangitur durities, & asperitas, & ita de reliquis discurrendum. notæ verò simplicitatis, vel multiplicatis sūt, quod si vnus tantum sinus adsit, tanta saniei copia excernitur, quanta in simplici spatio capi potest; si vero plus excernatur, quam simplici sinui conuenit plures esse sinus iudicandum est. Tandem indicia rectitudinis, vel obliquitatis desumuntur ex specilli introcessione. Quia vbi recta est fistula, specillum ad fundum vsque liberè ingreditur, si flexuosa, vel vnum, aut plures sinus habens, specilli apex ingredi nequit; quare ad flexuosum sinum inuestigandum flexibile specillum requiritur, ex plumbo, vel stanno, vel ex aliqua flexibili, sed non francibili radice, vel ex cerea candelâ confectum, quia eodem modo quo inuertitur fistula inflectitur; licet quandoque tanta est fistulæ angustia, vt opus sit illam seta porcina inuestigare, vt *1. de comp.*

*med. per Gen. c. 7. refert Gal.* Cæterum licet omnes fistulæ sint curatu difficiles, tamen sunt quædam magis, quædam minus, quædam alię etiam prorsus insanabiles, & nonnullæ etiam lethales; minus difficiles curatu sunt recentes, & quæ carnosas partes occupant, vel in corpore robusto, & non admodum cachoetico consistunt; difficiliores verò, quæ ad nervos, venas arterias, articulos, capita, finesque musculorum, & ossa pertingunt, vel ad alios morbos sequuntur; adhuc magis, quæ in Thoracem, abdomen rectum intestinum, vterum, collum vesicę, & ad internos angulos oculorum penetrant, vel anfractuosa, & tortuosa sunt, vel in corpore Gallicalue oppresso existunt. insanabiles sunt, quæ ad pulmonem, vesicam, vuluam, stomacum, magnos artus, & inania spatia perueniūt. lethales demum sunt, quæ magna symptomata mouent, quæ magnos morbos adnexos habent, quæ in corpore valde debili existunt, & quę iam per accidens sicce sunt, nec amplius saniem emittunt, & fœtidus halitus eructant. in quibus etiam fistulis à pure decoloratur specillum veluti ab igne; omnes intereunt. item quibus pus editur cęu amurca, & fœtidi odoris, vt plurimum moriuntur, inquit *Duretus p. 43.* Generalis fistularum curatio petenda est. primo ab vniuersalibus, deinde à particularibus præsidijs. vniuersalia sunt, quæ respiciunt humorum confluxum, vt puta cõ-

uc-

*curatio.*

ueniens victus ratio, quæ substantia, & qualitate, causis quæ fistulæ curationem impediunt aduersetur: cathartica, quæ vniuersum corpus à redundantibus succis repurgant, & demum sunt portiones multæ à recentioribus inuentæ de quibus mentionem faciunt *Fallopius*, & *Tagaultius*. particularia verò sunt, quæ affectam partem respiciunt, nempe fistularum altitudinem, cuius causa medicamenta non possunt adfundum vsque penetrare; angustiam cuius gratia medicamenta, neq; imponi possunt, neq; excrementa expurgari; & tandè callositatem, quæ est impedimèto quominus possint agglutinari; auxilia autem, quæ huiusmodi indicationes præstare possunt, si quis scire desiderat, adeat supra memoratos auctores. Illud tamen silètio præteriri non debet, num fistulæ, & præsertim ani curari debeant? nam sunt clarissimi viri omnino asserentes fistulas nullo pacto esse curandas secus verò alij illico esse curandas præcipiunt priusquam natura habitum cõtrahat, & assuescat per illas, totum corpus à recrementis exonerare, quia quum fistularum curatio diu protrahitur, corpus mille miserijs redditur obnoxium: nam solèt ad vesicam, atque intestina adeo profundè penetrare, vt vrina, & excrementa per illas facilè instillent; interdum etiam intra intestina tubercula quædam efformare, quæ meatum obstruendo, fœcum prohibeât exitû; quan-

doque ita serpere, ac sinuare, vt ossa caudæ, & partium vicinarum corrumpantur, & inferiora membra mutilentur, præterea facilè multiplicantur, aded, vt ex vna, duæ, & plures fiant, hinc inde proserpunt, intestinum perforant, musculum qui sphyncter dicitur exedunt, contaminant, & corrumpunt, quo fit, vt intestina, & alius resoluatur, & feces amplius retinere non possint, vnde miseri languentes intolerabili fœtore conflictati misere viuunt, & misere vitam finiunt; Quare prius quam tot, ac tantæ calamitates insequantur, quamcitissime esse curandas affirmant. Verum qui aliter sentiunt, dicunt quod curari non debent, quoniã natura per eas tâquã per cloacam, vniuersi corporis excrementa, ac molestantes succos depellit; quare si hanc viam aliquãdo impedire velimus, maximum impendet periculum ne insolitam, atque deteriorem parent sibi viam, vel ad ea recurrant principia, à quibus fluxerunt. Quare semper apertas esse seruandas, dicunt, immo si quandoque ex se ipsis, vel alio pacto claudantur, rursus esse aperiendas contendunt, non solum quod præseruant corpus ab alijs malis; verum etiam, quod aliorum morborum sunt medela, vt 3. epid. 3. t. 29. inquit *Hip.* & in eo com. notauit *Gal.* sicut etiam libello de humoribus. Verum, vt verum dicam huiusmodi difficultas facilè soluitur si dicamus quod, vel fistulæ sunt antiquæ, vel

abitatio.

Solutio difficultatis.

vel recentes, si recentes ne nuper memorata mala subsequantur, confestim earum curationem aggredi, & absolueri debemus; si vero veteres, has fistulas nullo modo curare debemus; Quia, ut longa experientia est comprobatum, ex consolidatione, agglutinationeque fistularum magnos, lethalesque morbos sequutos esse, retenta scilicet prauarum superfluitatum euacuatione. Veteres fistulae, quae per multos annos fluxerunt, si subito occludantur mortem inferunt inquit *Pareus lib. 12. c. 21.* Ex consolidatione fistulae antiquae ani, melancholiam Hippochondriacam sequutam fuisse consul. 62. refert *Claudinus*. Ex consolidatione fistulae facta in superficie canalisi vrinarij prope umbilicum, nouam fistulam, per quam Aeger mingebat exortam, vidit *Fallopp. ut cap. de fistulis ani* refert. Quendam ob vlcus antiquum occlusum, in maniam incidisse *cent. 2. curat. 67.* textatur *Amatus Lusitanus*. ex curatione fistulae ani quendam alium primo in febrem incidisse, deinde in ingentem dexterae coxae dolorem consul. 67. tom. 2. refert *Fonseca*. Quibus addi potest, ut inquit *Horatius Augenus lib. 12. obs. 1.* quod nam remedium excogitabis, quod antiquas ani fistulas valeat curare? Quare tutius est has apertas seruare ne corrupti, ac superuacanei humores, quorum expurgatio est per sedem à natura tentata, ad supernas refluant partes clauso emissario summa sapien-


tia ab ipsa excitato.

Verum ali quis dicere possit ex fistularum consolidatione non esse reformidanda tot mala supra recensita, quia poterit illis occurrere venae sectione purgantibus auxilijs, exercitijs, fonticulis, & proba victus ratione; his enim etsi non statim, tamen temporis progressu ad naturalem statum membra possunt reduci, & conseruari, ita ut humoris copia non regeneretur; quare omnes etiam antiquae fistulae, omnesque consuetae euacuationes curari, atque impediri possunt. Sed huius difficultatis resolutio patet ex dictis, & confirmatur ex *Fallopp. qui lib. de vlc. c. vltim.* praecipit, ut non sanentur, quia sunt veluti emissarium, & instrumentum naturae ad euacuanda excrementa illa, quae in visceribus superioribus generantur, sic enim euitantur incommoda maxima, & multa, quae ex fistularum consolidatione proculdubio sequuntur; est. n. impossibile, ut qui diuturna patiuntur vlcera, interna viscera non habeant male affecta. Tandem impossibile quoque esse potest, ut Aegrotantes, qui his malis conflantur, ita sint continentes, ut praecipita supra nuper adducta seruare valeant. quare tutius, ac melius est ea curatione, quam palliativam vocant uti; ut vitentur exitalia mala, quae ex illarum sanatione imminet, atque haec est mea sententia pro resolutione huius difficultatis.

CON-

CONSULTATIO LXXXI.

*De Sanguinis fluxu immodico ex Hamorrhoidibus pro quodam nobilissimo viro.*



Er illustrem, ac nobilissimum virum agentem annum 45. validarum virium, ac sanguineæ temperaturæ, cum aliquo biliosi succi, ac melâcholiæ subdominio, laborare symptomate in genere excretorû immodice toto genere P. N. nempe immodico sanguinis fluxu ex venis podicis, euidenter cõstat. quæ quoniam, ab alijs sanguinem trahunt, ibiq; sepius firmatur, idcirco sanguifluæ ab *Hip. 6. epid. 5. r. 25.* nuncupantur.

*ali causa.*

Cuius symptomatis causam licet *Gal. statuat. 6. aph. com. 1. 1. & 1. 2.* esse copiam, atque crassitudinem melâcholici succi, quam in has partes natura deponit; tamen non tollitur, quin interdum vitium sit in istrumento, quum scilicet ora venarum laxiora fiant, aut ab aliquo vlcere erodente in ano exorto corrodantur; vel in facultate, quæ ob intemperiem imbecillior reddita, sanguinem retinere non valeat. Quare in casu nostri *Ægrotantis* puto vitium non solum esse in sanguine, qui sua qualitate exuperans, ac mala qualitate affectus, vasa disrumpit; referat, rarefacit, atque exedit; Verum etiam in istrumento, nam videmus quod ora venarum aper-

ta, atque erosa apparent. Quare non sine ratione *Hipocr. lib. de Hamorrhoidibus 10. 1.* asserit quod ex irritatione bilis, ac pituitæ idest falsæ attrahitur sanguis ad venas podicis, ex venis propinquis, & fit fluxus; qui quoniam immoderatus est, nec medicamentis sedari videtur proculdubio timetur ne in morbos, quos pluribus in locis recenset *Gal. præsertim verò 1. ad Prasagium. Glauc. c. 14. lib. de præfag. ex pul. c. 2 & de naturalibus facul. c. 8.* incidat, nempe in animi deliquium, pulsus vermiculares, malum habitû, hydropem aliosque quamplures, & tandem placide è vita discedat dormiatq; in domino. esse autem huiusmodi fluxum immoderatû, atque perniciosum, depræhenditur, quia nec tolerantiam, nec cõferentiam sequuntam vidimus, quæ ex euacuationibus naturæ lege factis solent contingere; quinimò potius virium iacturam, cuius causa ad chachexiam iam vergere videtur. Quare ne prostratis viribus in peius irruat, confestim eiusmodi fluxum esse cohibendû arbitror. tanto magis quod sanguis, qui educitur, non est prorsus prauus, atque melancholicus. Neque vllam venam ex his sanguinem fundentibus, quam *Hip. 6. aph. 1. 1. 2.* propter metû Tabis, atque hydropis esse seruadâ præ-

Ll                      cipit.

cipit;relinquendam esse arbitror. quia sanguis, qui funditur non est admodum vitiosus, vt diximus. Quare tantum abest, vt cum vtilitate excernatur, vt potius ingēti, cum discrimine euacuetur. tūc enim sanguis per infernas partes, cum vtilitate educitur, quum niger est idest vitiosus, & melācholicus, non autem quū purus, & naturalis existit. Cur autem vbi melancholicus educitur, non sit prorsus supprimendus, vt præcipit *Hip.* est quia fœculentus, ac crassus succus, qui in dies, atque horas propter Iecoris vitiū producit, per has venas debet euacuari; quare vt vna aperta seruetur, est necesse; nam obseruatum est, quod quum retinetur, nec expurgatur omnibus clausis, naturalis Hēpatis calor à multitudine crassi humoris opprimitur, & sanguinis generatio frustratur; Quare necessariò aqua inter cutē sequitur in ventrē effuso humore, aut cachexia si in totius corporis habitum, aut tabes, & insanabile vlcus pulmonis si in Thoracis capacitatem, vel delirium, si in cerebrum. *Alcippus* enim vt refert *Hip. 3. epid.* ab Hemorrhoidibus intempestiue curatus insania fuit correptus.

Curatio .

Cohibetur sanguinis fluxus, inquit *Gal. 5. meth.* si demus operā primo, vt sanguis ad affecta vasa non confluat. Secundo, vt ora venarum occludantur. Ne confluat efficit reuulsio, siue per dolorosas ligaturas, frictions, cucurbitulas, vesicantia, & cauteria; siue

per sanguinis missionem facta. Quare omnia possunt tentari, sed maximè omnium venæ sectio ex interna vena brachij, aut sanguinis missio ex naribus. nam sicuti sanguinis fluxus ex naribus est reuulsio ad nēses immoderatè fluētes; ita ad superfluū Hemorrhoidum effluuium. verum quia in casu nostro debiles vires sanguinis missionem non admittunt, idcirco poterunt in supernis partibus cucurbitulæ applicari præsertim verò in Hippocondrijs. A vomitu quem nonnulli præposuerunt abstinere, quia quamquam sit reuulsorium medicamētum, tamen propter nimiam exagitationem, vniuersum corpus perturbatur, humores exagitantur, & magis præcipites ad affectam partem mouerentur. Abstinere quoque à deriuantibus, siue per aluum, siue per vrinam, Quia quæ aluum mouent, & lotium prouocant, cū sint acriora, atque calidiora, hemorrhoidales venas magis aperirent, & sanguinem abunde fundere; quare probarem tantū, quæ succorum acrimoniam, & affectę partis vitium possunt reprimere; vt sunt syrups, conseruæ, decocta, trocisci, & similia ex refrigerantibus adstringentibus auxilijs conflata, præsertim vero probare syrupū acetosum, de Agrestā, de infus. ros. rub., de succo cicor., de papauere, cum trociscis de terra sigillata, mitridato, & theriaca recenti.

Ad occludendas verò solutas venas probarem medicamentum

*Gal.*

Gal. 5. met. c. 4. quod conficitur ex thure, aloe, albo oui, & pilis leporinis, vel Hip. quod costat ex vino rubro austero astringenti, in quo Gallæ incoctæ sint, quibus si addatur puluis ex bolo armena, mastiche, & trosciscis de carabè. & thure maioris efficaciter erit. experientia etiam est comprobatū, quod infusus in decocto ros. siccarum, fol. plantag., mirtillorum, hyosciami, papaueris, malicorij, balaustij, & aluminis est valde proficuus. bolus armena etiam in tenuissimum puluerem redacta, ac præparata ex inuentione Quercetani ad cohibendum sanguinē vndecumque prorumpentem non

parum comendatur.

Quibus non iuuantibus puto, esse confugiendum ad puluerem calcanti rubri, ac testæ ouorū, qui supra affectam partē aspergatur, aut albo oui exceptus applicetur. huiusmodi enim auxilium venarū orificia adstringit, crustam excitat, & immoderatum sanguinis fluxum egregiè sistit, & compefcit. à chirurgica operatione quā Hip. lib. de hemorrhoidibus co. 1. probare videtur, abstinerem, nā his auxilijs fauente Deo malum fore cessurum putamus, potissimum si his omnibus addatur optima victus ratio die 26. Octobr. 1662.

CONSULTATIO LXXXII.

De Ani vlcere maligno, & virulento pro quodam Clarissimo viro.



Orbus in soluta vnitute, quo detinetur Clarissimus noster Patiens, est vlcus intestini re-

cti, virulentum, malignum, & corrosiuum. virulentum quia virus emittit, hoc est tenue quodā, ac liquidum excrementum varijs coloribus refertum, inquit Pareus lib. 12. c. 10. malignum quoniā nō modo est fluxione vexatum, verū etiam calida, & humida intemperie affectum, nec vllis cessit medicamentis. corrosiuum, quod sua malignitate, ac humoris acredine vicinas circūsitās partes inuadit, ac erodendo absument, atque de-

populatur.

Cuius causæ fouentes eadem omnino sunt, cum his quæ fuerūt excitantes, nimirum adusti humores, cū ichoribus permisti, qui facile ad anum confluunt, tamquā ad sentinam, atque cloacam siue locum omnium corporis excrementorum; sunt autem isti partim de genere pituitæ falsæ, quæ generatur, vel in ventriculo ex mora à calore, vel ex alijs partibus trāsmititur; partim de natura bilis, quæ à poro felleo ad intestina detruditur; hæc autē, cum ex sua natura acris sit, acrior adhuc redditur propter morā, quā trahit in intestino recto propter musculum

Mali causa.

Ll 2 sphyn-

Morbi idea.

sphyncterem. quare non mirum si in hac regione facilè vlcera oboriantur, conseruentur, & foueantur. producitur autem copiosus succus biliosus in corpore nostri Ægrotantis ob iecoris feruorem, quem nactum fuit Iecur ob varia errata in sex rebus nonnaturalibus nempè in motu, vigilijs, cibis calidis, potu vini generosi, & ob biliosam corporis intemperiem.

*Curatio.*

Cæterum, vt noster Patiens à tam diro malo vindicetur incumbendum est. Primo ne humores, atque Ichores virulenti ad affectam partem fluant, quod consequemur si eorum generationem prohibeamus, & illi, qui iam geniti sunt alio conuertamus, iecoris intemperies corrigatur, & tandem vlcus exiccetur abstergetur, & cicatrice obducatur.

Quos scopos attingere, atque absoluere, & perficere non est facilè, quin vtinam ne sit impossibile. primo quia vlcus magnum est, & vniuersi intestini membranosa substantia prorsus exesa. Secundo, quia hæc particula est ad modum sensibilis, quare acrioribus medicamentis facillimè exasperatur - Tertio, quia est in ima ventris parte, vnde totius corporis superfluitates facilè recipit. Quarto, quod ob Iecoris feruorem, ac totius corporis cachexiam virulenti succi generantur, quos natura, per hanc viam longo tēpore consuetam perpetuo transmittit; tamen quia medicus non semper medetur, vt sanet, sed, vt

quandoque miseris Ægrotantibus vitam producat; idcirco in casu nostri Ægrotantis, si non primū saltem secundum obtinere studerimus.

Obtinebimus autem si quo effici poterit noxij succi reuellantur, ac deriuentur, eorumque generatio arceatur, vlcus exiccetur, & abstergetur, pro reuellendis, ac deriuandis noxijs succis maximam vim habet venæ sectio præsertim basilicæ dextræ, frictions, ligaturæ partium infernarum, & fonticuli, qui in vtroque brachio poterunt excitari; à purgantibus validioribus abstinere, non enim conducit humores exagitare, commouere, & ad affectam partem euocare. probarem tamen lenientia, quare præparatis prius humoribus sy. de infus. ros. rub., borrag., cicor., aquis lup., fumaricæ, borrag., & cicor., exhibere mannâ, cū sy. de polipodio, & modico rheubarbaro in substantia. licet tutius sit vomitum per interualla excitare. tandem incumbendum est, vt reliquæ prauorum succorum, decocto spartæ parillæ, rad. chinæ, sandal. cit., & cicor. dissipentur. Quod si dum absumitur sudor apparere incipiat in loco calidiori collocetur Aeger.

Ad arcendam verò horum prauorum succorum generationem quammaximè conferre poterit vitæ ratio, quæ debet esse exiccâs boni succi, & facilis concoctionis, vt carnes assę pullorum, vel elixę in aqua calyceata, confusa. Gallinarum in eadem aqua parata

ta; fercula ex oriza, & farre, vinum pauciferum, & subrubrum aqua calybeata dilutum: vel falsa, & sandalis medicatum.

Tandem ad vlcus exiccandum, atque abstergendum probare illa medicamenta, quæ absque acrimonia vim abstergendi, atque exiccandi habeant, vt lotiones ex aqua aluminosa, aq. marina, lixio, decocto hord. addito melle, vino cum melle, balneo cantareliti, balneo gurgitelli, vel lacte calibeato, si dolor magis infestare videatur; fiant autem huiusmodi lotiones bis in die, ter, aut quater in qualibet vice, simulque cauendum ne dum syringa admouetur, vlceratæ partes attingantur, & dolores, ac sanguinis fluxus concitentur; neque ad qualitatem, ac quantitatem vlceris explorandam, puto esse speculum ani admoendum, nam hoc vetat *Hieronymus Fabricius* propter noxam quam infert, dum admouetur. nam ex huius instrumenti admotione est necesse, vt dilatetur anus, distrahantur fibræ, & attingatur vlcus quæ sine ingenti dolore, & maioris mali discrimine fieri non possunt, eo magis, quod vlceris magnitudo ex sanie copia facile innotescit, siquidem quanta est sanies, tantum est vlcus, qualitas quoque vlceris ex qualitate sanie argumentari potest. Quare ad vlceris naturam explorandam in his partibus magis indicis digiti admotio probatur, vt qui minori cum molestia immittitur, & maiori cum Aegro-

tantis vtilitate.

Post lotiones linteamina artificiose concinnata exiccante aliquo medicamento oblinita ex arte imponantur, sicuti est quod ad sui compositionem. ℞. vnguenti albi caphurati, vnguenti de tutia ana ʒ 2. ol. mirt., ol. ros. omphacini ana ʒ 1. mannae thuris, aloes ana ʒ 3. litargirij aurei ʒ 2. succi solani, tabacci, & plantag. q. ʒ 5. A. f. in mortario plumbeo linimentum, vel ℞. cerrussæ, corn. cerui vsti, alum. rocchæ ana ʒ 3. thuris, aloes, ana ʒ ÷ tutiæ præparate ʒ 1. cort. pini ʒ 2. mirrhæ ʒ 1 1 ÷ ol. ros. omph., mirt., & ceræ, q. ʒ 5. ad ignem ʒ 5. A. f. vnguentum.

Quibus non iuuantibus, & malum excrescere videatur, ad valētiora exiccantia est recurrendum, nempè ad pulueres abrotani vsti, millij, Gallar., anethi, picis aridæ, aluminis scissilis, ol. mirrhino, & cæra exceptos, vel ad suffumigia ex cinabere, thure, stirace, nuce muscata belzoino, ladano aceto exceptis. verum quia loci caliditas, atque humiditas non paucam curationi difficultatē affert, vt inquit *Ioannes And. à cruce* t. 3. lib. 3. c. 17. idcirco his non conferentibus ad ferra ignita tandem est confugiendum, non enim expauescere debemus ignis vsum in his partibus, siquidem rectum intestinum, siue secetur, siue consuatur, siue aduratur non offenditur, inquit *Hip. lib. de hemorrhoidibus*, etiam si hæc grauiora videantur. cauendū tamen est ne sphincter attingatur. nam vbi imperitè res

res agitur, ac nimis alte inciditur, vel vritur, & laceratur, feces amplius retineri non possunt, quo fit, vt miserandum malum sequa-

tur, nempè inuoluntaria fecum deiectione, quod absit procul in casu nostri Aegrotantis. Die 11. Martij 1661.

## CONSULTATIO LXXXIII.

*De tumore, atque ulceribus scroti, & testiculi sinistri pro quodam nobili Iuvene.*



Dures sunt affe- P.N. quibus in- solenter in scro- ti regione pe- rillustris, ac no- bilis Patiens de- tinetur; quorū primus est morbus in aucta ma- gnitudine, vt fatis euidenter in- notescit ex duro ingenti, & per- tinaci tumore non solum testis si- nistri, verum etiam maiōris par- tis ipsius scroti. Secundus est morbus in soluta vnitae, vt constat ex vlcerebus, quæ in ima, media, & superna parte eiusdem regio- nis inspectantur. Tertius est mor- bus in intemperie inequali, in- prædominio tamen calida, & sic- ca, vt calore, rubore, & dolore fatis clare innotescit.

*Causa mali.*

Quorum omnium malorū cau- sa non fuit casus, aut longa equi- ratio, aut flatūs, e quibus facile, & frequenter tumores præter na- turam in hac regione excitantur; sed vt ex relatis audiimus se- minis retentio, ac redundantia; nam quum semen in illis inuolu- cris, quæ didimum efformant, re- tinetur, feruet, dolores mouet, fluxiones concitantur, & demū

molestæ, perniciosæque inflam- mationes, ac abscessus. quin præ- ter semen, causa materialis, huius mali est sanguis crassus potius cō- cretus, quā exiccatus. accurrūt au- tem facilè ad hanc regionem flu- xiones, cum propter situm; tum propter partis compositionem, si- quidem inter scrotum, qui constat ex vera cute, & tunica carnosa, & erytroidem, inter hanc, & dar- tum, insuper inter dartum, & te- stes, quin, & inter ipsam testium substantiam, quæ laxa, debilisq; est, facillime humores colligun- tur ibique adensantur, concre- scunt, & in tumorem attolluntur. adde quod in nostri languentis corpore, omnes conditiones ad fluxiones excitandas, humoresq; commouendos vigent, robur v3. transmittentis, idest Iecoris cali- da intemperie affecti, quin, & co- inquinati propter Gallicanā Go- norrheam, qua, vt ex relatis co- stat pluries fuit affectus. imbeci- litas recipientis, humorum copia, eorumque mala qualitas, viarum laxitas situs decliuus, calor, & do- lor.

Quoniam verò in teste tumore obfesso ingens durities percipi- tur,

tut, & hæc cum possit fieri extensione, vel siccitate, vel concretione, idcirco in casu nostro esse ex concretione non est dubitandum, & forsan etiam ex aliqua portione exiccati succi; nam hoc scire non parum confert, tum ad curationem, tum ad præfagium. Si etenim aliter curatur durities ex siccitate, aliter ex concretione, siquidem durities ex siccitate est prorsus incorrigibilis, secus verò ex concretione, fere semper superatur, atque emendatur.

Cæterum cum tot mala sint simul complicata, & in complicatis affectibus initium curationis debet esse ab eo, quod habet rationem causæ, vel magis vrget. in casu autem nostro, causæ ratione obtinet semen aliquo pacto concretum, & densatum, & forsan etiam exiccatum; tota intentio dirigi debet ad eiusdem seminis extenuationem, atque liquationem, dein quoniam vna cum semine sunt alij quoque humores etherogenej adnexi, à quibus bifidi, ac trifidi tumores sunt iam efformati, de his quoque providentiam habere oportet, quare incubendum est, vt quamcitissime educantur, ac deinde prohibendum, ne iterum regenerentur, idque consequemur si lecur attemperetur, & ab omni labe corrigatur. neque obstat, quod per plures dies fuere assumpta ligni indici, & spartæ parillæ decocta, simulque pluries corpus expurgatum. quia videmus, quod nullum notabile auxilium subsequutum est, quin

neque mala remissa fortasse, non ob aliam causam, nisi quod adhuc in nostri Aegrotantis corpore viget causa fouens, & conseruans. Quare lenitiuo aliquo medicamento repurgato corpore, iterum ad alexipharca esse confugiendum non solum erit vtile, sed etiam apprimè necessarium. à mercurialibus medicamentis abstinere. quoniã Argentum viuum non est huius virulentia alexipharcum, nam videmus, quod malignam, ac venenatam dispositionem, non expurgat, sed quicquid præstat saluatione, & violenta purgatione facit, & consequenter non est alexipharmacum, alioquin sequeretur, quod omnia purgantia esset alexipharmaca. adde quod si quandoque nonnulli curentur iterum curata mala reuiuiscunt. præterea est humano corpori, valde infensum; nam cerebrum, cor, & alia membra vehementer offendit, in faucibus grauissimos morbos, atque symptomata excitat, non solum in corporibus lue venerea affectis; verum etiam in ijs, qui ab hac labe sunt immunes. Quare his mercurialibus præsidijs omissis, quæ rōsoribus empiricis, atque chemicis sunt valde familiaria, à via regia non discederem.

Ad partem verò affectam, & præsertim ad inflammatam, ea *Curatio.* auxilia adhiberem, quæ primo leniendi dolorem, deinde liquandi semen vim habent, simulque laxandi. has omnes facultates habent folia lactucæ assata in sartagine, cum oleo rosaceo, & butyro, non

non parum etiam conferre potest oleum rosaceum completum, vel unguentum rosatum *Mesuae*, sicuti, & in frigidans *Gal.* his, vel consimilibus remissis doloribus, applicetur oleum amigdarum dulcium, in aqua hordei lotum, quod præterquã quod dolores mulcet, vasa etiam, siue substantiã membranæ continentis semen, laxat, ex cuius relaxatione remittuntur dolores, & forsan etiam omnino lenientur. maluarum quoque folia, cum rosaceo oleo in eadem sartagine cocta, eandem facultatem continent; sicuti, & folia spinachiorum, cù oleo amigdal. dulcium cocta. non sunt etiã contendenda cataplasmata, quæ ex far hordei, mica panis, vitellis, ouorum, oleo rosaceo, & lacte conficiuntur.

Si ex his ex arte admotis, alijsque consimilibus sapienter excoGITatis dolores iam remissi appareant; illico ad medicamenta resoluentia erit confugiendum, non quidem valde robusta; sed leuia; sicuti est emplastrum, quod conformatur ex fabis, ol. ros., ol. amigdal. dulc. camomellino, & far. hord., vel quod fit, ex sem. panici, milij, ol. ros., camomill. & amig-

dal. dulc. Quin ad remouendam duritiem illam, quæ in affecta parte percipitur, poterit, cum nuper dictis auxilijs admisceri aliqua portio oximellis simplicis, nam semen extenuandi magnam continet virtutem præsertim, vbi est grumosum, vt supponitur esse in casu nostri Agrotantis in vasis seminarijs. fomentũ etiam ex decocto camomillæ, bettonicæ, feminis lini, florum anethi, & foliorum menthæ, vt satis proficuum commendatur; vehementer enim dissoluit, atque extenuat; sicuti, & milium, vel panicum decoctũ in lixiuio dulciori.

Tandem ad exulceratum locũ probarem medicamenta abstergentia, atque exiccantia, nempe puluerem aluminis vsti, tutiæ præparatæ, mercurij præcipitati, litargyrij, bol. arm., & huiusmodi. præterea, cum circa lateralem testiculi partem vigeat sinuositas, vbi purulenta materia retinetur, illico esse remouendam puto priusquam magis, ac magis proferpat, & cuniculos pariat; his enim prædijs poterit occurrere malis, quæ impendent, & sanitati restitui noster Patiens die 31. Martij 1661.

CON-

CONSULTATIO LXXXIV.

De ulcere putrido vulvæ ex difficili partu pro quadam honestissima Muliere.



**A**ffectum præter naturam, quo honestissima hæc mulier detinetur, nihil aliud esse, quam ulcus putridum, quod non solum collū vulvæ; verum etiam totum illud spatium, quod inter anum, & vulvam est apprehendit; sicuti præter fidem oculatam, Icor saniosus, atque male olens, febris, rubor, inflammatio, assiduus dolor, ac dolorifica affectio lumborum, inguinum, capitis, & præsertim sincipitis, & oculorum, satius superque suadent.

Cuius causa primaria, ut ex relatis percipitur. fuit difficilis partus; qui ut lib. de secretis mulierum notavit *Albertus Magnus*, solet esse adeo laboriosus, ut interdum frangantur omnia ossa, ita ut ab ano ad uterum ingens subsequatur scissura, præsertim quum infantulos euellendi gratia obstetrices ineptè digitos admouent, & imprudenter, ac violenter tentat partum adiuuare. quo fit; ut excoriationes, lacerationes inflammationes, aliaque nuper memorata mala concitentur. causa verò secundaria fuerunt, vinctuosa medicamenta, à vetulis excogitata, & ab eisdem obstetricibus admo-

Quod quidem vlcus multas ob causas esse periculosum est credendum. Primo, quia in propria essentia est magnum, præsertim secundum longitudinem, ac profunditatem; occupat enim totum illud interstitium, quod inter anum, & vulvam existit. Secundo, quia est sordidum atque putridum, dū halitum fetidum emittit. Tertio quia consistit in parte, quæ est veluti cloacâ omnium excrementorum, ac totius corporis superfluitates recipiens, ut refert *Vidus Vidius lib. 11. de curatione membratim c. 15.* quare nõ mirum si semper difficulter sanescant harum partium vitia, & quo sunt profundiora, eo deteriora, ut docet *Velasco à Taranta lib. 6. c. 15.* illud tamen verum est, quod licet huiusmodi vlcera sint periculosa, non tamen sunt prorsus lethalia, atque insanabilia, ut putauit *Auēzoar. lib. 2. r. 5. c. 3.* nisi dicamus, quod hæc sententia sit intelligenda de his vlceribus admodum magnis valdeque putridis, ac cum inflammatione complicatis, & in corporibus cachochimis exortis. non autem de mitioribus, ut est in casu nostri Aegrotantis; cuius corpus, cum sit iuuenile, robustum, & ab omni labe immune, nec malum vehementer grassetur, nec causam fo-

Mm uen-

uentem, ac conseruantem adnexā habeat, sperare licet, quod proculdubio sanitati restituetur, vt primo de morbis mulierum notauit *Hip.*

*Curatio.*

Pro cuius mali curatione indicatio tantum insurgit abstergendi, quod est sordidum, remouendi, quod est putridum, & deinde exiccandi, quod est humidum, atque cicatrizandi, quod est molle. Quas indicationes facile consequemur, si illico totum corpus depuretur, non quidem cathartici, sed sāguinis missione ex pedibus, atque Clysteribus, eo magis, quod huiusmodi putrilago extrinsecā tantum causam nata est quæ fuit obstetricis error, & verecundia nostræ Egrotantis, quā ferè omnes mulieres honestæ habent.

Pro sorde autem, atque putrilagine abstergenda. Quammaximè conferre possunt lotiones, ex decocto lupinorum hordei, absynthij, milij plantaginis, & lentium in quo sit dissolutum vnguentum ægyptiacum, vel fiant ex aqua aluminosa, quæ etiā mirabilis est pro abstersione. Post lotionem, ex arte expleatur vlcus pulueribus aluminis crudi, tutiæ, & mercurij præcipitati, vel applicetur vnguentum deterfiuū, quod cōformatur ex farina hordei, melle, succo apij, & puluere aluminis rocchæ. quod si his non remittatur ad validiora est recurrendū nempè ad vnguentum ægyptiacū, & puluerem calcanti rubri. vel tandem ad ignita ferra, à quibus

puto esse abstinendum; quoniam speramus, quod topicis, tantum præsidij poterit absolui curatio.

Post deterfionem ad færetica pergendum est, nempè ad ea quæ citra acrimoniam exiccant, cuiusmodi sunt pulueres radicis Iridis, aristolochiæ, sarcocollæ, myrrhæ, & thuris, quibus expleri poterit vlcus; vel cum melle, aut syrupo ex rosis siccis excepti ad mollioris emplatri formam redigantur. ad dolorem, qui iam nunc vrget sedandum probarem oleum ex vitellis ouorum, quod non parit commendant *Auēzoar, et Rasis lib. 4. de morb. mulierum c. 7.* præsertim si cum lacte mulieris admisceatur. Mercurialis vtitur albo oui conquassato, cū emultione sem. pap., vel mucilaginis sem. psilij. ab opiatis abstinerem, hæc enim vtero infusa sterilitatem inducūt, & si imprudenter admoueantur mortem. interea ad cordis regionē applicentur linimenta, & regio pectinis foueatur oleo rosaceo lubricato. non est etiam absque auxilijs inflāmata pars derelinquenda, quare poterit attemperari cataplasmate ex far. hordei, tritici oleo ros. & lacte caprino, vel butyro saturni.

Quibus omnibus addenda est proba victus ratio, ad quam spectat natiuum calorem fouere, omnia dirigere, & conseruare. Quare laudarem iura consumpta, conrufa pullorum, oua forbilia, carnes pullorum, auicularum montanarum, hedorum, & consimiliū, à reliquis cibis abstinerem, & pro potu

potu exhiberem, aquam capillorū  
veneris, vel aquam hordei, coriā-  
droum, & cinnamomi parum. tã-  
dem his omnibus ita institutis, ac

peractis, epuloticis cicatrizetur,  
atque ita procedēdū esse pufo in  
curatione huius nostri egrotan-  
tis die 19. Februarij 1663.

CONSULTATIO LXXXV.

*De Vulnere ctaris pro quodam Magnifico viro.*



Orbifca affectio  
qua quatuor ab  
hinc diebus in  
antica oruris re-  
gione magnifi-  
cus hic vir tri-  
gesimum quin-

tum annum agens vexatur, magnū  
vulnus est non solum in propria  
essentia, verum etiam, quia est  
cum inflammatione, febre, do-  
lore, ac cavitate aperta coniu-  
ctum, nec mirum, quia propter  
vehementiam instrumenti pun-  
gentis, ac incidentis quamplures fue-  
runt lesa partes, nempè nerui, fi-  
brae, vena, membranæ, & caro  
musculosa, sicuti præter specillū  
docent symptomata, quæ con-  
comitantia appellantur, nam illi-  
co post ictum dolores vehemētes  
sanguinis fluxio, inflammatio, &  
febris erumpere cæperunt, quæ  
pathognomonica sūt inditia ma-  
gnæ neruosarum partiū lesionis;  
febris enim, quæ circa vulnerum  
ihibitum assurgit, neruosi generis  
inflammationem arguit, vt rectè  
notavit *Ioannes Andreas à Cruce c.*  
*4. tract. 2. lib. 3.*

Cæterum cum tot partes sint  
fauciatae, multa impendent discrimina,  
nempè conuulsionis deli-

*Prasagium.*

rij, Gangrenæ, mutilationis, &  
mortis, habent enim hæc vulnera  
magnam, cum præcipuis partibus  
communicantiam, quare valde  
promptiora sunt ad exitiales mor-  
bos excitandos, siquidem ob ma-  
gnam inflammationem suffocan-  
tem natiuum partis calorem faci-  
le Gangrena sequi potest, sicuti  
ob puris copiam exhauriētem ra-  
dicalem humidum corpus facili-  
ter contabescit testatur *Pareus lib.*  
*10. c. 36.* quin ob maximum cō-  
sensum, quem habent neruosa  
partes, cum cerebro fieri posse  
delirium, nemo est, qui ambigat.  
tandem ob neruorum corruptio-  
nem, ac conuulsionem, timeretur  
lethalis calamitas, quoniam con-  
uulsio ex vulnere inter lethales af-  
fectus adnumeratur ab *Hip. 5. aph.*  
*tex. 1.*; vt igitur his omnibus oc-  
curratur, præstat, vt illicò vulnus  
dilatetur, nisi enim purulentæ ma-  
teriæ detur exitus, retenta sanies  
contiguas partes erodit, cunicu-  
los agit, & memoratorum malorū,  
aliorumque multorum causa exi-  
stet, sectio autem fieri debet cir-  
ca partem infernam per rectā li-  
neam, sic enim euitantur neruo-  
rum venarum aliarumque partium  
lesiones, sistatur deinde sanguis,

*Curatio.*

M m 2 ac

ac situetur fauciatum membrum, erectum, atque extensum, corpus interea quiescat, sic enim evitatur apostema, quod propter scilicet declivem facile assurgit à superioribus membris transmissa materia. præterea ad leniendum dolorem, inflammatamque partem adiuvandam, cataplasma ex far. hordei, mica panis, oleo ros., lacte, & vitellis ouorum ad ignem confectum circumfritis partibus admoveatur; vulneratæ autem parti applicentur, quæ nativum calorem fouendi, perfectam concoctionem moliendi, doloremque simul sedandi facultatem habeant, hæc autem omnia præstare possunt oleum abietinum, oleum ex cera, oleum ex vitellis ouorum, & similia. in quorum absentia poterit in vulnus istillari terebenthina clara veneta, non quidem frigida, sed actu calida, siue simplex, siue cum oleo Hypericon mista. nam harum partium nativus calor adeo debilis est; ut vix possit medicamentorum vim in actum perferre, nisi aliunde à medicamentis

actu calidis auxilium venerit, atque ita puto esse procedendum, quousque vulnus perfecte fuerit supputatum, ac symptomata remittantur. verum si interea vulnus impurum appareat, nempe albidum, aut pallidum, aut lividum, aut nigrum, tunc illico, quæ pus mouent relictis, ad detergentia est confugiendum, nempe ad mellis hispanici usum, vel simplicis, vel cum far. hordei permixti, ac vigorati, cum alumine scissili, quod si his non cedat puluere mercurij præcipitati vulnus expleatur, quousque mundum appareat, deinde sarcoticis carne impleatur, atque epuloticis cicatrice obducatur; verum si accidat, ut his non succedat absterfusio, vel accidentia intendatur, corpus iterum, atque iterum repurgandum erit, ijs quæ bilem, ac serosos humores educant, atque venis podicis hirudines applicentur. Quibus omnibus addenda est, illa victus ratio, quæ magis congrua perito curanti medico videbitur, die 18. Decembris 1663.

### CONSULTATIO LXXXVI.

*De ulcere Putrido, ac corrosivo dextra cruris pro quodam Reuerendo.*



Vod vitus de quo in dextra cruris regione non longe à tibie articulo admodum noster Reuerē.

*Mali idea.* dus conqueritur, sit de genere eorum quæ putrida, & corrosiva

nuncupantur, præter quam quod, attestatur sensus visus; denunciant quoque superflua, ac virulenta humiditas, quam continuo eructat, vapor, seu fetidus fumus, quem expirat, vehemens dolor, qui perpetuo excruciat, sordes, atq;

atque inflammatio, circa eiusdē  
ulceris labia non levis corrosio,  
dum videmus quod in dies, ma-  
ius, atq; amplius efficitur, sangui-  
nis fluxus bis sequutus, & febris.

Cuius ulceris proxima, atque  
antecedens causa sunt virulenti,  
acuti, ac putridi Ichores, ob le-  
coris vitium Gallicana labe pene  
confecti, geniti, & in hanc eruris  
regionem, propter dolorosū fun-  
ticulum imprudenter, & sine arte  
factum collecti, atque infixi, hu-  
iusmodi perniciosum vlcus effor-  
marunt. Quod quoniam magnum  
est, latum v3. & profundum, in  
dies singulos proserpit, proxima  
que particulas inuadit, sitque  
propē articulum, & in corpore  
cachoetico, cum symptomatibus  
non contendendis complicatum,  
non solum mutilationis, propter  
musculorum, neruorum, ve-  
narum, arteriarumque corruptio-  
nem; verum etiam, & mortis di-  
scrimen impendet. Quare præ-  
sentanea, & efficacia auxilia sunt  
excogitanda, atque admpuenda,  
quibus tam diri vlcus pernicies,  
valeat extinguī, ac superari.

Efficacia autem auxilia sunt il-  
la, quæ prius causam, deinde ab-  
fectum respiciunt, vt rectè  
notauit Gal. 4. meth. in omni-  
bus morbis ne dum vlcibus, in  
quibus effectrix causa adhuc ma-  
net, ab hac incoanda Curatio  
est, quate probarem, vt iterum;  
atque iterum corpus repurgetur,  
eo magis, quod nullum adest pro-  
hibens, & prauorum succorū præ-  
sentia in corpore viget, ideo uti-

liter exhiberi poterit, sy. sueff, mel.  
ros. solit., cum decocto agar, de-  
inde probarem venarum podicis  
apertionem, per has enim edaci-  
tar fœulentus sanguis a quo malū  
indefinenter fouetur. Post has  
euacuationes magnam vtilitatem  
sperare possumus ab alexiphar-  
mæis, nempe à decocto spartæ  
patillæ, & ligni Indici, quod per  
plures dies exhiberi poterit. illud  
tamen omittendum, non est quod  
singulis quatuor diebus euacuan-  
dum, atque attemperandum est  
Iecur sy. de sum. ter. composito,  
nam mira præstat pro omnibus  
visceribus moderandis.

Ad partem verò affectum ea  
medicamenta probarem, quæ pu-  
triliginem remouendi, atque vl-  
cus ne vltius procedat firman-  
di facultatem habent, sicuti inter  
cetera esse potest, quod recipit  
pulueris calcanti rubri 34. alumi-  
nis zucc. 33., mercurij præcipita-  
ti 32 ÷ aeris vsti 32. mis. huius-  
modi autem puluere expleri po-  
terit vlcus, nec mutetur, vsque  
ad eandem diei horam, in qua  
quidem illudmet efficiendū quod  
nunc, non sat erit. Quod si con-  
tingat, vt non remittatur, adhuc  
die tertio repetendum. deinde  
ab vsu huius auxiliij est abstinē-  
dum, nam perpetuo in his vlceri-  
bus, non plus quā semel, vel bis,  
vel ad sūmum ter erodētia medi-  
camenta subsequenter sunt appli-  
canda, sed duos post, vel tres in-  
termittendi sunt dies, quo quid  
hæc præstiterint, intelligatur hu-  
iusmodi enim medicamenta, atq;  
curan-

Mali causa.

Curatio.

curandi, modus, mira pro his vlceribus curandis præstant; siquidem præcipitatus mercurius malignos succos euocat, alumen exiccat, & reliqua corruptas carnes absumunt, quæ primo in crustas degenerarunt, neque huiuscemodi medicamenta, vt satis præualida, ac dolorosa expauescere oportet, nam ad corruptas carnes admoenur, quæ ferè sensu solent esse destitutæ.

Tandem ad circumspitas, & inflammatas partes cataplasmata lenientia, & attemperantia, non sunt reicienda, nam ( vt longa experientia est comprobatum ) semper maximam vtilitatem inferunt, potissimum si sub hac forma parentur. ℞. flor. far. hord. ʒ 4.

critici ʒ 2. sem. lini ʒ 1. lentium ʒ 1. ÷ ol. ros., & olei myrtiniana ʒ 1. ÷ viol. ʒ 1. decocti fol. plantag. solani, cort., & flor. granatorum q. ʒ ad ignem ʒ. A. fiat cataplasma, addendo in fine vitella ouor. n. 2., his, & similibus auxilijs, quousque dolor remittatur, & inflammatio sedetur, est vtendum, quinimò, & quousque pus album appareat, & corruptæ carnes in escharam degenerent. deinde casusecharæ procuretur, ac sarcoticis tandem curetur, vt cætera vlcera curantur. Quibus omnibus addenda est proba victus ratio, quæ melius Aegregio meo Collegæ, curationi incumbenti videbitur die 11. Ianuarij 1664.

### CONSULTATIO LXXXVII.

*De vulnere circa supernam Cruris sinistri regionem pro quodam nobili viro.*



Vulnera quâtu-uis minima præfertim, quæ circa articulos occurrunt non esse contendenda præcipiunt clarissimi viri: in his enim partibus quamplures tendones, nerui, fibræ, & membranæ reperiuntur, quare facillè inflammationibus doloribus varijsque alijs accidentibus tentantur, igitur non mirum si per illustri noster Patiens, non leuiter in cruris regione, non longe ab articulo malleoli sinistri

fauciatus à pungente, atque incidente istrumento; in præsentiarum de vehementi inflammatione acuta febre, acerbissimis doloribus, sanguinisque fluxu bis sequuto conqueratur. sunt enim hæ partes satis imbecilles, exanguës, excarnes, & frigide; quare facillime his, multisque alijs corripuntur malis, præsertim verò Gangrena, vel saltem putridis, ac sinuosis vlceribus, quæ non semel sequuta vidimus ad consimiles has affectiones. siquidem multa ad has fauciatas partes confluunt excrementa, quia locus vulneris de-  
pres-

pressus est, humores innata grauitate labuntur, contentrix partis facultas infirmatur, multæ fibræ in retentione contrahendæ sunt sectæ, & aliquantulum contusæ; continentis membri commercium evertitur, concoctrix alimentum assimilare non potest, & demum propter partis debilitatem, & dolorem ab vniuerso corpore fluxio allicitur.

Dum igitur, cum huiusmodi vulnere sint complicata tot mala inflammatio, v3. febris, dolor, &c. prima indicatio insurgit pugnandi aduersus hæc praua symptomata, quare cogitandum est de missione sanguinis. primò ex brachio sinistro, deinde ex pede destro, quin instituta proba victus ratione, & præparatis humoribus corpus illico in prima die expurgetur pharmaco aliquo leniente attemperate, siue compressiuo.

Ad inflamatam, atque dolentem partem lenientia pariter, & attemperantia cataplasmata admoventur; interea vulnus curetur oleo Hyperico magistrali, terebentina, oleo abietino, vel de apparitio, quod etiam Hispanicum appellant, est tamen in his admouendis cautè procedendum ne sanguinis fluxus iterum subsequatur, quare præter omnia re-

uulsionum genera, ac deriuationum, ad vulneratam partem admoventur, ea quæ sanguinem frenandi, ac intercipiendi vim habent, vt sunt præsertim pili leporini xilo seu bombace, vsto excepti, eiusmodi naturæ auxilium imponatur supra foramen digitisque prematur aliquandiu, donec totum vulnus sit repletum hoc medicamento. verum, quia humiditas, quæ ex vulnere continuo effluit emplastica medicamentata laxat, & seperat ab osculo vasis. ideo carnis generationi incubendum est, quam expectare debemus ex hoc medicamento, v3. ꝛ. pul. thuris 33., aloes 31. ÷ mis. cum oui candido, ad mellis consistentiam, deinde mollissimis pilis leporinis excipiat, & osculo vasis, totique vulnere liberaliter imponatur, nam thus, vi emplastica obstruit foramen, & sua siccitate carnem generat, aloe etiã carnem generat, & vasa adstringit. obstructo vase, & vulnere impleto medicamento emplastico forinsecus fascia est alliganda. Quibus non iuuantibus ad caustica erit recurrendum, nempe ad puluerem calcanti rubri, quæ ex arte sunt applicanda. sic enim speramus, quod sanguis non amplius effluet, & vulnus curetur.

Cautiua indicationes.

CON-

## CONSULTATIO LXXXVIII.

De ulcere Herpetico dextri cruris pro quadam Illustri muliere.



Quod suppressis naturalibus, vel consuetis euacuationibus, grauissima, ac perniciofa expectentur mala, quæ certis verbis, multis in locis scriptum reliquit Hippocr. Quare mirum cuiquam videri non debet si perillustris, ac nobilissima nostra Patiens post occlusum ex ingentissimo callo dextri cruris fonticulum, septem, & viginti ab hinc annis apertum, illaque diuturna, ac consueta euacuatione suppressa; nunc de senilissimis, ac dolorosissimis Herpeticis ulceribus in vniuersa cruris, femorisque regione acerrime conquærat. Quibus in præsentiarum affici; satis euidenter indicant dolor vrentium sensum repræsentans, cutis asperitas, copiosa sanies quam eructat, odor aliquo pacto fetidus, & motus, quem in dies facit serpendo. nam in horis, & momentis singulis nouam sedem occupat, omnes autem hæ notæ, huius vitij sunt partus, vt multis in locis scripsit Gal. præsertim verò ad Glauç. c. 2. 14. meth. c. 17. et libel. de tum. præter Naturam c. 9.

Causa.

Causa verò huius mali est humor admodum tenuis, vt cit. loc., idem Gal. inquit, & adeo quidè,

vt non solum per omnes interiores partes, quæ vtique carnosæ sunt substantiæ, transeat, verum etiam cutem ipsam ad summam vsque cuticulam, quæ epidermis Græcè dicitur peruenit, quâ propterea, quod ibi remoratur tū exedit, tū erodit. quare si sudoris istar trāsiret, haud quaquā vlcus excitaret. est enim humor qui herpetica vlcera concitat, non solum tenuis; verum etiam mordens acris, & virulentus. quapropter non mirum si summam tantum cutim exulcerat, atque exedit. generatur autem huiusmodi succus in nostræ nobilissimæ patientis corpore, ob vitium Iecoris impense calidi, qui olim quoniã per eiusdem cruris fonticulum abunde educebatur, nullum vnquam apportauit discrimen; nunc verò quia quatuor ab hinc circiter mensibus callo obducto fonticulo, & non amplius extra fertur; his malis data est occasio, præsertim verò ad hanc regionem ob situm decliuem, longam consuetudinem, eiusdem imbecillitatem, pruritū, dolorem, & calorem.

Quæ quidem vlcera quoniam summam tantum pelliculam exasperant, atque exedunt, licet ab omni discrimine sint immunia, tamen semper admodum difficile curantur; vt præter quotidianam

Præfagium

ex.

experientiam, secundo pradi-  
tionum docuit etiam Hip., argui-  
tur enim non parum esse male af-  
fecta viscera eorum, qui tam diris  
viceribus tentantur, potissimum  
verò Iecur calida, & sicca intem-  
perie affectum. qua ratione inter  
diuturna, prava, & maligna ad-  
numeratur à *Celsolib.* 5. c. 18. her-  
pes enim dicebat, etsi minimum  
periculū habet ex eis, quæ serpūt  
tamen difficillime tollitur à *Gal.*  
14. met. cit. ¶ 2. meth. c. 12. mali-  
gna saltem ratione resistentiæ,  
quia vix cedunt medicamentis, vt  
de Matrona illa Romana refert  
idem *Gal.* cuius Herpeticum vl-  
cus ex Malleolo ad Genu, ex Ge-  
nu ad femur, & ex femore ad in-  
guina repit. Quin præter visce-  
ra male affecta nostræ ægrotantis  
viget, & alia difficultas, præser-  
tim verò facilis, ac prompta via  
quam habet natura, noxios suc-  
cos ad hanc partem pellendi, per  
quam iamdudum erat consueta  
se exonerare, illi autem ob fonti-  
culi consolidationem occlusamq;  
viam, educi, atque euacuari am-  
plius nequeunt; cum ob eorun-  
dem tenuitatem facilè labuntur,  
eludunt medicamenta summa ar-  
te summaque solertia administra-  
ta; atque hanc puto esse causam  
cur vsque adhuc eiusmodi malum  
non cessit, neque cessurum vide-  
tur.

Vt cumque autem sit, est de præ-  
sidijs curatiuis excogitandum, quæ  
ex communi medicorum consen-  
su tria esse possunt, nempe primo  
prohibere, ne pravi humores ad

affectam partem decumbant; de-  
inde vlcere malignitatem, atque  
virulentiam dissipare, Iecorisque  
intemperiem corrigere, & tandē  
vlcus consolidare, & ad cicatricē  
perducere.

Quantum ad primam ne ero-  
dentes succi ad affectam partem  
prolabantur, confestim præpara-  
tis humoribus serapijs attempe-  
rantibus, ac instituta opt. victus ra-  
tione corpus expurgetur, nisi .n.  
incipias, cum euacuatione hu-  
moris, pro his malis curandis in-  
quit *Auic.* 3. 4. cap. 17. secundum  
quod oportet, non confert medi-  
catio vlcere, cum eo quod sanat,  
quia redit ex alio loco cum nocu-  
mento, & non cessat humor face-  
re corrosionem. purgantia autem  
debent respicere cholera subtilē,  
sicuti est aqua casei, cum scam-  
onio, inquit *Auerri.* vel scamonium,  
cum aq. fructuum, vt ꝛ. aq. casei,  
aut feri caprini, aut decocti fru-  
ctuum, aut decocti tamar. ꝛ 4., sca-  
monij præparati gr. 6. f. potio,  
quæ poterit exhiberi quatuor hor.  
ante cibum. in casu enim nostri  
ægrotantis potius peterem purga-  
tionem ex diacap. elect. de succo  
ros., sy. ros. solut., viol., decoct.  
senæ, epitt. & flor. cord.

Quantum ad secundam ad re-  
mouendam vlcere malignitatem,  
iecorisque intemperiem emendā-  
dam probarē decoctum, rad. chi-  
næ, spartæ parillæ, in iure cancro-  
rum fluuialiū paratum, in quo in-  
fundantur conseruæ attemperan-  
tes, ac refrigerantes; iura etiam  
consumpta in iure cancrorum pa-

N n rata,

Curatio.

rata, tanquam fatis proficua probarem; non esset etiam à ratione alienum venam pedis scindere, & sanguinem mittere in pauca quantitate, nam pro refrigerando Iecore nihil vtilius excogitari potest. sed maximè omnium extollit *Gal.* longum vsum feri caprini, cum epithymo, quo gloriatur se curasse illā matronā romanā his malignis vlceribus oppressā.

Quantum ad vltimum nempè ad vlcus curandum refrigerantia, atq; exicātia tanquam fatis vtilia commendarem, refrigerātia enim respiciunt, feruorem, & exiccantia vlcus. vtrumque præstare potest ceratum sub hac forma confectum. ℞. plumbi vsti, vtriusque cerę ana ꝑ 4. olei myrthini ꝑ 16. 5. A. f. ceratum, poterit etiam adhiberi cathaplasma, quod recipit vnguenti ros., pópuleon ana ꝑ 2. ol. myrthini ꝑ 1 ÷ succi plantag. solani ana ꝑ 1. aluminis scissilis, pul. sem. ros. rub. ana ꝑ 1. rad. lapatij acuti ꝑ 2 ÷ flor. mali punici m. ÷ aceti ꝑ 2. bull. simul donec acetum, vna cum succis absumatur,

deinde omnibus in mortario plūbeo agitatis addantur spumę argenti ꝑ 2. cerussę ꝑ 1. cadmię ꝑ 3. minij ꝑ 1. præcipitati ꝑ 2. 5. A. f. linimentum. Sed his omnibus efficacius est, quod ℞. flor. far. hord. lib. ÷ lentium ꝑ 3. ol. myrthini ꝑ 2 ÷ decocti flor., & cort. gran. & sumministratum myrthill. q. s. 5. A. f. cathaplasma ad ignē, à me pluries expertū, cum maxima lāguētium vtilitate. summopere etiam probatur v3. ℞. tartari exquisitè calcinati lib 1. diss., in lib. 5. aq. plantag. deinde sinatur, per sex hor. residere, tum limpidissimum lixiuum transcoletur, atque in olla noua, plumbo intus illita feruere sinatur, donec liquore prorsus absumpto, crassamentum albū in ollę fundo supersit durissimum, quod humido loco repositum in oleagineā materiā lique scat, nā præstantissimum in herpeticis vlceribus coercēdis, & cicatricibus quoque albādis auxilium est; Chimici vtūtur butyro, & lacte saturni cū oleo tartari, sed in casū, & sine fructu sepè adhibetur.

### CONSULTATIO LXXXIX.

*De abscessu dextri cruris pro quodam nobilissimo viro.*



Qvod perillustis, ac nobilissimus vir in ætate 40. annorū constitutus in dextri cruris regione detineatur abscessu, & illo quidem pregrandi adeo certum est, vt certius existere nō

possit; nam præter fortissimos dolores, colorem subrubrum, tensionem, pulsationem non obscuram, febrilem calorem, aliaque praua; quæ passus est symptomata: demonstrant eiusdem tumoris mollities, color fære albus, Pus quod subdigitis subterfugit, ac me-

*Mali indicia*

memoratorum accidentium remissio, quæ omnia facti abscessus sunt indicia.

Causa autem huius abscessus proxima, ac immediata non est sanguis Arteriosus, ut quidam Medici malè putarunt, quia sic proculdubio esset Aneurisma, apostema. v3. Arteriosum, quod subito fit, & compressum cedit, sed illicò recurrit, rotundum, vehementer pulsans, concolor, & indolens; sed huiusmodi tumor lógo tempore est factus, olim fuit valde durus, compressus non cedebat, nunc secundum partem mollis apparet, & non sine dolore, febre, ac remissa pulsatione; ergo nullo pacto esse potest Aneurisma, neque est vapor siue flatus, uti quidam alij somniauerút; quoniam neque fulget, neque percussus Tympani sonum edit. Quare est omnino credendum, atque affirmandum, quod sit purulenta materia viscida crassa, qualis ex sanguine pituitoso, ac feculento fieri consuevit. ut ex suppuratio- nis pertinacia, inequali mollitie, ac forma non equaliter extuberante percipitur. Causa verò efficiens, sunt prauæ viscerum dispositiones, nempè Iecoris, ventriculi, & cerebri. ad horum etiam succorum generationem adiumentum attulerunt varia errata in sex rebus nonnaturalibus, præsertim verò in cibo, potu, & venere; ut ex relatis audiuius.

Cæterum cum huiusmodi abscessus sit in magnam molem exporrectus, atque ex materia ethe-

rogena conflatus, non vacat periculo, timetur enim ne in vlcus sinuosum, vel fordidum, vel putridum commutetur, os corrumpatur, curatio protrahatur, & tandem membrum mutiletur. Quare, ne ab his, confimilibusque alijs, quæ imminet malis noster Patiens opprimatur; illico ad illa præsidia est confugiendum, quæ purulentam materiam, iam factam educere valeant, vel obscure v3. digerentibus, vel euidenter, aperto loco; verum in casu nostro magis probarem digerentia, siue insensibiliter euacuantia, quæ aperationem ferro factam, siquidè tubercula dissoluere, ut lib. de Medico notauit Hip. est valde optabile, & iure quidem, quia vera abscessuum curatio est resolutio; medicamenta autem, quibus huiusmodi opus absolui poterit, non debent esse acria valde, & mordicantia, sed domestica, ac familiaria nempè mediocriter calida, & humida, ut sunt oleum liliorum, alborum, camomellinum, anethinum, far. hordei, seminis lini, volatilis, parietaria, malua, & similia, è quibus varia possunt cataplasmata, & emplastra efformari iuxta mali vicissitudinem, nã nunquam semper morbus est idè, sed in dies, atque horas mutatur, ut rectè notauit Vessallius, vnde in dies quoque debent mutari medicamenta.

Verum si contingeret, ut sub digerentibus cædat; tunc necesse est, ut euidenter effundatur aperto loco, nam sæpe factò à natura,

N n . 2 vel

Mali causa.

Curatio.

Præfagium.

vel arte emissario, conceptus humor profunditur. verum in casu nostro potius probarem apertionem ferro ignito factam; nam simul, & semel euacuatur materia, & aufertur intemperies inequalis, malaque qualitas, & affecta pars corroboratur, arcetur sanguinis profusio, spirituumque resolutio. Sed quoniam audio, quod noster Ægrotus ferrum ignitum nullo pacto intendit admittere; idcirco medicamentis esse aperiendum puto, non quidem dolorosis, ac venenatis, sed benignioribus, ac mitioribus: sicuti est pulvis vermium comedentium folia fraxini, cum fermento, ac acerrimo aceto dissolutus: nam, ut est obseruatū insensibiliter apostemata rumpit.

Probatum etiam calx, cum sapone, stercore columbino, & oleo calcanti; non est quoque contendendum auxilium, quod conformatur ex lixiuio ex quo efficitur sapo, cuius recipe lib. ÷ vitrioli romani 3 i ÷ opij 9 i. bull. omnia simul præter opium, usque ad spissitudinem, deinde ponatur opium cum aufertur ab igne, & seruetur in vase vitreo, vel Æneo bene obturato; cæterum reliqua, quæ desiderantur circa vniuersalia, nempe circa victus rationem, purgationem, at sanguinis missionem, atque modum applicandi medicamenta me remitto ad peritiam Magnifici medici curantis. Die 28. Ianuarij 1664.

## CONSULTATIO XC.

*De vulneribus dextri cruris ex morsu canis pro quodam Aegregio viro.*



Vatuor sunt vulnera quibus circa infernam partem dextri cruris, triginta ab hinc circiter horis, hic egregius vir opprimitur, quæ esse mala qualitate infecta, denunciant eorundem labiorum lior, ac rubor, mordicatus, ac pungitius dolor detecta caro, quæ veluti corrupta apparet, & non leuis durities, quæ circa eadem labia percipitur, sed maximè omnium causa efficiens, nempe morsus canis rabidi, ut dicunt nonnul-

li, quod non libenter admitto, nã Rabiosus canis semel mordet, morsumque non repetit, sed statim, quem momordit, ac deseruit, ad alios properat, sed egregius noster Ægrotans non semel, sed bis (ut ex relatis habemus) fuit percussus, consequenter credere debemus, quod huiusmodi vulnera à cane irato fuerunt illata, non autem à rabido; illud tamen concedi potest, quod morsus à cane irato factus non careat venenositate, nam omnis morsus habet quoddam virus, inquit Celsus, & cõsequenter maligniora sunt mul-

to

to cæteris alijs vlceribus, vulnera, quæ ex morſibus animalium concitantur, etiam ſi rabioſa non ſint, nam ſemper aliquam malignam, ac deleteriam diſpoſitionem adnexam habent; quæ quàm maximè animalibus ſpiritibus, qui tenuiſſimi ſunt aduerſatur; quare priuſquam hos inficiat eſt diſſipanda, atque euocanda.

Inter medicamenta, autè quæ hanc malam qualitatem diſſipandi, atque corrigendi facultatem habent, probarem puluerem mercurij præcipitati, cancroꝝ fluuiatilium terebenthina clara veneta, atque theriaca exceptum; vel medicamentum *Dini*, quod in omni morſu venenato, & non venenato ſummopere probatur; recipit autem ceræ, picis nigræ, aſſuncię veruecis, olei antiqui ana quartã vnam, Galbani ꝑ i. 5. A. fiat unguentum. Chimici pro his vulneribus curandis vtuntur ſpiritu ſalis puriſſimo, ſpagirici admovent oleum Mercurij, alij rem abſoluunt ignitis ferris, quæ quidem auxilia non libenter admitto, nam ex his dolores vehementiſſimi, inflammations, febres, & vigiliæ concitantur; quare tutius eſt medicamentis iam dictis, vel alijs conſimilibus vti. Quamquam, vt tollatur omnis ſcopulus non reicerem ſcarificationes plures, vt ex fauciatis locis ſanguis copioſus effluat, deinde expleantur vulnera pulueribus tormentillæ, corticum cancroꝝ, cornu vnicornis, ſcordij, & Mercurij præcipitati, vel adhibeatur nitrũ

liquefactum, cum terebenthina, aceto, & adipe anſerino.

Verum ne ex his admotis medicamentis, vel ex alijs cauſis inflammatio exciteretur, præſertim verò propter influxum ſuccorum quibus noſtri Ægrotantis corpus quammaximè abundare videtur, laudarem ſanguinis miſſionem, quam expauere non debemus. nam hanc non vetat *Celfus lib. 5. c. 27.* etiam in morſibus ex cane rabido, hanc etiam concedit *Auic. 6. 4. 1. 4. c. 9.* licet non circa initium, ſed elapſis tribus primis diebus, quin etiam circa initium ſanguinis miſſionem tanquam fatiſ vtilem, ac neceſſariam probat *Petrus Foreſtus obſer. 11. lib. 30.* qui eſt de venenis, & quatenus opus fuerit vrgente neceſſitate poterit etiam corpus purgari leniente aliquo medicamento. leniens enim medicamentum, quouis tempore exhiberi poterit, inquit *Iacobus Carranta l. 2. de morſu canis rabidi c. 8.* non enim (inquit) veneni attractionem ad exteriora poterit impediri. interea non ſunt omittenda bezoartica medicamenta. quare exhibendi ſunt pulueres cancroꝝ, cum ſy. de acido citri, per plures dies ad ꝑ i. vel pulueres ratione, & experientia comprobati, qui quammaximè aduerſus venena pugnant ꝑ 3. ꝑ. pul. tormentillæ 34., Gentianæ ꝑ i. dictami 3 2. ÷ ſmargadi, iaspidis, ſiue praſſiæ, margaritarum nõ perforatarum corall. rub., & albi ana 3 6. ÷ bol. arm., & ter. figil. ana 3 6. fiat ex omnibus puluis cuius doſis ſit

Curatio.

fit 5 r. cum decocto scabiosæ , & pimpinellæ. defendendum est etiam cor, & Iecur theriaca ; quam mirificè laudat Gal. intus, & extra administratam. Quibus omnibus addenda est optima vitæ ratio, quæ nec tenuis, nec plenior esse debet, nam tenuis bilis feruorem accendit, plenior excrementa adiungit, & natium, calorem obruit; simul de reliquis rebus nonnaturalibus habeatur quoque prouidentia illa, quæ magis proficua, atque opportuna perito medico curanti videbitur. Demû ira, excâdescétia, mæror, & graues aliæ animi perturbationes; atque curæ deuitentur, his enim ad motis sanitati ægrotum posse restitui iudico. Die 10. Decembris 1663.

## APPENDIX.

**C**eterum, cum in quolibet morfu canis, timor impendet ne hydrophobia sequatur; idcirco excogitandum est aliquod præsidium, quod valeat illam pro-

hibere, inter cætera autem, nihil præstantius Pimpinella adinueniri potest, hæc enim tantam vim obrinet, vt quicumque eam aliquot edulijs; vel in acetarijs, vel alio quouis modo apparatus, post demorsum comederit, nihil inde incommodi sentire possit refert *Iulius Palmarius* circa finè libelli quem scripsit *de morfu canis rabidi*.

Salutare præsidium quoque est ad aquæ mætum prohibendum 3 ÷ cuiusdam pulueris demorsis à Cane quotidie deuorata cum saccharo, vel butyro, vel vino ieiuno stomacho tribus horis antecibus v3. & folior. verbenæ rutæ, saluiæ minoris, plantaginis, fol. polipodij, absynthij, vulgaris mentæ, artemisiæ, melisophuli, bett., hyperici, centauriæ minoris pimpinellæ, in æquale pondus, legantur singula quo tẽpore viribus pollent maximis, quod est ad Iunij ferè pleniluniû, papiraceis deinde cartis conclusa siccentur seorsim in loco quem, neque sol, neque pluuia pertingat.

## CONSULTATIO XCI.

*De morfu canis rabidi in dextro crure pro quodam Magnifico viro.*



**D**vo sunt vulnera, quibus in postica dextri cruris regione tribus ab hinc diebus detinetur magnificus noster ægrotus, quæ

quoniam à Rabido Cane fuerunt illata, idcirco venenata licet appellare. est autem rabidi canis virus toto genere præter naturam, Quod in atrum præsertim se insinuat succum, & licet lentos habeat progressus, tandem vniuersã com-

compleffionem, humorumque molem in corruptionem trahit, & per moleftas animi paffiones inducit. Effe autem huiusmodi vulnera à Rabido cane illata, fuadēt multa, nempè ipfius canis, (vt dicunt) incompositus motus, relaxata cauda, demiffę auriculę, morfus sine latratu factus, & fpuma, quam incedens ex ore eructabat. fed maximè omnium duę experiētia peractę, altera panis in fanguine ex vulneribus manante intincti, qui fanis canibus exhibitus, ac proiectus haud fuit deuoratus, fed prorfus intactus relictus; altera contufę nucis, quę supra rorsum appofita, & deinde in efcam gallinis proiecta, fequenti die omnes mortuę sunt; hæc autem rabidi Canis, ac venenatorũ vulnerum, certiffima etiam inditia, non obfcuris verbis docet *Oribafius*.

Cum igitur huiusmodi vulnera prauam, malignam, venenatam, & deleteriam adnexam habeant difpofitionē, hæc priusquam Animales fpiritus, qui tenuiffimi sunt, facileque alterabiles inficiat; eft euocanda, alioquin paulatim proferpit, nobiliffima viscera peteret, & aquę, vini omniumq; liquidorum abhorritionem induceret: quę cum aduenit certum, & inuitabilem interitum infert. folet autem aquę metus ferè femper circa quadagesimum contingere; interdum etiam post duos, aut quatuor menses, aut annum. quādo quidem circa feptimum annũ textatur *Iacobus Caranta libello, quē*

*derabidi canis morfu* eleganter eruditeque fcripfit. Cur autē aquę metus accidat, varię sunt doctiffimorum virorum fententię, fed communior eft, quod contingat ob maximam ficcitatē, quā cōtraxerunt, qui hac miseria tentantur, quoniam eorum complexionī acq̄uifitę, fit aqua penitus aduerfa, atque contraria. Quare vt euitentur illa exitialia, atque horrenda accidentia, quę his venenatis neglettis vulneribus proculdubio folent fuperuenire; nulla interpofita mora virus ex plagis extrahatur, fimulque prohibeatur ne ad partes internas feratur, quin fi quid iam conceptum fit illico è visceribus educatur.

Ad euocandam autem deleteriam malignitatē à venenoso canis dente impreflam, non recederem ab ijs, quę à *Gal. lib. de theriaca ad Pifonem cap. 6* defcripta inueniuntur, nempè à fcarificationibus, ac cucurbitulis. nam ficuti venena bibita affiduis vomitibus confumuntur, ac diffipantur; ita quę à dentibus imprimuntur, fcarificationibus, atque cucurbitularum applicatione euocantur inquit *Raf. lib. 7. in proemio*. Quare cucurbitula cum multa flamma confestim applicetur, qua remota affectus locus pluribus, & alijs plagis incidendus eft. deinde rurfus altera defligenda; fic enim extrahitur quidquid fanguinis vitiatum eft; ab vfu ignis abftinerem, quia affecta loca neruis, fibris, membranis, ac mufculorũ capitibus sunt refercta, neruo-

uo-

uosis autē locis ignis vsus, quam maximè vetat *Cels. lib. 5. c. 27.* qui alioquin carnosus partibus est præstantissimum remedium, non solum, quod venenum absumit, malamque affecti loci intemperiem corrigit, verum etiam, quod noxam ulterius produci non permittat. Quamobrem probarem potius medicamenta, quæ trahendi, atque vulnus apertum retinendi facultatem habeant, sicuti inter cætera primum locum obtinet pulvis mercurij præcipitati, cum oui vitello, theriacæ portiuncula, & guttula aliqua terebentinæ mixtus, vel theriaca, cum cinere è caneris fluuiatibus, pulvere thuris gentianæ, & mercurij præcipitati dissoluta; Non essent quoque reicienda illa medicamenta: quæ, vel calore, vel totius substantiæ proprietate, vel utroque modo virus eliciunt; elicit autem calore gallinaceus pullus inquit *Celsus lib. 5. c. 27.* per mediū diuisus, & protinus calidus plagis impositus, sicuti, & hædus, vel agnus discissus; Quæ verò à totius substantiæ proprietate virus trahunt sunt iuglandes rumea, & theriaca, ol. ros. liquata, & linimentis excepta, quæ tandem utroque nomine virus euocant sunt ruta, cinis è ramis ficulneis, & alliū præsertim siluestre tritum, cinis etiā vitis cum aceto, menta cum sale trita, radix feniculi, & folia cucumeris hortensis, sed ne ad internas partes feratur, efficit ligatura sex digitorū supra plagam arctè facta.

Tandem ad remouendum virus fortasse intrinsecus collectum probarem cathartica, quæ atrabilem præsertim educant, ut quæ maximè solet redundare in corporibus ex cane rabido vulneratis, & demorsis, nempe elleborum nigrum epytimum, polipodiū confect. hamech. electuarium Indum, & similia, post purgationem etiā per 40. dies exhibeatur cochlear vnum cuiusdam pulueris v3. æ. thuris partem vnam, gentianæ partes quinque, cineris cancrorū partes decem, mis. à spiritu salis purissimo oleo mercurij aqua forti, & causticis, ardenti aqua dissolutis, quibus vtuntur empirici abstinere, quoniam sine euidēti discrimine nunquam admouētur, nam mouent dolores fluxiones inflammationes, & febres, quinimò ex nimio cordis calore, ad se ipsum attrahitur venenum, interea de victus ratione habeatur prouidentia, quæ istitui debet ex optimis cibis, pro potu vti poterit vino, cum aqua mulsa, vel lacte, quiescat, & in loco frigido vitam ducat, his enim auxilijs proculdubio nostrum patientem posse sanitati restitui speramus, & credimus die 20. Decembris 1662.

#### APPENDIX.

**N**Ocumēta quæ ex deuorata nuce, vel panis frustulo intis in vulnere, ac alligatis per horam, vt plurimum non apparent, nisi in 7. aut. 14. aut 21. die, aut 24. aut post annum, & multi afferunt

runt post 7. quare non est his circa initia fidendū etiamsi à gallinis deuoratur, vel canibus, dū aliquoties diuturnū tempus requiritur.

CONSULTATIO XCII.

*De cruris ulcere, cum ossis corruptione pro quadam honestissima Muliere.*



Honestissimam hanc mulierem in antica dextri cruris regione, etiam ulcere, cum ossis corruptione vehementer afflictam; luculenter denunciant eiusdem vlcis diuturnitas, caro mollis, & liuida superposita, copiosi, tenues, ac fœtidi ichores, ex eodem ulcere profluentes, fucata sanatio, nã videmus, quod iuxta cicatricem reuiuiscit; sed maximè omnium durities, & asperitas, quæ ad motu specillo percipitur; hæc autem omnia ex *Hip. ac Gal. sententia 6. aph. tex. 45.* ossis vitiati, corrupti, atque latentis inditia sunt, vt subdit etiam *Paul. lib. 4. c. 10.*

*Mali Signa.*

*Mali causa.*

Cuius mali causam ad pituitosos succos lue venerea perfusos, atque fundatos esse referendam omninò est credendum; siquidẽ, (vt ex relatis percipitur,) non semel Gallicana Gonorrhœa, & carie fuit oppressa, cuius causa erodentes succi ob lecoris vitium geniti, nec per vteri venas educti, nec per alias partes expurgati, tandem ad hanc infernam partẽ pulsati, ibique collecti primo crudum, ac pertinacem abscessum efformarunt, deinde post disruptam vomicam, membranarum, musculo-

rum, neruorum, corruptionem, demumque ossis sphacelismum attulerunt. An verò corrosiõnis, ossisque putrefactionis initium, fuit ex partibus mollibus, an ex duris potest dubitari; Sed huiusmodi dubitatio facilè tollitur, quia, vt experientia constat ex crassioribus succis venerea lue infectis primo ossa, & postea partes molles corrumpuntur, vt in dies quoque obseruatur in illa pertinaci affectione, quam barbari medici spinam ventosam appellant.

Huiusmodi autem vlcus propter sui magnitudinem ossisque vitium, præter quamquod mutilationis, aliarumque affectionum quæ facile ad ossis denudationem possunt superuenire; non caret periculo; est quoque valde conrumax ad sanandum; nihil enim magis fatigat medicos in curandis vlcibus, quam ossis corruptio, inquit *Hieronymus Fabricius proprio cap. lib. de vlcibus*, eo magis quod in casu nostro huiusmodi ossis caries est iuxta musculorum capita, neruos, atque tendines, simulque circa non paruas venas; quare semper periculum impendit maiorum malorum, nempe sanguinis profusionis, erysipelatis, & abscessus, hæc autem semper sunt ve-

*Præsagium.*

O o ren-

renda in casu huius nostræ Ægro-  
tātis mulieris, vnde caute est pro-  
cedendum.

Curatio.

Pro cuius mali curatione, pri-  
ma indicatio esse debet prohibē-  
di ne humores pravi à quibus ma-  
lum fouetur, generētur. Secunda  
verò, vt qui in corpore redundāt;  
educantur. Tertia, vt os corruptum  
detrahatur, & tandem, vt  
vlcus consolidetur, & cicatrice  
obducatur. & quantum ad primā  
ne humores tam pravi generen-  
tur, efficit proba victus ratio, quæ  
non solum ex optimis cibis, verū  
etiam tenuis esse debet, & tandē  
talis qualis à perito medico cu-  
rante fuerit præscripta. Sed ne  
qui iam in corpore geniti consi-  
stunt, ad affectum locum ferantur,  
efficit auersio per sanguinis missio-  
nem; atque purgationem, quæ,  
vt quam citissime fiat expedit, pro-  
barem tamen, vt aperiatur vena  
malleoli sinistri pedis, sic enim  
educitur sanguis, atque citantur  
menses, quibus penè est destitu-  
ta. interea preparatis humoribus,  
ac apertis per clysteres vijs, exi-  
beantur pharmaca purgatiua, quæ  
redundantes succos Gallicana vi-  
rulentia perfusos euacuādi facul-  
tatem habeant. Quibus ita isti-  
tutis, atque peractis incumben-  
dum est, vt vitiatū os detrahatur,  
cuius detractionem scalpris instru-  
mentis absolui non posse, puto; &  
videmus enim, quod corruptum  
os est valde pingue, nec vnde qua-  
que detectum, quare abraforia  
instrumenta adaptari haud quaquā  
possunt, nisi vlcere exciso, denu-

detur totum, quod iam vitiatum  
est, vt c. 7. lib. 8: inquit *Celsus*, ad-  
de, vt aridum sit oportet, quod  
ferreis instrumentis remoueri de-  
bet. Quamobrem probarem, vt  
ignitis ferris vratur quouisque ari-  
dum fiat. post vstionem decenter  
factam, exustus locus exiccanti-  
bus pulueribus candido oui exce-  
ptis expleatur. Quod si chirur-  
giam, (vt audio) non admittat,  
quinimò tanquam satis crudelem  
detestetur, non reicerem medica-  
mentorum valde exiccantium vsū;  
sicuti sunt pulueres rad. ellebori  
nigri, troscisci Andronis, aut pa-  
sionis *Gal.* scorix ferri, pumicis  
vsti, & huiusmodi. Tandem si ex  
voto res prospera succedat, v3.  
quod os vitiosum detrahatur, su-  
perest vt vacuus locus callosa sub-  
stantia expleatur, verum huiusmo-  
di opus est naturæ concedendum;  
quam adiuuare oportet, ne mpe  
auferendo, quæ ei sunt impedimē-  
to, sordem v3, humidumque Icho-  
rem, sed maximè omnium præui-  
dendo, ne idoneum deficiat ali-  
mentum. tandem erit repletus lo-  
cus cicatrice obducendus, faxit  
tamen D. O. M. vt hæc omnia ex  
voto succedant.

#### APPENDIX.

**I**Nter cætera, quæ sunt impedi-  
mento quo minus vlcus consoli-  
dari valeat, est præsertim ossis  
corruptio, Tereudo, seu teridon.  
à Græcis appellata, vt lib. de art.  
cost. c. 6. notauit *Gal.* qua existen-  
te, vlcus quod in carne existit, vt  
sane-

sanetur, non est possibile, vt præter Hip. notauit quoq; Gal. 6. aph. cir.. Quod si quandoque cicatrice obduci videatur, tēpore satis exiguo denuo aperitur. Cuius corrupti ossis inditia partim ex se patēt, partim iudicio explorantur, ex se patent, vbi caries est detecta: ossa enim quæ carie tentantur; liuida, vel decolorata, vel nigra, vel cariōsa, & inequalia inspectantur, simulq; molli carne refercta; præterea ad tactum percipiuntur dura, aspera, & pingua. apparent autem his coloribus depicta, quia corrupta, atque sphacelata sunt. Nam vt alias dictum est, quando os viuit est subrubrum, quando emortuum album; & tandem, cū est corruptum, nigrum. non detecta verò caries, iudicio tantum depræhenditur, veluti si diuturnus præcessit tumor, aut malignus abscessus, aut vlcus dysipulotuum cachoeticum, & contumax, aut caro mollis, & liuida, nam caro liuida ossis vitiati pathognomonicum est inditium, siquidem est impossibile ad ossis cariem non maculari cutē, & carnem, tandem sanies quam eructat est copiosa, tenuis, nigra, fetens, & interdum etiam vntuosa. causa verò propter quā ossa corrumpuntur interdum est externa, nempè nimium frigus, quod naturalē ossis calorem estinguit, vel nimius calor, qui humidum euocando, ac resoluendo absumit, vel medicamenta valde humida oleosa, & praua, aut valde sicca, & tandem ictus, vel contusio; interdum sunt internæ, nem-

pè erodentes, efferuescentes, & virulenti succi, vel crassi, & frigidissimi, vel putridi, ex alicuius visceris vitio producti, potissimum verò Iecoris Gallicana virulentia, confecti. licet non raro etiam corrumpantur ossa ex quibusdam humoribus, qui peculiari quadā anthipatia, potius ossibus quam reliquis partibus aduersantur, vt patet in abscessibus Gallicis, quibus sectis, aut per se apertis vitiatum os adinuenitur, & sepius non corrupta; aut reliquis adiacentibus particulis. vt præter quotidianum experimentum secundo de morbis notauit Hip.: Ulcera quæ ossis cariem adnexam habēt, si magna fuerint, vel articulos occupāt, vel in cachoetico corpore erumpant, præterquam quod semper sunt difficillimè curationis; nō leue quoque discrimen mutilationis, & interitus portendunt, ob praua, quæ mouent accidentia, præsertim verò, cum temere à Medicastri, erodentibus medicamentis exagitantur, ex his enim horrenda erysipelata, vehemētissimas inflammationes, exitiales Gangrenas sequutas vidimus. Quin etiam si ex arte à peritis medicis curentur, longa ac diuturna expectanda est semper sanatio; ossa enim, cum sint dura nequeunt sic cito separari, quare natura interdum 40. dies, interdum sexaginta interdum 80., & 90. laborat in ossibus corruptis propellendis, iuxta maiorem, vel minorem duritiem, intensiue, & extensiue corruptionem, vt lib. 4. de Art. sex.

36. notauit *Hip.* his quoque adde; quod sunt quædam ossa, ita dura, & densa, vt si corrumpantur, tantum abest, vt in 60., aut 80. separantur, vt potius, per totum vitæ curriculum perdurent, vt de osse calcis notauit *Gal. 2. de fract. cō. 2. r. 21.* & de ossibus Thoracis non semel est obseruatum.

Cæterum licet huiusmodi vlcera sint his difficultatibus oppressa; non propterea, quæ ex arte, & secundum rationem fieri possunt, prætereunda sunt. Quare institutis ijs, quæ circa vniuersalia desiderantur, plenis viribus incumbendum est, vt corruptum os detrahatur: huiusmodi autem opus præstare possunt interdum exiccantia medicamenta, interdum abrasoria instrumenta, siue ferra ignita; interdum totum negotium committitur naturæ; exiccantibus autem tunc corruptum os est auferendum, cum eius læsio superficialis existit, & vbi neque sectio, neque abrasio, neque ignita ferra absque maioris mali discrimine adaptari possunt; exiccantia autem eius efficaciam esse debent, vt humiditatem, quam in se os corruptum retinet, absument, sanum os firmitus reddant, carnisque regenerationem inter sanum, & corruptum non impediunt, ex hac enim nascente carne pelluntur ossa. verum, vt verum dicam non sunt exiccantia indoctè apponenda, siquidem in minoribus natu, leui corruptione, leuioribus exiccantibus vtendum; secus verò in natu maioribus, penitioribusque corruptio-

*Curationes.*

nibus maiora sunt adhibenda. & tandem in mediocribus, mediocria desiderantur. inter miora autem adnumeratur myrrha, aristolochia, aloes, cortex panacis, peucedinis radix, sumac, alumen, & huiusmodi; inter valentiora, verò sunt cortex opoponacis, scoria aeris, chrysocolla, radix dragontij, spiritus vini, &c. inter vehementissima sunt euforbium, calcantum, calx, mercurius præcipitatus, auripigmentum, chymistarum aqua, oleum sulphuris, oleum calcanti, troscisci *Ioannis Vigonis*, &c. Verum, cum huiusmodi auxilia caustica sint, circumsitæ partes dum adhibentur, refrigerantibus, atque atemperantibus sunt muniendæ; non sunt etiã hic silentio inuoluenda, quædam alia composita auxilia, quæ mira præstant pro desquamandis ossibus, nempe aqua aluminosa *Falloppij*, aqua Theriacalis, spiritus vini euforbio mixtus, &c. Verum enim verò, vbi ossis corruptio est magna atque profunda, patientes citam curationem quarunt, simulque timemus naturam tarde expulsuram, ad abrasionem, atque vstionem est confugiendum. Sed si accidat, vt ossis corruptio ad medullam vsque penetret, à chirurgia est abstinendum; siquidem est sepè obseruatum, quod detecta medulla, illico putrescit, & circumsitæ partes contaminat, atque corrumpit. pariter quoque in capitis ossibus exetis, atque corruptis neque ad meningem vsque est abradendum, non enim du-

dura meninx àeri sine discrimi-  
ne exponitur; ita etiam est in ar-  
tuum corruptionibus proceden-  
dum, ne cruciatus implacabiles,  
inflammationes febres, & Gágre-  
næ, aliaque lethalia accidentia,  
sequantur. Tandem totum opus  
committatur naturæ, cum neque  
scalpris, neque ignitis ferris ossis  
caries potest remoueri, neque su-  
perari, potissimum quoque, cû in  
dorsi spina, & coxendicis articu-  
lis ossis caries existit, & languen-  
tium vires admodum sunt debiles;  
tunc, vel balneis naturalibus, vel  
supra memoratis auxilijs vtendû,  
donec corruptum os à natura pel-  
latur; quod si interim ossis motus  
percipiatur, aliquam vim moliri  
non debemus, non sunt enim ossa  
extrahenda violenter, inquit *Hip.*  
*lib. de cap. & vulner. dignoscitur autê*

futura ossium recessio ex pure,  
quod copiosius emanare incipit,  
ex vlceris labris, quæ magis dissi-  
dent, atque inuertuntur, & tan-  
dem ex vellicatione, ac motione  
quam Æger in intima membri  
parte percipit, *vi. 3. de fract. s. 18.*  
notauit *Hip.*

Si vniuersa ossium substantia,  
cariosa sit ex toto, membrum aut  
scindere oportet, aut leuiter cu-  
rare; ita pariter si ossa pectoris,  
aut costarum, aut capitis ossis scie,  
tunc satius est vniuersum negotiû  
naturæ, & siccis medicamentis  
committere inquit *Auic.* & *Ludo-*  
*uicus Mercatusc. de vlcere distempe-*  
*nato.* in admouendis præualidis  
medicamentis, illud est perpetuo  
obseruandum vt nunquam attingant  
partes sanas, potissimum cû  
neruosis partibus administrantur,

CONSULTATIO XCIII.

*De Gangrena dextri cruris pro quodam nobilissimo viro.*



**V**ne latum qui-  
dem vnguem à  
*Gal.* doctrina in  
dignoscendis  
morbis 3 *de crisi-*  
*bis* proposita, in  
casu excellētis-

*Morbi idea.* simi nostri ægrotantis recedâ, pri-  
us morbi. Ideam, qua est correptus  
examinabo; quam certum est  
esse totius cruris dextri mortifica-  
tionem, non quidem absolutam,  
sed in via, hoc est in fieri, ac prop-  
terea esse Gangrenam, non autem

sphacelum, sicuti quidam inepti  
medicatri putarunt, hoc certò  
certius est, quia vsque adhuc cor-  
ruptio non solum est superficialis,  
& vltra molles partes non proce-  
dit, verum etiam quia affectum,  
crus punctum, ac sectum dolorem  
exhibet; tunc enim appellatur  
sphacelus inquit *Paul. lib. 4. cap. 19*  
cum pars affecta secta, vel adusta  
nihil sentit, secus verò si sentit, &  
dolet dicitur gangrena, in qua  
nondum extinctus est calor, neque  
mortua hætenus est pars, sed est  
in

in transitu ad interitum, *vt lib. de Frac.*, præter *Hip.* notauit quoq; *Galenus*.

*Mali causa.*

Huius mortificationis causa immediata proculdubio est influentis caloris corruptio, qui licet corrumpi possit, atque extingui ab ambiente valdè frigido, vel à causticis, atque erodentibus medicamentis, vel exitu venenosi animalis, vel propter defectum humidum, aut medicamenta nimis frigida; tamen in casu nostri excellentissimi ægrotantis, vt fiat propter obstructionem ex materia crassa maligna, & venenata excitatam, credendum omninò est, audiuius enim quod post paruam pustulam in posteriore tibiæ parte, cum febre acuta exortam illicò ingens sequuta est inflammatio, quæ vix elapsis tribus diebus in hanc miserandam affectionem degenerauit, quæ (vt citato loco notauit *Paul.*) tantè est ferocitatis, vt nisi rupta omni mora, potentissimastuleris suppetias, affectum membrum prorsus emoritur, vicinas sedes inuadit, hominemque ipsum iugulat; exanemata enim nigra per febres acutas erumpentia, ita sunt lethalia, vt vix quemquam ex ijs. seruari contingat, sicuti exemplo *Critonis ab Hip. 1. Epid.* est confirmatum, qui secunda die pustulis nigris in pede correptus, obiit.

*Curatio.*

Quamobrem ne hoc idem nostro excellentissimo ægroto quoq; contingat, protinus priusquam affectum membrum moriatur, pluribus in locis altis, ac profundis

scarificationibus faucietur, ac pungatur, nam propria gangrenæ remedia sunt scarificationes earum præsertim, quæ ad magnas malignasque inflammationes succedunt, in quibus ne sanguis cõcrescat, muria, vel aceto, & sale scarificatæ partes expleantur, deinde, vt sanguis putridus, ac virulentus liberalius educatur hiru-dines applicentur, vel aliqua grãdior vena incidatur, vt fatim sanguis effluat; gangrenam curamus sanguine ex parte vitata affatim emisso, dicebat *Paul. cit. loco*, illud tamen verum est, quod incisiones profundiores dicuntur duobus modis, vno quidem ita factæ sunt, vt sanari veluti vulnera debeant, ex has incisiones *Gal.* non probat, quia ferè semper animi deliquiũ inducere solent. Secundo dicuntur profundiores mediocriter, & has non vetat, quin tanquam optimas eligit *Gal.* post scarificationem quam maxime confert affectã partem lixiuio acri abluere, vt quod siccandi detergendi aperiendi, atque attenuandi facultatem habet, præsertim si in eo decoquantur grana lupinorum, sal, & scordium, addita aliqua portione vnguenti ægyptiaci, post lotionem partes incisæ eodem vnguento ægyptiaco, spiritu vini dissoluto expleri possunt, deinde emplastrũ *Gal.* admoueat, quod conficitur ex farina orobi, lolij, fabarũ, lupinorum in acerrimo lixiuio decocta, addita aliqua oximellis portione, & quamquam hæc omnia optima sint, & vtiliter possint ad-

administrari, tamen magis probarem *Falloppij* sententiam, qui precipit, vt cataplasmata, circa partem tumidam, atque inflammata admoucantur, & supra scarificatum locum trocisci, andronis, vel musæ, vel pacionis, vel polideponantur, aut vnguentum ægyptiacum *Auicennæ*, quod recipit puluerem mercurij sublimati, vel puluerem calcanti rubri, atque trocisci *Ioannis Virginij*, interea non sunt prætermittenda intercipientia, habent enim vim prohibendi humorum influxum ad partem affectam, sicuti esse potest, quod recipit olei ros. omph., myrtin. ana ʒ 2., & semis, succi plantag. solani ana ʒ 3., bulliant vsque ad consumptionem succorum, & facta colatura adde pulueris boli armennæ ter. sigil. ana ʒ ʒ sandalorū, & myrtill. ana ʒ 2. ceræ albæ liquatæ ʒ 2. ʒ. A. f. vng. molle, quod applicetur in partē superna sana. Empirici pro curandis Gangrenis applicant remedia ignea; nempe oleum mercurij sublimati, Aqua fortis, Antimonij, & similia, quæ, vt verum dicam magis probarem in sphacelo, quam in gangrena, aut in illis mortificationibus, quæ ex venenatis causis fiunt.

Cæterum quoniam vitium non solum est in parte, sed etiam in toto, idcirco de toto quoque providentiam habere oportet, in quo præter malam qualitatem, plethoria pariter viget, quare ratione plethoriæ podicis venæ aperiri debent, indeque corpus repurgandum, cum nulla sit contra indica-

tio; nam adhuc vires sunt robuste, & generosa remedia possunt tolerari, de quorum materia, & forma me remitto ad id, quod magis utile, atque Oculatissimis medicis curantibus, opportunum videbitur; quibus omnibus addenda est proba victus ratio, quæ exhibis boni succi, ac maximi nutrimenti esse debet. verum si contingat, vt his malum non remittatur, sed potius in sphacelum abire videatur, tunc ad sphaceli curationem est recurrendum de qua in sequenti consultatione dicemus.

APPENDIX.

**Q**Uoniam verò his nostris temporibus etiam leuissima mala sepe in Gangrenas, siue siderationes commutantur; idcirco de harum natura, ac curatione verba facere me non redet, eo magis, quod de hac re non leuis est inter præcipuos auctores altercatio, præsertim verò de earū essentia. sunt enim qui dicunt gangrenam esse tumorem præter naturam mortificatiuum, eius in quo aduenit ab exquisita putredine, simul cum venenitate productum, idque probant, quia non alteratione curatur, sed euacuatione, ac abscissione; alij dicunt esse morbum in soluta vnitare. sed errant, quia non semper est vlcus, aut contusio, &c. alij, neque esse morbū in intemperie, neque in soluta vnitare, neque in mala compositione omnino contendunt, siquidem gangrenæ, sphacelique essen-

essentia interitu vitæ, & caloris continetur, quare non debet inter morbos connumerari, morbus enim, & sanitas sunt passiones viventium: sed hæc difficultas facile soluitur, quia sunt semper composita huiusmodi mala, nempe ex magnitudine præter naturam aucta, quia euacuatione curatur, ex mala cõpositione in numero v3. diminuto, nã desideratur aliquid ex ijs, quæ naturaliter esse debet, desideratur enim pars, quæ emortua est, nam sicuti deest, quod prius viuebat, ita superest, quod iam corruptum est; ex morbo in intèperie circa initia calida, deinde frigida, vt ex sensu priuatione deprehenditur; & tandem ex soluta vnitæte obscura, & latente, cum incipit, quæ postea satis euidentis apparet. Sed adhuc maior difficultas est, num v3. in his malis sit adnexum contagium. Nam sunt grauissimi viri, qui asserunt huiusmodi mala esse perpetuo cõtagiosa. *Gal.* enim (dicunt) *secundo ad Glauc.* amicum suũ hortatur partes emortuas, quæ vstæ, vel secte, nullum persentiunt dolorem, statim esse recidendas, quæ a parte sanam vicinam attingunt; eas verò, quæ non dum denigratæ, nec penitus mortuæ sunt, scarificationibus, profundisque sectionibus, & medicamentis ex melle far. orobi, ijsque, quæ obstructionem auferunt, putredinẽque coercent, ad meliorem frugem perducere, hanc sententiam præter *Celsum lib. 5. c. 26.* sequitur *Paulus lib. 4. c. 19.* sic enim prohi-

betur, ne cõtagium sanis partibus inertiatur; siquidem corruptæ partes, & sanæ se mutuo tangunt; quare ne putridi Ichores, prauique halitus sanas partes petant, illasque contaminent, sunt illico separandæ, atq; abscindendæ. nam semina contagijs ex putrescentibus generantur, ex ijsque effluunt venenatæ exhalationes, quæ circumstitas sanas partes inuadunt, illasque corrumpunt; quare ne contagione afficiantur, præstat, vt illicò corruptæ abscendantur, siquidem nisi mortificatio ferro, vel igne, vel causticis prorsus tollatur relinquitur fomes, & ulterius progreditur morbus. porro in dies videmus depascentes putredines, quas estiomenos appellant, ita serpere, ac membra deuorare, vt spatio breui magnam corruptionẽ inferant, & tandem interitum. Secus verò alij, in Gangrena, & sphacelo contagium nõ agnoscunt; etenim (dicunt) si in his adesset contagium, vel esset in parte corrupta, vel in parte membri putrescente; verum neutrum dici potest. nam maior, vt vera admititur, minor probatur, ex *Hip. 4. de articulis tex. 36.* vbi scripsit, quod cæteræ partes, quæ circa finem nigritiei existant, & dolorem non sentiunt; iuxta articulum abscindendæ sunt, ea tamen animaduersione, ne quid violetur; quare si corruptæ partes essent contagio infectæ ab *Hip.* non relinquerentur, secat enim carnem emortuã à viuento distantem, & iure quidem, quia sinceræ partes à sum-

à summis emortuis circumplexæ, per se ipsam seruantur, & à facultatibus naturalibus tandem tanquam extraneæ expelluntur; Quod si Hip. emortuarum partium sectionem permittat, id facit ad remouendum inutile pondus, atque fetorem non autem necessitate adductus ex metu contagij. Gal. quoque 6. met. c. 2. curans putrescentem particulam ex phlegmone, non incisione, sed solo cataplasmate ex farinis in lixiuio decoctis utitur, & lib. 3. catagen. c. 2. digitum putrescentem curat non incisione, sed expectando, ut putridum cadat; quod non fecisset si contagium in illis agnosceret. putredo enim finita non ulterius proserpit, quare contaminare non potest eas, quæ vicinæ sunt partes; non ne in dies quoque obseruantur varia membra emortua, ac putrefacta, sponte relaxata cecidisse? Quod etiam in parte membri putrescente non viget contagium, euidenter patet, quia putrefacta prius fuerunt putrescentia, quare si putrefacta non inficiunt, multo minus debent inficere putrescentia, alioquin non daretur putredo finita, quam in dies obseruamus: Quod si quandoque, vel frequenter etiam accidat, ut depascentes Gangrenæ proserpere videantur, id fieri ex iterata fluxione est credendum, nempe ex noua decumbente materia, vel ex causticorum applicatione, & similibus, non autem ex contagio. Verum, ut verum dicam secundum meam sententiam di-

stinguas. etenim, vel Gangrena ortum habet ex venenata causa, siue externa, siue interna, nempe ex venenato ictu, aut morsu alicuius animalis venenati, aut ex decumbente humore adeo prauæ, qualitatis, excellentisque putredinis, aut à tota substantia occulta virtute, quæ vicinas partes coafficiat, simulque dignoscatur, quod non ex iterato decubitu, siue ex causa aliqua irritante fiat, tunc proculdubio est credendum contagium esse Gangrenis adnexum, quare rectè dicunt, qui asserunt Gangrenam esse morbum contagiosum. Vel Gangrena fit ex magnitudine inflammationis, siue ex consimili causa, nempe ex quolibet aliquo alio humore ingenti copia facultatem affectæ particulæ suffocante, & tunc certum est nullum annexum esse Gangrenis contagium, quare depascentia, quæ in his vitijs apparet, non est erosio ex contagio, sed noua morbi generatio, ut infra dicemus.

Ceterum quamquam huiusmodi mala ex multis, varijsque causis fieri possint, nempe immoderato frigore natiuum calorem estingvente, arcta ligatura influentibus spiritibus transitum prohibente, nimio excedentique calore natiuum humiditatem absumente, aut alicuius animalis venenari morsu, & consimilibus, tamen frequenter ex calidorum, aut frigidorum humorum confluxu, siue quantitate, siue qualitate peccantium concitantur, quandoque etiam ex mala aliqua dispositione

P p in

in membro derelicta fiunt, vt nō semel vidimus in horrenda Neapolitana pestilentia anni 1656. indiesque videmus in ijs lue venerea affectis. huiusmodi autem affectæ partis lesio, quam Gangrenam Græci appellant potētissimis auxilijs est adiuvanda, prius quam in sphacelum commutetur, præsertim verò si pudenda occupauerit, vel à magno pedis digito incipiat, vel ad exentemata per post febres acutas sequatur, vel ad luis venereæ vitia, has enim mortificationes raro aut nunquā curatas vidimus, vt exemplo Critonis ab Hip. primo epidemiorum, est comprobatum, qui pustulis nigris in pede correptus secunda die obiit. Quod si malum tandem in sphacelum degeneret, actum est non solum de parte, verū etiā plerumque de toto, nequit enim pars sphacelo correctæ sanitati restitui, quare necesse est, vt amputetur; nec cum abscinditur res est in tuto, sequuntur enim symphtomata praua, adeo vt nonnulli inter loquendum, alij veluti somno oppressi moriantur, tunc enim salutis fiducia viget, cum in iuuenili corpore, in parteque carnosa existit, neruicquæ, ac muscoli parū affecti sunt.

Curatio.

Quare vt horum malorum curatio rectè instituat, sex rerum non naturalium habēda est ratio, non omissis ijs, quæ de sanguinis detractione, vitiosorumquæ humorum præparatione, atque euacuatione censentur opportuna; potissimum verò de affecta

parte habenda est prouidentia, quæ, vt à tam diro morbo vindicetur, est considerandum, num vitium, quod in ea consistit, sit tanquam Gangrena curandum, an tanquam sphacelus. nam si veluti Gangrena, adhuc perpendendum, ex qua nam causa ortum duxit, num ex vehementia inflammationis? num ex virulentæ materiæ collectione? num ex aliqua alia ex nuper memoratis causis? nam pro varietate causarum variæ quoque oboriuntur indicationes, quare si ad magnas sequatur inflammationes, sanguinis copia, arterias comprimentes, tunc aperiendi, atque refrigerandi indicatio insurgit, vt 2. ad Glanc. c. 9. notauit Gal. aperiens autem multis, profundisque sectionibus, vt copiosus sanguis effundatur fieri potest. nam ex hac sanguinis euacuatione affecta pars refrigeratur, meatusque à nimia repletionē obstructi, aperiuntur, vt in præsentis consultatione diximus, verum ijs qui ferrum reformidant, hirudines applicentur. Sanguine educto, acerrimo lixiuio in quo Aegiptiacum vnguentum sit dissolutū affectus locus abluatur, deinde cataplasmate ex farina lupinorū orobi, lolij, & fabarum, oximelite, & lixiuia, vel aqua maris cōfecto affectus locus obducatur, quibus vtendum est quousque morbi vehementia remittatur, idque ex febris, sitis doloris, ac reliquorum symptomatum remissione depræhenditur; interim alexipharmacis, siue extrinsecus ad-

mo-

motis, siue intrinsecus exhibitis cor roboretur, ne ex vaporibus, qui à parte affecta eleuantur, offendatur.

Verum si accidat, vt ex immoderato frigore concitetur, purgatio omitti potest, interdù etiã sanguinis missio, potissimum si ad corpus haudquaquam plethoricum consistat, secus verò si plethoriam viget, & ad affectam partem ingens fluxio reformidatur, viribus consentientibus sanguis mittatur; interea verò ad affectam partem ea admoueantur præsidia, quæ naturalem calorem fouendi, roborandi, atque excitandi facultatem habeant; impeditur enim illius motus, ex humido addésato, quare ne suffocetur, & symptomata intendantur, præstat, vt calidis auxilijs affectum membrum foueatur, nempè pannis calefactis, fumo aque valdè calidæ, vel decocto fol. lauri, roris marini, citri, seminis lini, meliloti, anethi, & florum camomillæ, quibus non conferentibus ad fortiora auxilia est recurrendum, nempè ad cataplasmata ex farina sem. lini, sinapi, pulpa rapæ, oleo rutaceo, anethino, de saxo, & oximellite confecta, quibus etiam nisi remittatur, quinimò potius in deterius abire videatur, ad scarificationes est confugiendum, ac malum curandum, vt supra iam dictum est.

Quod si Gangrena ex marasmo idest ex siccitate fieri incipiat, vt deplorata eius curatio est omittenda, nescit enim medicina, has Gã-

grenas, quam potius syderationes curare, etenim extinguitur calor ob defectum humidi, quod amplius nequit reparari, tamen vt Ægri consolentur, potest affectus locus oleo amigdal. dulcium, liliorum alborum, viperino, vel aqua maris cum scordio cocta, vel pice liquida, cum far. lolij, hordei, succo apij, scabiosæ, thure, & myrrha. ab acris causticis, ac præualidis medicamentis, pro his memoratis Gangrenis curandis est prorsus abstinendum, hæc enim non sunt Gangrenæ remedia, sed potius causæ duplicantes affectum, quare in omnibus Gangrenæ speciebus non probatur, sed tantum in ijs, quæ ex venenata aliqua causa fiunt, tunc. n. scarificationes, cucurbitulæ, hirudines, ignis actualis, vel potentialis quàm maxime probantur.

Verum si tanquam sphacelus sit administranda curatio, tunc vnicum superest præsidium, nempè membri spacelati amputatio, sed non ad viuum vsque, ne maioribus, nouis, & pluribus ex tali amputatione periculis patiens exponatur, hanc enim verat *Hip. lib. de art. oportet autem* (dicebat) *partes corporis quacunque infra terminos denigrationis sunt, cum iam puritas emortuæ fuerint, & doloris exertes iuxta articulum auferre, prouidendo ne vulneres.* Illud tamen verum est, quod si membrum Gangrena, aut sphacelo affectum foueatur ab interna causa, nempè ab humore vitioso, frustra abscinditur; illico enim sequitur, noua morbi gene-

ratio, quare nisi interna causa cefset, & partis recipientis salubritas quo ad fieri poterit conferuetur, & procuretur; curans medicus non fiet sui voti compos, nam si

tunc natura criticè expellat, amittitur membrum, & per se ipsum decidit, ac patiens feruatur; si verò symptomaticè, membrum cum languente perit.

## CONSULTATIO XCIV.

*De sphacelo sinistri cruris pro quodam Aegregio viro.*



Vod per illustris ac nobilissimus vir ad sinistram cruram illa miseranda, ac exitiali egritudine detinetur, quã Græci sphacelum Arabes Ascachilū, & latini syderationem appellant, iam omnibus perspectū est; quod aliud non est quam omnimoda mortificatio non solum partium mollium verum etiam durarum: nempe ossium, nam ad sphaceli naturam constituendam ossis etiã corruptio requiritur, vt multis in locis notauit Gal.; idque indicat niger, atque mortificatus color, sensus prorsus extinctus, fetor caduerosus, vniuersi cruris putredo atque mollities, quæ pressa in profundum cedit, & cutis, quæ manibus arrepta facilè à subiecta carne deducitur, verum Gal. & Paul. vnico Characterè has notas comprehendunt dicunt enim, quod vbi affecta pars secatur, pungitur, vel aduritur, & nihil sentiat, tunc huiusmodi affectio sphacelus nominatur.

*Mali Signa.*

Cuius mortificationis causam

*Mali causa.*

affectricem si perquiramus, proculdubio esse veneficam qualitatem vitæ admodum infensam inueniemus, afflictæ partis cõpressionem, influentisque caloris substantiam corruptentem: materialem verò esse putridum humorem atque deleterium, illumque quidem melancholicum, bile, ac pituita adulteratum. quod autem possit à melancholico succo putri, ac tenui mortificatio generari testis est Auit. in 3.4. tract. de lepra cap. 1.; formalem tandem esse liuidum, atque nigrum colorem sensus, ac vitæ amissionem; Sed puto quod in casu nostri ægroti, mortificationis causa fuit quædam mala dispositio, quæ in affecta parte erat contracta ex gallicana virulentia, qua (vt ex relatis constat) pluries fuit correptus, nam obseruatum est, quod huius veneni malignæque qualitatis fermentum, in aliqua corporis parte diù ascõditum in membro præsertim sphacelando, tandem exleuissima causa excitatum, has miserandas affectiones effingit, atque efformat.

Verum cum huiusmodi mortifi-

ca-

*Præfagium.*  
 catio fit prorsus absoluta certum est, quod de parte affecta iam actum est: non enim amplius restitui potest, ac ad vitam reuocari, cum à priuatione ad habitum non detur regressus, quare vt totum ferretur prouidentia habenda est, dum videmus, quod non in dies, sed in horas malum proserpendo excrefcit, & sanas vicinasque partes inuadit earumque singulis perniciem impertitur, febris innascescit, vires deiciuntur, ac reliqua accidentia intenduntur, nam etiam vbi vix sperari potest salus, tentanda sunt remedia, quia præter spem sepe sanantur morbi qui alioquin insanabiles videntur.

*Curatio.*  
 Sed quid sit faciendum, & quibus auxilijs, per totum saluari possit non planè constat, apud omnes, nam sunt nonnulli, qui rem hanc vsu aque ardentis, olei stibij, vel mercurij sublimati esse absoluendam affirmant, & quam citissime possunt, minimo cum dolore corruptum, putridumque à sano separant, ac prohibent ne malum proserpat vterius; non excitant dolorem, quia eorum acrimonia à putridi mali humiditate remittitur. Sunt alij, & illi quidem grauiissimi viri, qui aliter sentiunt, dicunt enim corruptum membrum esse quam citissime abscindendum ne quod est denigratum, & corruptum, sanum, atque integrum contamineat, & corrumpat, & nõ solum hac de causa esse membrum amputandum præcipiunt, verum etiam, quod cor ob putredinis communicantiam lethaliter afficitur,

siquidè quod planè emortuum est rei præter naturam rationem habet, quare vtile consilium est illud è corpore separandi tollendi atque amputandi.

Tandem non desunt alij, qui omninò affirmant rem hanc esse lenibus auxilijs absoluendam: dicunt enim, quod pars emortua, veluti quoddam excrementum est; sed excrementum naturæ ope, excretice facultate, vel calore heterogenea dissipante expelli debet, quare frustra Medicus sectionem molitur, cum id naturæ sit concedendum; addunt, quod vitium, vel est in parte affecta, vel in tota massa sanguinea, vel saltem in maiori eius parte; si in affecta parte cur membrum secandum, cum natura sit ipsum expulsura? si in toto sanguine, vel in maiore eius parte, incassum secamus, nam secta aliqua extrema parte corruptio superiorem inuadit atque inficit, donec pessundetur æger; præterea nonne ex communi medicorum consensu habetur, quod nisi ferro igne, vel causticis prorsus corrupta pars remoueatur adeo ut sanam partem attingamus, relinquitur fomes, & vterius progreditur malum, sed si sanam partem medicamentis dolorem incipientibus affligamus noua materia attrahitur, hinc noua obstructio nouaque mortificatio, hinc noua partis sanæ destructio: quin vt in commento *tex. 23. lib. de off. medic.* inquit *Gal.* inflammatio, febris incrementum, neruorum distentio, & mentis perturbatio se-

sequitur. non expellas cum incisione, & consumptione, cum apparet putrefactio dicebat *Auic. in 34. tract. 1. cap. 16.* quoniã magnificatur malum.

Verum, vt verum dicam causticorum, ignis, ac incisionis vsũ in curandis sphacelatis membris, ficuti non planè reijciendum, ita non semper vtilem, quinimò non semel perniciosum esse existimo; siquidem, cum videtur, quod cõtagium vicinas partes inuadit magisque intenditur, ac dilatatur citra humorem decumbentem. prauæ excellentisque putredinis, ac à tota substantia occulta facultate partis naturæ infensum, simulque certa circũspectione dignoscatur, id non fieri ex iterato decubitu, vel prauorum humorum influxu, aut externa causa irritante, vitiumque augente, sitq; verè vitium tantum partis, tanquam in factò esse, ac ægrotantis vitæ videatur periclitari, tunc si vniuersalibus præmissis assumptisq; alexipharmacis ex arteque admotis medicamentis, ac scarificationibus vitium non corrigatur, ad caustica sectiones, ac vstiones deueniendum: non enim leui de causa ad membri amputationem ad viuũ vsque, vti vitæ periculosissimam, recurrèdum, nisi cunctis prius tètatis, ne maioribus, nouis, ac pluribus ex tali amputatione periculis patiens exponatur; secus verò si membrum sphacelo affectum contagium annexum nõ habeat, vt in dies in his obseruatur, qui ex diuturna supra dorsum ia-

cendi necessitate propter carnem ab ossibus compressam sphacelo corripuntur, vel ex interceptione spirituum ob nimiam astrictiõnem, vel ex contusione insigni que laceratione, vel in perfecta, alicuius membri incisione, vel vteri, aut intestini procidentia, & similibus nullo pacto est amputandum, neque causticis medicamentis proritadum, quia vbi vniuersi corporis calor deficit actum est de re ægrotantis; si in particula cadit membrum, & euadit æger. quare cum in casu nostri ægroti omnia fuerint tètata simulque conspiciamus, quod contagiũ vicinas partes inuadit, vitium etiã sit in parte, ac vita periclitatur, omnibus alijs præsijs omissis cõfestim corruptum membrum esse amputandum omninò affirmo.

Sed quomodo hæc operatio fieri debeat, neque vna est Authorũ sententia, nam *Celsus lib. 7. cap. 33.* suadet, vt sectio fiat inter sanam, & emortuam carnem, adè vt potius aliquid ex sano tollatur, quã de mortua relinquatur; quam curandi rationem plures ex recetioribus improbarunt, ob pericula, quæ ex sectione in parte sana facta sequuntur, nimirum immodica sanguinis profusio, ingens dolor, ac animi deliquia. *Paul. lib. 6. cap. 84.* sectionem inter sanam, & corruptam commendat, sana parte omninò intacta. *Gal. 2. ad Glau.* præcipit, vt in sectione potius aliquid corrupte carnis relinquatur, quam de sana incidatur, sic enim euitantur vehementis-

tissimi dolores, conuulsiones, animi deliquia, ac sanguinis profusiones, quam sententiam sequutus est etiam *Fallop.* qui distantia vnus digiti à sana parte emortuam carnem ad os vsque nouacula incidit: hoc idem probat *Hyer. Fabr.*

Sed hæc difficultas facile soluitur si distinguamus, quod, vel putredo proserpit, vicinasque partes inuadit, vel iam cessauit, nec amplius serpit: Si proserpit, & putredinis cõfinia non rectè dignoscantur, nec natura sanam à corrupto separare incipiat: tunc à ratione alienum non est in sana parte sectionem moliri, neque refert, quod dolor in parte sana excitatur, quia, vt *Cel.* ait non quidquam interest an satis tutum sit præsidium, quod vnicum est: extremis enim morbis extrema remedia optima sunt, vt i. *Aph. tex. 6.* notat *Hipp.* si verò certò sciamus corruptionem vltèrius non procedere, tunc non incommoda videtur illa curandi ratio, quæ in corrupta parte sectionem molitur: hoc enim modo pericula illa, quæ sectionem comitantur in parte viua, nempe dolor, animi defectus, &c. præcauentur, non enim per partem corruptam sanguis effluit, neque dolet, quia nullum sensum habet, etiam si actualia cauteria adhibeantur, quare cum in casu nostri ægroti putredo proserpat, ac inæqualiter sanas inuadat, proculdubio in parte viua sectionem adhibendam esse arbitror. A narcoticis quibus ante sectionem vtuntur errabundi Chirurghi, & qui castra sequun-

tur ad sensum sopiendum, abstinerem, quia, vt rectè notauit *Fallop.* leuia soporifera nihil prodesse possunt, valida esse admodum periculosa refert.

Modus autem incidendi, siue membrum amputandi est, vt accipiatur nouacula, qua tota illa caro mollis, siue sana, siue corrupta ad os vsque incidatur, quod inde confestim secetur, ignitisque ferris sanguis sistatur, malignitas absumatur, corruptæque partes excidentur, quousque in escaram, non leuem degenerent: Postea cõquassatum ouum, cum puluer. adstring., siue sarcacolle, siue calcanti rubri stupa exceptum applicetur, indeque membrum ligetur, nõ autem esse ignitis nauaculis, vel consimilibus alijs ferreis instrumentis crus amputandum, vt dicunt nonnulli, qui sanguinis profluium reformidant; quia ignitis istis instrumentis etiam nervosæ partes attinguntur, quæ ex *Cel. sententia lib. 3. cap. 3. Hip. & Gal. in lib. de artical.* nunquam ignito ferro sunt tractandæ, quia facilè cõuelluntur, ac statim erga suum principium contrahuntur; secus verò, si post incisionem ambustio fiat, non ita facilè nervosæ partes cõburuntur, aufugiunt enim ab igne tanquam à contrario; confert etiã non parum antè incisionem cutem carnemque sursum trahere, vt postea relaxata os operiat, & curatio facilior reddatur: verum, cum in casu nostro sit etiam corruptio in tibiæ articulo incohata, puto tutius fore, vt incisio ad articulũ fiat

fiat, nam ad hanc partem minori cum periculo, ac dolore sectio exercetur, vt non semel obseruauimus, dum essem militiæ in subalpinorum regionibus, ac in amplissimo Incurabilium valetudinario; quibus addi potest quod lignea tibia cõmodius adaptari poterit, vbi ad hanc regionem sectio fit, nam cum multum de tibia relinquitur, id ægrotantibus onerosum est, & in motu impedimentũ affert. Illud etiam omittendum nõ est, quod antequam sectio fiat, arctissimè suprà locum amputandum, quatuor digitis est membrũ constringendum, vt non solũ sanguinis fluxus cohibeatur, spiritũque exhalatio prohibeatur, verũ

etiam, vt sensus partis spiritu animali intercluso non nihil remittatur. verum si rescindendum esset, quod iam putruit, & nõ quod putrescit, ligatura tanquam inutilis satisque molesta, ac perniciofa omittenda esset, nam tunc nullum impèdet discrimen sanguinis profluuij, doloris, aliorumque symptomatum, quæ hanc operationem concomitari solent. quibus omnibus ex arte prudenter per actis, sectus, ac adustus locus curetur, vt cætera vlcera curantur, atque ita puto esse procedendum in hoc calamitoso, ac miserando casu nobilissimi nostri ægroti.

### C O N S V L T A T I O X C V .

*De contractione Articuli tibia pro quodam nobili Puerò.*



Ieri autem in humanis corporibus morbos, quoties aliquid deest, vel redundat, vel situs mutatur, præter quam quod 2. aph.com. 22. multisque alijs in locis expressit Gal., nunc quoque nobilis huius pueri calamitate, perspicuè satis comprobatur, qui iam agitur annus, primò dolorem satis molestũ atque atrocem; deinde bifidum tuberculum valde durum, ad infernam dextri tibiæ articuli regionem subire cepit; quod neque lenientibus, neque resoluentibus, neque catharticis, neque vllis alijs

auxilijs cessit, quin potius auctis symptomatibus in abscessum tandem degenerauit, qui postea sponte apertus, ac à sordibus, quampluribusque alijs spermaticarum partium fragmentis absterfus, ac repurgatus, post longos labores cicatrice obductus est; sed Genu articulus sic flexus, ac contractus remansit, vt neque crus tendere, neque incedere valeat; & quamquam multa variaque sit expertus præsidia, tamen omnia in cassum fuerunt administrata, nec mirum, quia in affecta parte neruosa corpora sunt, quæ musculorum facultate articulum ten-

*Mali Idea.*

tendunt, atque contrahunt quæ ratione tendines, & ligamenta appellantur. affectus autem morbus est in vitiata figura, ac quantitate diminuta, defectu v3. substantiæ: deest enim tendenis portio, cuius causa tendendi, ac crus contrahendi actio est prorsus ablata; & articulus retractus, ac veluti conuulsus apparet.

Pro cuius mali profligatione indicationes curatiuæ essent deprauatam figuram componere, atque corrigere, substantiam tendinum, quæ perijt reparare, callositatem, intemperiem, ac duritiem remouere, crassioris, tenaciorisque succi influxum cohibere. Quos

*Præfagium.* scopos attingere equidem impossibile est: Etenim spermaticæ partes corruptæ, & prorsus absumptæ, regenerari, atque efformari amplius nequeunt, eo magis, quod iam cicatrice sunt obductæ; siquidem oporteret vlcus renouare, carnes scindere, atroces dolores concitare, quæ citra inflammationes, Gangrenæ periculum, & vitæ discrimen administrari non possunt, præsertim verò in cachectico corpore, quale est huius Ægrotantis Pueri. tamen quia in hac puerili Ætate facultates omnes quammaximæ vigent, & puerorum vitia secundum Ætatem facile mutantur, idcirco non sunt ei deneganda opportuna præsidia, quibus speramus quod possit saltem in meliorem statum deduci, idque fauente Deo consequemur si causas à quibus actio tendendi, ac flectendi articulū remouemus. sūt

autem huius contractionis causæ potissimum tensio, durities, & defectus substantiæ, quare indicatio insurgit extenuandi, emolliendi, relaxandi, crassos, atque viscidos succos euocandi, ac tendines regenerandi, quorum regeneratio in hac ætate impossibilis non esset, quia innatus calor robustissimus est, ac spermaticæ partes feminalem materiam ab utero acceptam, adhuc in se ipsis cōtinēt, quare faciliè incrementum habere possunt, quia sunt mollissimæ, sicuti etiam ossa ipsa caseo conglutato similia videntur, quapropter coalescere, ac regenerari possunt, vt de venis lib. 6. de loc. aff. cap. 19. & 14. met. exemplum præbet Gal. At verò res aliter se habet in casu nostro, quia affecta pars est iam cicatrice obducta, quare erosos, atque corruptos tendines regenerandi, fiducia non amplius viget, supersunt tamen reliquæ indicationes, nempe extenuandi, emolliendi relaxandi, & euocandi crassos succos, qui sūt impedimento, quo minus crus distendatur, has facultates sicca, & calida medicamenta possident, quia ex concretionem durities ortū duxit. (nam humectantia medicamenta, ijs tantum cēsantur proficua, quæ ex siccitate induratur, vt 5. de simpl. c. 6. inquit Gal.) vt Galbanum Ladanum, adeps asferinus, hircinus, taurinus, vrsinus, leoninus, Gallinaceus, medulla ceruina, vitulina, butyrū, oleum rutaceum, anethinum, & ammoniacum, è quibus variæ me-

*Curatio*

Qq di-

dicamentorum formulæ confici possunt. v 3. ℞. medullæ ceruinæ crurium vituli, pinguedinis Gallinæ, hircorum vrsi ana 3 ÷ terebenthinæ mastiches, ana 3 6. Bdellij, ammoniaci ana 3 4. mucillag. sem. lini, fenugræci ana 3 1. ol. aneth. 3 1 ÷ ceræ q. 5. 5. A. f. vnguentum molle, vel ℞. rad. ebulli lib. 1. pinguedinis equi. 3 4. ol. anethini camomill., & rut. ana 3 1 ÷ omnia simul trita, ponatur in boccia vitrea, farina tritici obturata, quæ ponatur in furno per no-

ctem, liquor qui emanabit seruetur pro vsu, quibus nõ cõferentib; ad Balnea insule Aenarię cõfugiẽ dũ nẽpẽ q; appellatur vulgo *mez-Zania*, vel Sãtæ Restitutæ, quæ ex *Iulij Iasolini* sententia, his malis sũt valde proficua, prius tamen optime purgato corpore; à reliquis validioribus præsijs abstinere ne concitentur symptomata praua, nam satius est deformem, & claudum multos annos viuere, quam crudeli curatione lethalia accidentia promouere.

## CONSULTATIO XCVI.

*De scyrrhoso tumore Articuli Tibiæ. pro quadam nobilissima Muliere.*



**Q**uod tumor præter naturã, quo satis pertinaciter tribus ab hinc mensibus, ad vniuersam sinistri cruris iuncturam, honestissima, & nobilissima, hæc mulier detinetur, sit de genere eorum, qui scyrrhi nuncupantur, non est difficile demonstrare; siquidem durities longa, renitentia, modicus dolor, & color subfuscus euidenter non esse scyrrhum exquisitum demonstrant; dixi non exquisitum, quia aliquem sensum adhuc retinet, quo exquisitus scyrrhus est prorsus orbatus, neque colore est subfuscus, neque omninõ durus, sed tantum subdurus, quæ omnia illegitimi scyrrhi ex permutatione facti inditia sunt, *vt cap. 1. tract. 5. lib. 1. notauit Ioannes Andr. à Cruce.*

*Mali indicia*

Cuius mali remota causa, (vt ex relatis audiuius) fuit subluxatio propter casum ex alto concitata, quæ à femellis, atq; medicastis imprudẽter tractata, nec nunquam ex arte restituta, post multas, variasq; extensiones pluries repetitas, in cassum tentatas, haud debito tempore factas, huic extuberantię data est occasio, siquidem doloris causa, affecta pars, quæ suapte natura est imbecillis, magis, ac magis ex percussione, extensionibusq; labefactata, influxos succos, nec vincere, nec superare potuit; quare collecti, atque reteti, nec propter sui crassitiam dissipati, hanc extuberantiam efformarunt. Pro cuius dissipatione indicationes essent prohibere ne excrescat, ac remouere, quod iam ad iuncturam est collectum.

*Mali causa.*

ctum, deinde os ex naturali sede  
 semotum, nec adhuc perfectè re-  
 stitutum, ad proprium locum re-  
 ponere, simulque cõseruare. Quos  
 scopos attingere proculdubio est  
 admodum difficilè, & operosum;  
 siquidem viscidæ, crassæque ma-  
 teriæ dissipatio, vix citra discrimè,  
 ne in verum scyrrhum commute-  
 tur, poterit tentari; nam certum  
 est, quod in nostre patientis cor-  
 pore prauis succi redundant, prin-  
 cipaliumque membrorum robur  
 quammaximè viget, situs decliuus,  
 viarum laxitas, affectique loci  
 imbecillitas quoque consistunt.  
 quæ omnia quantum augeant flu-  
 xionis causam, nõ obscuris verbis  
 13. met. c. 6. docuit Gal. neque  
 tandem ob ligamentorum contu-  
 maciam, rigiditatem, ac repletio-  
 nem, semotum os posse ad propriã  
 sedem restitui est credendum. ta-  
 men quia ætatis robur, salutis de-  
 siderium in nobilissima nostra pa-  
 tiente quammaximè consistunt,  
 in perito curante pariter solertia,  
 ac experientia; simulque anni tẽ-  
 pus adiuuat, non est desperandum  
 neque dubitandum quin curetur,  
 vel saltem in meliorem statum de-  
 ducatur. hac igitur fiducia conce-  
 pta de proprijs præsidijs est sta-  
 tuendum; de Chirurgicis verò, nõ  
 abstinere à venæ sectione, non  
 solum quod virium robur consi-  
 stit; verum etiam, quia adest ple-  
 nitudo, nec menses opportunè  
 fluunt, quare, vt ex altero pede  
 fiat probarem, & longe à tempo-  
 re mensium, primo tamen ex bra-  
 chio, deinde ex talo, foniculum

quoque ad sanum crus, tanquam  
 satis proficuum commendarem,  
 scio enim posse continuo illum à  
 parte laborante deriuare, ac totũ  
 ferè ab omni cacochimia expiare.

De pharmacis vnum probarẽ,  
 vt clisteribus aluus leniatur, in-  
 terea eiusdem siccitas serapijs de  
 suc. buglossi, cicor., rodamel., vel  
 oximel. simpl. decocto lupul., ci-  
 cor., & fum. ter. emolliatur, his  
 autem apertis vijs, humoribusq;  
 præparatis, exhiberem mel ros. so-  
 lut., cum sy. sueff. in decocto se-  
 næ, ag. polipodij, & flor. cord.  
 dissolutum. postea non sunt omit-  
 tenda priuata medicamenta, qua-  
 re commendarem decoctum sparta-  
 tæ parillæ, rad. ehinæ, cort. ligni  
 Guaiaci saxafrax., liq., agrimo-  
 nij, capill. ven., & bett. faculta-  
 tem enim habet vniuersum cor-  
 pus purificandi, exiccandi, ac vi-  
 scera roborandi. Quibus ita isti-  
 tutis, de affecta parte est haben-  
 da prouidentia ad quam emolliẽ-  
 tia, discutientibus mixta poterint  
 applicari, non autem suppuran-  
 tia, vt quidã Medici faciunt; hæc  
 enim tanquam satis perniciofa ad  
 ad articulos sunt euitanda, siqui-  
 dem obseruatum est, quod nun-  
 quam sine metu conuulsionis, of-  
 fis corruptionis, ligamentorũ de-  
 structionis, & mutilationis admi-  
 nistrantur, est enim axioma satis  
 commune apud omnes medicos,  
 qui ratione, & experiẽtia curãt,  
 quod que scyrrhũ dissoluũt par-  
 tim calida, & sicca; partim hu-  
 mida esse debent, quare vtroque  
 modo procedẽdum. nam calida

Qq 2 scyr-

scyrrhi causis repugnant, nempe frigiditati, sicca repletioni, & humida siccitati, scyrrus enim fit à repletione, concretionem, & siccitate, quæ autem emolliendi, ac dissipandi virtutem habent, sunt emplastrum diach. Gummatum, adeps gallinaceus anserinus, emplastrum filij Zacchariæ de mucilagibus altheæ, de meliloto medullæ vitulinæ ceruinæ, crurium bouis, mucilag. sem. lini altheæ, armoniacum, Galbanum, rad. cucum. agrestis, vnguentum de agrippa adeps vulpis, & huiusmodi, è quibus variæ formulæ possunt emanari ad periti medici curantis arbitrium. Empirici vtuntur vnguentis, & emplastris mercurialibus, suffumigijs, alijsque præualidis medicamentis, verum, vt verum dicam, huiusmodi auxilia non sine languentium discrimine administrantur, quinimo ferè semper vana redduntur, vt sepius est obseruatum.

De victus ratione nihil habeo, quod dicam; cùm à peritissimo medico, qui illius curam habet exactè institutum esse sciam, illud tamen in memoriam reuocabo, vt omnem repletionem, ac cruditatem euitet, tempore pariter quo decoctum assumitur parcè cibetur, non enim conducit crudum supra indigestum ponere, alioquin maioribus malis daretur occasio. Ex his enim auxilijs nostram egrotam salutem acquirere, vel saltem immiorem statum eam deducere speramus.

## APPENDIX.

**S**Cyrrhus ut 14. met. c. 3. ait Gal. tumor est p.n. durus retinens, & indolens ex humore melancholico naturali, vel ex crassa pituita procreatus. est etiam morbus compositus, nempe ex aucta magnitudine, & frigida intemperie, dici etiam potest ex soluta unitate, quia partes in quolibet tumore eleuantur, & detrahuntur, cuius causa humor est lentus, & crassus, siue melancholicus, siue pituitosus, in his enim dumtaxat lētities, & crassities reperitur, quare vbi infigitur nullo modo extirpari potest, & licet quandoque primo, & per se oriatur, frequentissime tamen ad alios sequitur morbos, potissimum verò, ad inflammationes immoderate refrigeratas, inquit Gal. libel. de tumoribus p. N. c. 9. ¶ 2. ad Glau. cit. illud tamen verum est, quod scyrrus à pituita simplici, & absoluta fieri nequit, quia pituita quomodocumque exurit, in atrabilem non commutatur, sed potius in tophum degenerat, semper enim pituita alba remanet, nec nunquam formam pituitæ amittit; siquidem maior caliditas in pituitam agere non potest, quam quæ agit in tophos, nodos, & scyrrhos, vt patet, quia sunt ista sine vlla erosione, quare in bilem atram non commutatur, alioquin eroderet, & alia mala induceret.

CON-

CONSULTATIO XCVII.

*De herpete miliari dextri tibiae articuli, pro quodam nobili viro.*



Ræter naturam affectus, à quo nobilis noster Ægrotus ad dextrum tibiae articulum gra- uiter affligitur, quædam vlcuscu- la sunt, quæ Herpetis naturam redolant, non quidem generici, aut simplicis, qui solius cutis est passio, quia videmus quod non proserpunt, nec cutem de- runt; non exedentis, quia non rodunt; sed potius miliaris; nam cum primum erumpunt, infistularum formam degenerant, quæ vel crustam contrahunt, vel paulo post disrumpuntur, & Ichorofam, saniosamque quandam materiam eructant, nunquam enim ex his optimum, ac laudabile pus emanasse visum est.

Quorum vlcusculorum causa, proxima, proculdubio est tenuis, & minus acris, calidaque bilis, non quidem simplex, atque pura, sed Ichoribus pituitosis, acrisque adulterata, ut ex dolore remisso, interdum valde obtuso, & non raro pungitiuo, ac colore subliuido deprehenditur, huiusmodi enim color per summam cutem dispersus, acrum succum, illumque pertenuem arguit, ex hac enim bile his Ichoribus perfusa, exigue hæ pustule generantur in sola superficie cutis milij, seminibus si-

miles, ob quam similitudinem affectus iste à latinis miliaris herpes nominatur, illud tamen verum est, quod prout huiusmodi succi sunt magis, minusque tenues, acres, vel erodentes, maiora, vel minora vlcuscula excitant, causa verò efficiens est robur transmittentium, & præsertim Iecoris, & imbecillitas recipientium, nempe Articuli, nam licet omnes corporis partes omnibus malis sint expositæ, articuli tamen quia exâgues, frigidi, ac laxi, totius corporis superfluitates, ac luxuriantes in visceribus, vasisque humores facile excipiunt. Quare non mirum si tibiæ articulus, circumsitæque aliæ cutaneæ partes vlcusculis pustulosisque vitijs confligentur, ut in casu nostri Ægrotantis,

Ceterum licet huiusmodi pruriginosæ pustulæ, cutaneæque exulcerationes, quæ ad has imbecillas partes assurgunt, sint curatu difficiles, quia ab intemperato Iecore fouentur, ac timor impendet, ne in alia exitalia mala commutentur, nempe in vlcera putrida, virulenta, corrosua, & cancerosa, ut frequenter contingere vidimus; tamen ob virium robur, florentemque ætatem nostri Ægrotantis, bene sperare licet, quod sanitati restituetur, illud tamen verum est, quod peri-

*Prognosticū.*

*mali Signa.*

*mali causa.*

periculum imminet, ne iterum reuiuiscant. Quare indicationes sūt eliciendæ, quæ non solum curandi, verum etiam præseruandi facultatem habeant, quarum prima, esse debet euacuandi redundantes, ac molestantes succos in corpore existentes. Secūda prohibendi ne amplius regenerentur, & . Vltima remouendi vlcusculorum virulentiam, sordem abstergendi, & tandem exiccandi, ac consolidandi &.

*Curatō.*

Quantum ad primam quamcittissime igitur redundantes in corpore humores, propter varias causas, errores, ac dispositiones multiplicati, catharticis ad id cōferētibz educantur. nam in morbis in quibus causa viget, ab hac inchoanda curatio est. verum, vt plenè expurgentur syrups refrigerantibus, attenuantibus, atque attemperantibus, cum aquis ad id conferentibus præparentur, atq; ad euacuationem disponantur, interea alui viæ suppositorijs, ac clisteribus aperiantur, & tandem cathartica, quæ succorum quantitatem, & qualitatem respiciant, exhibeantur, sic enim promptè, & facillè sequitur euacuatio. illud tamen omittendum nō est, quod ante pharmaci exhibitionem non erit inutile sanguinem mittere, nam ex sanguinis missione, non solum reuelluntur, deriuantur, atque euacuantur humores, verum etiā ventillatur calor atque, attemperatur Iecur: est tamen parce sanguis mittendus ex venis superioribus, quia humores excitantes,

atque conseruantes malum, recedunt à natura sanguinis. secus verò, post totius corporis euacuationem, vberrimè ex venis podicis detrahatur, nam videmus quod nostri Ægrotantis corpus est admodum melancolicum, & natura non semel per has partes tentauit se exonerare, & ab his crassis, ac acris succis se liberare.

Quantum ad secundam, nempe ad corrigendum Iecoris intemperiem, aliorumque viscerum impuritatem, non infimum locum obtinet decoctum spartæ parillæ, radicis Chinæ, & ligni Indici in sero lactis caprini paratum, præsertim si singulis quatuor diebus exhibeatur sy. de fumario compositus, vel conseruæ attemperantes, ac instituat optima victus ratio, reſtaque prouidentia reliquarum rerum nonnaturalium, sed maxime omnium prodesse possunt cicoracea omnia, quocumque modo exhibita, nam miram vtilitatem præstant ad corrigendam Hæpatis intemperiem, præsertim calidam.

Quantum verò spectat ad remouendam vlcusculorum virulentiam atque malignitatem, quæ semper cum sorde, & non raro etiam cum putredine est coniuncta, probarem illa omnia, quæ abstergendi, exiccandi, escharamq; inducendi vim habent, dicebat enim *Gal. 2. ad Glauç.* quod omne vlcus, dum simplex fuerit, exiccari desiderat, medicamento non aspero, nec irritante, præterquam vbi malignum, & cum putredine fue-

Prognosticū.

fuerit; talia enim acriora exposcunt medicamenta, quæ ignis vires habent, has omnes facultates, obtinent sal fæcum aceti, Pastilli Andronis, aut Pollydæ dissoluti in vino nigro austero, puluis aluminis crudi, balsamū tartari, puluis mercurij præcipitati, argētum viuum dulcificatū, quod per duas, aut tres vices his vlcusculis admotum, malignitatē mirabiliter extinguit. non sunt etiā reicienda decocta tergentia, vnguentum detergens, & exiccans, & quum satis deterfa appareant, aqua aluminosa, & vnguentis citra morsum exiccantibus, cicatrice obducantur; verum si accidat, vt his non remittantur, est ad fortiora recurrendum, nempè vel ad suffumigia, vel ad medicamentū, quod recipit auripigmenti, & mercurij sublimati ana ꝓ i. succi plantag. solani, horcensis, limonis, ana ꝓ i. tritis simul coquātur, vsque ad succorum consumptionem, deinde iterum contundantur, & f. puluis, cui adde cāphoræ ꝓ ÷ opij ꝓ i. mis.; non desunt, qui pro his pertinacibus vlceribus superandis ad ipsum ignem confugiunt, cuius vsum in casu nostro non probamus, speramus enim quod sine his præualidis præsidijs, superabitur tam dirum malum. die 22. Ianuarius 1664.

APPENDIX.

**H**erpes ex *Celsi* sententia duplex est, exedens v3. , & miliaris, exedens fit à bile ferui,

da, tenui, acri, & admodum mordicanti; miliaris verò à bile pituita mixta; illud tamen verum est, quod vbi bilis est serosa tantum, nec admodum calida, formicam ambulatiuā, siue simplicem herpetem excitat, secus verò si crassior, ac feruens, cum exhalari nequeat, cuticulam à vera cute distrahatur, & vesiculas multas parit. Quod si adhuc crassior reddatur, simulque putris, valdeque ebulliens, veluti ignita aqua cutē exedit, ac depopulatur, vlcusque exedens, siue herpeticum facit, tandem si huius virulentia, ac malignitas tanta sit, vlcus terrificū, & horrendum efformat, quod herpes, Estiomenos communiter nūcupatur; quare quoties videtur vlcus serpere, quod vltra cutem non procedit, ac relinquit partē post sanam, illud esse vlcus Herpeticum, nemo est qui ambigit. Cæterum licet Herpetica vlcera inter illa, quæ proserpunt, sint minus periculosa, vt 2. *pred. c. 21.* notauit *Hip.* tamen curatu semp sunt admodum difficilia, præsertim vbi valde sordida, vel putrida existunt, vel ad corpus Gallicana virulentia affectum exorta; indicant enim *Iecur* esse valde intemperatum, quod vix corrigi potest. Quare non mirum si inter diuturnas, atque malignas affectiones à *Gal. 14. meth.* adnumeretur, & iure quidem, quia oportet corpus chalagogis expurgari, serum caprinum, per plures dies exhibere, refrigerare calidum, exiccare putridum, remouere maligni-

lignitatem, abstergere sordem, carnem regenerare, & cicatrice obducere, quæ omnia non nisi longiori tempore possunt absolui, vinci, ac superari, hinc semper

impendet discrimen, ne interea errores in medicamentorum materia, ac forma committantur, & Aegrotantes in sex rebus nonnaturalibus delinquant.

## CONSULTATIO XCVIII

## De spina ventositate pro quadam nobilissima Puellula.



Mali Signa.

Orbificas affectiones, quibus multis ab hinc mensibus ad destri cruris artus, eiusdemque pedis digitorum internodia, nobilissima Puella detinetur, certum est, esse de genere earum, quas spinæ ventositatem Barbari Medici appellant; idque indicant omnes illæ notæ, quas de hac tabe referunt authores, dolor v3. punctorius periostræ membranæ, longa, ac lenta progressio de minima extuberantia ad maiorem, affectorum articulorum globositas, præssula rotunditas, & seræ exulceratio, quia vt inquit *Rasis par. 2. sui comment. lib. 5. cap. 5. vicina caro corrumpitur, & iuxta modum acuitatis ipsius materiæ est malitia, ac velocitas exulcerationis ipsius, & iure quidem, quia prius ossa mali vim senserunt, quam circumducta caro, hæc autem omnia cum obseruentur in casu nostro, esse huius mali character, præter Auicennam lib. 4. fen. 4. tract. 4. c. 7. referunt Petrus ab Arelata lib. 5. tract. 22. c. 2. & Io. Langius lib. 1. epistol. medicinal. epistol. 42,*

Quarum affectionum causam remotam ad vitiosum semen, atque sanguinem, ex quibus formantur partes, & nutritur fœtus, vel ad languidos Parentes malo habitu præditos, quales (vt audiuius) fuerunt huius Puellulæ, esse referendam puto. Causam verò proximam esse pituitam crassam, quæ in Puerorum corporibus non parum affluit, & ad flatum, tensiuosque artuum dolores excitandos admodum paratam asserit *Ioseph Pandolfinus, in 2. cap. de morbo, & accidente, verum in casu huius Puellulæ, esse etiam acutos, atque erodentes succos osseam substantiam penetrantes, omninò est credendum, ex his enim ferè semper huiusmodi affectiones suscitari, inquit Nicolaus Florentinus serm. 7. sum. 6. c. 40. Auicennæ sententiam sequutus. Sed an per defluxum, an per congestum horum malorum procreatio fiat, foret multa dicenda, puto tamen vtramque causam interuenire; defluxum scilicet, quia natura in cæchoeticis corporibus noxios succos ad viles, debilesque transponere semper studet. Congestum quoque, quia*

Mali cause.

Icho-

Ichores sanguinei in ossium alimoniam aduenientes, atque intra sp̄ciformem substantiam receptos, à concoctrice mutari nequeunt, quare maximus pedetentim fit prouentus, qui horum ossium putredinis, atque apostematis fomes est, atque occasio, posse autem ossa apostemari præter *Hip. 4. epid. in historia senis Valles.*, *Ludonicus Duretus*, alijque quamplures ostendunt; Sed maximè omnium *lib. 6. de usu part. cap. 3. docet Gal.* scripsit enim, quod nulla substantia est adeo dura, vt sicuti alitur, non possit etiam in tumorem præter naturã attoli, vt ossibus quoque vsuuenit, præsertim mollioribus, sicuti sunt ossa Puerorũ.

Prognosticũ

Cæterum cum huiusmodi affectus sint, non solum secundũ quantitatem continuam, verum etiam discretam magni, in corpore debili, malisque succis referõto cõsistant, simulque articulos occupent, non modo curatu sunt difficiles, ac diuturni, verum etiam admodum periculosi, siquidem multis experientijs est cõfirmatũ, quod ferè omnes sic affecti, ac in hac puerili ætate constituti, radicali humido dissipato cõtabescũt, & miserè vitam finiunt. Pus enim infinite emanans, commoriturum cum morbo Aegrum significat, potissimum, si cum alijs malis inditijs eneruæ languentis vires appareant; tamen quia medicina est donum Dei, & instrumenta medica veluti manus eiusdem, solènt interdum esse Proficua, idcirco non sunt illa præsidia, quæ alijs

fuere salutis, prætermittenda.

Quare donec vires reuocentur <sup>Curatio:</sup> probarem, vt totum opus committatur naturæ, quam optimis cibis, & maximi nutriti adiuuare debemus; præsertim verò potu vini medicati ex sparta parilla, radice chinæ; addita portione corticis Guaiaci; exhiberem etiam per interualla vinum purgatiuum ex infusione Senæ, & hermodattilor. interea ad læsas partes medicamenta, quæ dolorẽ leniendi, crudam materiã dissoluendi, quæ ad tumentes partes continetur admoueri poterunt. ad vlcera verò, ossaque corrupta detrahenda, puluerem Aristolochiæ, euforbij, foliorum papaueris siluestris, fucus, seminis hyosciami, & mercurij præcipitati, esse administrandum arbitror, vel ad aquam balsamicam *Quercetani p. 43. sue pharmacopœe* annotatam, quæ est his omnibus efficacior, est recurrendum; vel ad aquas sulphureas, vel ad vsum mellis spiritu vini, ac puluere euforbij vigorati; vel tandẽ ad ignem, qui maximè omnium exiccat, atque corroborat. Sed ne ex ignitis ferris excitetur dolor, & fluxiones, ac inflammatio insequantur, cauendum ne caro exuratur, ac neruosæ partes attingantur; quare, vt huiusmodi accidentia euitentur, præstat, vt oliuare cauterium ignitum per ferreas, aut plumbeas fistulas iniciatur, quæ ne in calescant, plures sint oportet, sepeque mutantur. Sed ne Ichor, qui ex exusto osse resultat, circumsitafque partes le-

R r dat,

dat, tenuissimis filamentis, vel mollissimis sponcijs excicetur, verum si altius ossis caries descendat, primo os terebra aperiatur, & deinde ignita ferra applicentur, donec os prorsus excicetur, terminus autem vstionis esse debet, donec os prorsus siccum fiat, post vstionem deceter factam, album oui stuppa exceptum applicetur, quod ad dolorem sedandum, ac inflammationem arcendam non parum probatur; butyrum quoque, aut tretrapharmacum idem præstant; neq; ad has partes vsum ignis reformidare debemus, quia cum ex arte ignita ferra administrantur, etiã ad manuum ossa, digitorumque internodia adaptari possunt, inquit *Fallopius*, vt pluries citra discrimen intrepido animi robore se fecisse textatur; non sunt tamè prætermittenda vniuersalia præsidia; reliqua verò tanquã medicuranti satis nota, prætermitto.

#### APPENDIX.

**S**Pinæ ventositas, quam Pedarthrocacem Græci appellant, est corruptorius articularum abscessus, siue ossis sphacelissimus, vitium equidè, sub quo prius inflammantur, & corrumpuntur ossa, & deinde carnes, siquidem in hac affectione, vitij initiũ semper est ab osse, & patet quia admoto specillo, post disruptum abscessum tangitur ossis asperitas, vel saltem durities; Cuius mali causa *Mali causa.* sepè sunt superfluitates capitis, non excusæ, atque Ichores qui-

bus obnoxij sunt infantes, hisque pueris affines, quæ vt plurimum sunt crassæ, viscidæ, pingues ac putres, adeo vt contagione puerulis alijs communicari possunt, quanquam his aliqua siccitas, atquæ exustio sit adiuncta; ad ossa autem magno naturæ consensu has materias referre, & ab his attrahi substantiæ similitudine, nõ est alienum credere, quanquam hæc affectio succedere solita est, ad negatas, ac imperfectas repurgationes variolarum, morbillorũ, achorum, lactuminis, ac Tineæ, nam illa materia prauæ conditionis non expurgata, ad articulos propellitur, & huiusmodi vitia concitat. Articuli autem laxiores, quales sunt, qui per diarthrosim connectuntur à Cerebro, Hepate, vasisque sanguine bilæ, ferroque turgentibus, doloris inflammationis, ac tumorũ causam mutantur; nam totius corporis luxuriantes in visceribus, ac vasis, humores facilè excipiunt. Ceterum si omnis ossis corruptio medicos etiam præclarissimos mirè fatigat, quid sperandum de hoc vitio, quod prorsus intimos articulos, nerueasque partes, in effabili quadam antipatia conuellit, quare insolens, infinitè molestum, & odiosum semper est, quoniam sua malignitate iritam habet omnem industriam, & curantis hominis laborem eludit; acerbum quoque, & atrox, quia tenellos infantes matribus arripit, licet non tã vlcis, quam cacochimiæ culpa sit. perniciosum, quia à mutilatio-

tione sepè non euadunt Pueri, vix enim euitari potest, quin in motus abolitionem, aut deprauationem incurrant hi, quibus hoc vitium est propagatum, quare, vt huiusmodi tenella corpora, adiuuentur, alternis diebus pilulis de tribus, vel arabicis expurgentur, secta tamen prius vena sanicubiti, nam ne molestantes succi ad leſas partes ferantur, singulariter opitulatur sanguinis missio; verum si ossa corrupta operta ob-

seruentur, denudanda sunt, non quidem ferro, ne neruosa corpora attingantur, sed radicibus Gētianæ, vel mitioribus causticis, vbi autem detecta apparent, expedit, vt vel chirurgia, vel medicamentis auferantur, chirurgiam non probo, quoniã citra maioris mali discrimen, ob loci affecti angustia, instrumenta adaptari nequeunt, quare potius medicamentis rem esse absoluendam arbitror, & illis quidem valde siccantibus.

CONSULTATIO XCIX.

*De Ambustione pedum pro quodam vin Rustico.*



Effectus morbificus, quo infelix hic Rusticus, trib. ab hinc diebus perperam affligitur, ad vtriusque pedis extremitates, est ambustio, quæ morbus est, compositus ex soluta vnitatem, dum partes, quæ erant continuæ, sunt solutæ: ex intemperie admodum calida, & sicca, quia immoderatus calor ex ignea facultate relictus redundat: ex quantitate præter naturam aucta nempe inflammatione, cum crusta in quam conuersa est, non solum cutis, verum etiam caro semivista, atque emortua, quæ imitatur exustos carbones, & tandem ex defectu substantiæ, quia deest non parua portio carnis, & cutis.

no fuit correptus, vt tensis circa ignem ineptè pedibus, primo combustus fuit, quam ignem persentiret, & omnes ambustionis species, siue gradus expertus est nempe ardorem, dolorem, vesiculas, & crustosam vlcerationem; vbi enim vis ignis adurens imprimitur, calidam excitat intemperiem, cutem condensat, contrahit, & exiccat, quare primo oritur dolor, deinde ex vicinis partibus, atque remotis succorum attractio, huiusmodi autem succi in aquosos, ac serosos humores mox conuersi, dum sibi exitum querunt ab inspissata cute, ignis actione præclusum; ipsam altius astollunt, & vesicalas, quas cernimus excitant. Sed vbi maior fuit ignis mora, ibi magis humidum substantificum consumptum est, & nec rubor, nec vesiculæ apparēt, sed eschara, vt patet ad vtriusque

*Mali indicia*

*Mali causa.*

Quorum omnium malorum causa patet ex dictis, nam fuit ignis. dum enim in quibusdam mapalijs dormiebat, adeo profundo som-

Rr 2 pc

pedis digitos .

*Prognosticū*

Cæterum cum huiusmodi ambu-  
stiones sint cum lesione, ne dū  
ipsum cutis, verum etiam muscu-  
losæ carnis, neruorum, venarum,  
atque membranarum; nec leuiores  
adnexa habeant accidentia, præ-  
sertim verò dolorem, & febrem;  
præterquam quod certam pedum,  
mutilationem, ac deformitatem  
portendunt, vitæ quoque disci-  
men minantur, nam timetur, ne  
auctis fluxionibus, inflammatio  
excrescat, & mortificatio sequatur;  
quapropter danda est opera,  
vt dolores leniantur, inflamma-  
tio sedetur, crustæ detrahantur,  
& tandem solutæ partes aggluti-  
nentur, incicatriscæque produ-  
cantur.

*Curatio.*

Quantum ad primum pro le-  
niendis doloribus, à quibus gra-  
uioribus ruinæ, & maiora mala im-  
pendent, probatur à *Rasi lib. 2, sua  
chirurg. cap. 19*, vitellum oui qual-  
satum, & oleo rosaceo mixtum, à  
*Bruno* vnguentum ex oleo ros. ce-  
ra, & parum opij conflatum, à *Io-  
anne Andrea à Cruce tract. 5. lib. 3. c.*  
*proprio de combustionibus descriptum*,  
commendatur vnguentum, quod  
recipit calcis viuæ nouis lotæ  $\zeta 2$   
cerussæ litargirij argentei ana-  
 $\zeta 2 \div$ , albuminæ oui num. 11. lactis  
mulibris  $\zeta 2$ , opij  $\zeta 3 \div$ , ol. ros. lib.  
 $\div$ , ceræ liquatæ  $\zeta 3.5$ . A. f. vnguē-  
tum, quod est mirabilis virtutis;  
ab *Auic. l. 4. t. 2. c. 12. & 13.* com-  
mendatur album oui, vel totum  
ouum lana exceptum; aut terfa-  
mia, vel armena, ex succo Sola-  
ni, vel plantaginis diluta; aut ca-

taplasma ex lentibus in aqua ros.  
vel lacte coctis, ex his enim auxi-  
lijs extinguatur ardor, lenitur do-  
lor, repelluntur pustulæ, ac seda-  
tur inflammatio, præsertim si te-  
pida applicentur, nam ex his actu  
frigidis admotis dolores intendū-  
tur, & fluxiones concitantur, nec  
eorum vires in partem ipsam su-  
bire, ac peruadere possunt, cum  
de potentijs ad actum reduci ne-  
queant, inquit *Pareus lib. 11. cap.*  
*8.* poterunt autem admoueri ad  
partes omnes inflammatas, & al-  
teratas, incisus tamen prius, ac re-  
motis vesiculis, non enim est per-  
mittendum, vt serosus humor in  
vesiculis conclusus, maiorem ac-  
quirat acrimoniam, ac circumsi-  
tas subiectasque partes erodat,  
contaminet, profundeque cor-  
rumpat,

Quantum ad secundum ad re-  
mittendam, ac inflammationem  
impediendam, præter nuper me-  
morata auxilia, probarem cata-  
plasma ex far. hord. lentium, mi-  
ca panis ol. ros. ac lacte confectū,  
sed maximè omnium, venæ le-  
ctionem, tenuem victum, refrige-  
rantes cibos, & aquæ potum, præ-  
terea alterantes conser. serapizæ,  
& purgatoria auxilia, cum notri  
Ægrotantis Corpus non solum sit  
plethoricum, verum etiam ca-  
chochimum,

Quantum ad tertium nempè  
ad remouendas crustas, probarem  
emollientium medicamentorum  
vsum, sicuti inter cætera est mal-  
ua cocta, contusa, & cum assun-  
tia suilla mixta, ad formam vn-  
guen-

guent. redacta, idem præstat butyrum, siue recens, siue vetus lotum; licet interdum tutius sit expectare, vt sponte cadant, quia cum cruste sint carnes exiccatæ, & omnibus facultatibus destitutæ, amplius non alantur, quare exiccatæ per se recedunt ab eo quod viuit, & humidum est: etenim frequenter à submascante carne expelluntur, verum quia in casu nostro timetur ne sanies sub crustis colligatur, ac retineatur, subiectæque partes vellicentur, alterentur, ac corrumpantur, idcirco expedit, vt quamcitissime detrahantur, sed non violenter, quia quæ ita cadunt sunt deteriora, ob metum inflammationis, quæ concitatis ex violentia doloribus, facile superuenire solet, quare poterit procurari casus escharæ, vel supradictis medicamentis, vel vitellis ouorum, oleo rosato, & melle simul mixtis, aut quibusdam alijs moderatè exiccantibus, ac citra morsum digerentibus, nempe puluere ex radice Iridis Aristelochiæ, panacis, thuris, ac tutiæ præparatæ, licet semper tutius sit lenientibus humidis, ac laxantibus vti, sicut est quod recipit butyri recentis ℥ 2., ol. ros. ℥ 1., de papauere ℥ ÷, vnguenti populei ℥ 1 ÷, tutiæ lotæ ℥ 1 ÷, plumbi vsti & loti ℥ 2., cum vitello oui f. linimentum; verum si accidat, vt his non detrahantur, & dolores intendantur, profundior scarificatio ad viuum, quousq; ca-

sus escharæ procuretur; sic enim, illico conclusis Ichoribus, qui liberiori transpiratu gaudent tribuitur exitus, admouendisque medicamentis facilis, ac patetior redditur ingressus, ac evitantur corruptiones, quæ ambustis frequenter solent superuenire, ex his, vel consimilibus remotis crustis, solutæ partes abstergantur vnguento, quod recipit suc. plantag. opij ana ℥ 1. syr. ros. rub. ℥ 2. far. hord., olibani ana ℥ 1 ÷, vitel. oui 1. ceræ cit. parum S. A. f. vnguentum, cauendum tamen est, ne digitorum latera mutuo contactu sibi adhereant, & agglutinentur; quare præstat, vt semper inter digitos ex arte admoueantur lintamina, quibus huiusmodi agglutinatio prohiberi valeat, absterfis cicatrice obducantur vnguento albo, cum recenti butyro permisto, vel butyro saturni, vel vnguento ex tutia magistrali: illud verum est, quod nonnulli à principio vsq; ad finem, pro curandis ambustionibus vtuntur vnguento, quod ℞. adipis suillæ, & ceræ albæ ana lib. ÷, vitellorum affatorum n. 5., spumæ Argenti ℥ 4., liquefiat cera cum adipe, & sinatur refrigerari, postea adde litargirium puluerizatum, & oua contusa, & fiat vnguentum, & post abstersionem, vnguento albo, vel de tutia magistrali curationem finiunt, quare his medicamentis, & hac curandi methodo, puto absolvendam esse curationem propositi Ægrotatis,

CON-

## CONSULTATIO C.

*De Gangrena sinistri Pedis pro quadam nobilissima Muliere.*

Quod calidis tumoribus frequenter succedat Gangrena, præter quam quod quotidiana patet experiëntia: docet quoque *Gal. libello de tumore præter naturam cap. 8.* Sic enim nobilissima hæc Mulier, maligno erysipelatofo phlegmone sex ab hinc diebus, ad sinistri cruris, pedisque regionem correpta, nunc seuissima, exitiæque Gangrena afficitur. Qua detineri cõstat. Primo ex colore qui partim niger, partim liuidus obseruatur. Secundo ex sensus abolitione, qui etiam si pungatur ad affectam partem non amplius percipitur. Tertio ex frigiditate, non enim viget calor, qui iam extinctus est. Quarto ex interceptione pulsus, quo ferè affecta pars est orbata. Quinto ex mollitie, nam videmus quod admoto digito fouda remanet, quæ non amplius recurrit. Sexto ex vesiculis, quæ ad vniuersam pedis regionem varijs coloribus depictæ obseruantur. Septimo ex foetidis halitibus, qui ex affecta parte exhalant. tandem ex symptomatibus, nempe febre mali moris, siti, lingua arida, viriumque lapsu quibus detinetur. Cuius mali causa proxima, & immediata, est proprij, ac naturalis ca-

*Mali Signa.**Mali causa.*

loris corruptio, corrumpitur autem propter sanguinis multitudinem, & prauitatem, vnde partes solidæ proprio, & naturali calore orbate, propriaque temperie destitute, in putredinem abeunt. Nam tamdiu vita persistit, quamdiu sanguis, nec copia, nec prauitate, naturæ facultates offendit, nam quum crassus feculentus, venenosus, & malignus existit, necessario membri complexionem corrumpit, & circumscitas partes contaminat, atque sic sequitur illius partis mortificatio, quæ inflammatione tentatur.

Ceterum cum huiusmodi malum altas confixit radices, sitque iam penè absolutum, simulque vniuersam pedis regionem occupauerit, affectæ partis salus est prorsus desperata, danda tamen est opera, vt totum feruetur. Quare expedit, vt quam citissimè affecta pars abscindatur, ne contagione

*Præfagium.**Curatio.*

su

su nostro estinguitur à multitudi-  
 ne, & prauitate perspiratum pro-  
 hibente, idcirco multitudo est mi-  
 noranda, & prauitas corrigenda.  
 diminuitur autem, si inter partem  
 sanam, & corruptam plures, &  
 alte, fiant scarificationes, per has  
 enim educitur sanguis crassus, &  
 vitiosus, qui in affecta parte con-  
 tinetur, quoniam propter sui cras-  
 sitiem digeri non potest, caute  
 tamen ne simul cum sanguine vi-  
 ta fundatur, dissipatis spiritibus,  
 siquidem morientis partis cura-  
 tio, est sanguinis euacuatio, inquit  
*Gal. 2. ad Glauconem c. 9.*, deinde  
 scarificatus locus exiccantibus lo-  
 tionibus abluatur, nempè lixiuio,  
 & aqua maris, vel aqua lupino-  
 rum, in quibus alumen, & vngue-  
 tum ægyptiacum sit dissolutum, his  
 enim subtrahitur, atque corrigi-  
 tur putredinis materia. post lotio-  
 nem decenter factam, expleantur  
 scarificatę partes puluere calcati  
 rubri, aluminis crudi, mercurij  
 præcipitati, vel sublimate vsti, his  
 enim auxilijs mala qualitas corri-  
 gitur, dissipatur virulentus, ac ma-  
 lignus succus, qui mortificationis  
 est author, deinde applicetur ca-  
 taplasma v3. ꝛ. far. lup. fab.  
 hord. orobi, & lolij ana lib. ÷ suc-  
 ci absynthij, salis, scordij ana ʒ 1.  
 oximel. lib. ÷ cum sufficienti quã-  
 titate lixiuij. ʒ. A. f. cataplasma.  
 præterea ne putredo ulterius pro-  
 serpat, sanasque partes inuadat,  
 interceptans auxilium ad imę ti-  
 bię partem applicetur, quod ta-  
 le esse potest ꝛ. succi solani, plan-  
 tag. ana ʒ 2., far. hord., tritici, &

lentium ana ʒ 1., santal. cuiusque  
 ʒ 1. bol. arm. ʒ. 3., baccorum myr-  
 thi ʒ 1., ol. ros. omph., & mirthini  
 ana ʒ 1. ad ignem ʒ. A. fiat cata-  
 plasma. Verum si his interea non  
 remittatur, expedit, vt iterum cor-  
 pus repurgetur, vt à colluie pra-  
 uorum succorum vindicetur. pro-  
 barem etiam, vt post purgationem,  
 venę podicis aperiantur, viribus  
 tamen consentientibus, simulque  
 cor tam intrinsecus, quam extrin-  
 secus roboretur. Verum si adhuc  
 malum proserpere videatur, &  
 symptomata intendantur, confu-  
 giendum esse arbitror ad spiritum  
 salis; nam sal quodcumque acre,  
 & mordax, si in spiritu salis rectifi-  
 cato soluatur, ad miram dulcedi-  
 nem reducit. huiusmodi enim  
 spiritus optimè præparatus, tam  
 intrinsecus exhibitus, quam extrin-  
 secus admotus, non solum Gan-  
 grenis, verum etiam vlceribus sũ-  
 mum remedium narcoticum est;  
 possumus etiam vti igneis præsi-  
 dijs, nempè causticis, oleo  
 v3. mercurij, vel antimonij, vel  
 tandem ad ipsum ignem recurrẽ-  
 dum, licet tutius sit amputare pe-  
 dem; punguntur enim, & secan-  
 tur marcida, vt homo viuat dice-  
 bat *Hip. lib. de dieta*; omnia tentã-  
 da, sed tandem immedicabile ma-  
 lum esse ense rescindendum, in-  
 quit *Poeta*. Boni medici est mem-  
 brum abscindere, vbi nulla pro-  
 sunt remedia, ne periturus sit Ae-  
 ger, docet *Celsus*. nõ. n. est ingrata  
 vita sine pedibus, sicuti in Attica  
 pestilentia obseruatum fuisse te-  
 xatur *Lucretius lib. 6.* scripsit enim

Et

*Et grauius partum metuantes limina  
lethi*

*Viuebant ferro, priuati parte virili,  
Et manibus sine nonnulli, pedibusque  
manebant.*

Nam hoc vnicum miserabile præsidium solum potens est, ad tã dirum malum profligandum, quod quãcitissimè fieri debet, priusquã virtus debilitetur, malumque magis, ac magis excrescat. In duobus enim casibus, amputationẽ, & incisionem non admitterem, quando corruptio esset circa Thoracẽ, vel Abdomen, tunc melius est eos intactos relinquere, & permittere, vt ab ipso morbo, non autem à ferro interficiantur, Illud tamẽ verum est, quod in hac operatione, debemus sequi consilium *Hip. lib. 4. de Art. tex. 36. ¶ 37.* traditum, vbi scripsit, quod partes, quæ

dolorem non sentiũt sunt abscindendæ, cauendum tamen, ne attingantur partes sanæ, sic enim euitantur dolores, fluxiones, inflammationes, animiq; defectus, qui quum ad viuentes partes fit incisio, necessario sequuntur. est tamen post incisionem ad viutum, vsque cauterizandum. nam ignis beneficio dissipatur contagiosũ virus, estinguitur malignitas, & corrigitur putredo, terminus autem vitionis esse bebet, quousque ingens eschara inducatur; de Beruaticis præfidijs, ac reliquis, quæ circa vniuersalia desiderantur, vide quæ scripsi supra *in Consul. 93. ¶ 94.* De quibus latè; atque hæc sunt quæ exposui in hac prima centuria ad Laudem Dei Omnipotentis, Santissimæque Virginis absque labæ conceptæ,

FINIS PRIMAE CENTVRIAE.

## CONSULTATIONVM

MEDICO-CHIRVRGARVM

FRANCISCI ROMANI

PHILOSOPHIÆ, ET MEDICINÆ DOCTORIS

PATRITII CONTVRSINI.

CENTVRIA II.

CONSULTATIO PRIMA.

*De luxatione Vertebrarum Cervicis, pro quadam  
Reuerenda Moniale.*



Qvod luxatis Articulis ex arte etiam restituti non semel accidat, vt iterum è propria sede labantur, in dies experimur, & nunc fatis euidenter calamitate huius Reuerendæ Monialis comprobatur, quæ (vt ex relatis colligitur) post casum è scamno, grauissimis symptomatibus fuit correpta, vnà cum cervicis luxatione, præsertim primæ vertebræ, quæ capiti adnectitur, & quanquam pluries ad pristinum fuerit restituta, tamen leui ex causa, atque motu, illicò prolabitur, ita vt nullo pacto suo in loco luxatæ vertebræ contineri valeant; Ex quibus colligitur, quod non in ipsa repositione difficultas sit, sed in capitis vertebris, articuli que conseruatione. Vnde indicatio insurgit in propria sede ossa restituta conseruare, quàm assequi impossibi-

le est, nisi recidiuantis luxationis causa dignoscatur, nam interdum violentæ esse solent occasiones aliquæ, quæ præcesserunt, & tunc ligamenta relaxantur, atque debilitantur; non semel in ligatura, siue in ligandi modo error committitur, vel in medicamentorum forma, & materia; quandoque humor in luxata parte collectus gratia cuius ligamenta laxantur, & effeminantur; plerumque humorum confluxus, vel diuersi generis tumor esse solet; Tamen nostro in casu recidiuantis luxationis causam, præter humorum confluxum, affectæ partis humiditatē, atque imbecillitatem esse puto. Quare indicatio insurgit humorum confluxum remouendi, auertendi, atque affectam partem roborandi, exiccandique. Ad humorum affluxum diuertendum, nil præstantius, quam per interualla corpus purgare, ac sudorifica deco-

S f

cta

ſta exhibere, de qua re ad periti medici Curantis prudentiam me remitto. Ad partem affectā verò roborandam, atque exiccandam ea medicamenta, quæ ſimul adſtringendi, exiccandi, atque humorem, qui in affecta parte cōtinetur abſumendi vim habeāt probarem, qualia ſunt malcor., hypocift., caſtor., ſœn. grec., pulu. flor. cammom., balauſt., bacc. iunip., gall., bitumen ſiccū, alumen uſtum, ſimiliaque. Com-

mendarem etiam emplaſt. ſacr. cñ barbar. mixt., vel empl. de pelle arietina, huiusmodi enim auxilia admota, vna cum vniuerſalibus exiccantibus noſtram Reuerendā ſanitati reſtitui poſſe puto, vel ſaltem meliorem in ſtatum perducī. Quibus non iuuantibus neceſſitate coacti ad uſtionem confugiendum eſſe puto, quæ cutaneæ ſint oportet, de qua etiam ad peritū Curantem me remitto. Die 3. Martij 1664.

## CONSULTATIO II.

*De ulcere canceroſo lingua, pro quodam Reuerendo Religioſo.*



*Mali Signa.*

Initium de quo cōqueritur admodum noſter Reuerendus ad deſtrā linguæ partem, eſſe vlcus canceroſum, indicāt eiſdem vlceris forma quæ, eſt rotunda, & inequalis, labra, quæ ſunt valde dura, & calloſa; materia quam eruſtat, quæ eſt ſanioſa, ac virulenta, dolor qui per interualla excruiat, temperatura malancolica, Aetas conſiſtēs; & tandem locus affectus, nempè lingua, quæ eſt laxa ſponcioſa, & mollis, ad ſuſcipiendum atrū humorem maximè prona.

*Mali cauſa.*

Cuius mali cauſa materialis, eſt humor melancolicus, non quidem valde aſſatus, aut putris, nam hic producit cancerum admodum malignum, indomitum, & effera-

tum, ſed mitior, qui nunc erodere, ac ſenſim exedere cæpit. Cauſæ verò remotæ, fuerunt varia errata in rebus non naturalibus, & in ijs, quæ melancolicum humorem cōgregare, ac generare poſſunt; præſertim verò Iecoris intemperies valde calida, & ſicca, quæ re vera potius cauſa interna dici debet.

*Curatio.*

Pro cuius mali curatione ita agendum eſſe puto, primum, vt materia morbifica euacuetur, deinde prohibendum ne amplius regeneretur, & tandem tota illa cācerofitas, quæ ad lateralem linguæ partem eſt adnexa, atque immerſa prorsus incidatur, ac extirpetur. Quos ſcopos attingere eſt admodum difficile, & operoſum, ne dicam impoſſibile; tum quia noſtri Reuerendi corpus eſt valde debile, & Iecur, ita ad calidum,

*Preſagium*

dum, & siccum intemperatum, vt nullo pacto corrigi possit; tum etiam, quia callosa illa substantia, ac dura sine ineuitabili vitæ discrimine, extirpari, ac remoueri nequit; esset enim necesse, vt tota illa callosæ carnis excrescentia, nouacula incidatur, ac permittere, vt copiosus sanguis educatur, & tandem candenti ferro sanguinem sistere, & cancerositatis radices omninò dissipare; quæ omnia à virium iactura, & ab affecta parte contra indicantur. sūt .n. sub lingua quedā cauernulæ bipartitæ, quæ succo fæculento sūt repletæ, quare ingens linguæ portio esset incidenda, vt crassus, ac fæculentus ille sanguis effundatur, quod neque ab Ægroto, neque ab arte permittitur, vetat enim *Celsus lib. 5. c. 28.* curationem canceri, quæ per ferrum, & igne fit, inquit enim, quod si radicitus euellatur, vel vlcus remanet cancerosum, & immedicabile, vel ad aliã partem, hic humor labitur vbi maius, & breuius periculũ infixit; aut malum reuerteretur. quare cum indicationes curatiuæ locum non habeant, ad præseruatiuas esse recurrendum puto, nēpè ad leniendum dolorem, atque firmandum vlcus ne vltro proferpat, has omnes facultates præstare possunt, omnia illa auxilia, quæ atrëbilis feruorem possunt remittere, viscera attemperare, ac venenatæ causæ resistere. Ad atrëbilis autem feruorem attemperandum, præter aquas refrigerantes, serapia, siue simplicia, siue

composita, atque præter probam victus rationem probarem, longũ vsum feri caprini, vel lactis asininini, præsertim verò aquam stillatitiam, ex fero caprino, radice chinæ, & cancris fluuiialibus, nam mirã præstat pro attemperandis etiam visceribus, & malam qualitatem corrigendi, ac venenositatem atrëbilis ad partem verò affectã commendam lotionem ex aqua stillati ia solani, plantaginis semperuiui, acetosæ, ranarum carnis limacum, addita aliqua portione mellis rosati. confert etiam non parum ad cancrum exulceratum ling., aq. stillatitia cardui benedicti, plantaginis, hord., lupul., ligni heraclini, & rosarum, deinde puluis ranarum aquatiliũ, cardui benedicti, gammarorum, & nicotianæ vlceri aspergatur. Demũ viuendi modum infirmo non propono, quoniam ab excellentissimo curante optimè fuit institutus, solum illud admoneo, vt continuo noster Reuerendus bibat vinum aliquod cum china, borragine, buglossò, lupulis, & similibus medicatum: alium sibi lubricam clisteribus emolliētibus, passulis, ac prunis præparatis cõferuet: interea faxit Deus, vt hæc nostro Reuerendo vtilia sint, vitamque ipsius longè producant. Die 26. Aprilis 1664.

APPENDIX.

**E**St autem lingua nobilissima humani corporis pars, à natura ad dignoscendos sapores

destinata, ita dicta à lingen-  
do, siue potius à ligandis hominū  
animis; cuius substantia naturali-  
ter est carnosā, rara, laxa, ac mol-  
lis, nam alterius generis carnem à  
reliqua carne sortita est; quare  
non mirum si quandoque fœcu-  
lentos humores excipiat, ac me-  
lancolicis vitijs tentetur, quæ  
vix superari possunt; non enim  
generosa præsidia, quæ pro alijs  
malis dissipandis opportuna cen-  
sentur, absque maioris noxæ pe-  
riculo admittit, propter sui nobilē  
structuram, nam componitur ex  
membrana, quam habet ab ea,  
quæ intus totum os succingit, ex  
decem musculis, multis, neruis,  
tum propter sensum tactus, & gu-  
stus, tum propter motum; il-  
li autem qui gustum præbent, à  
tertio pari neruorum cerebri ortū  
ducunt; qui verò motum exhibent  
à septimo pari eiusdem cerebri  
proveniunt; præterea componi-  
tur ex multis venis pulsantibus, &  
quatiētibus; quare facillē linguæ,  
affectus nobilioribus partibus pos-  
sunt impartiri, præcipuè si ex præ-  
ualidis auxilijs irritetur; atque ex

his detegitur error eorum, qui pu-  
tant, præmissis vniuersalibus au-  
xilijs, cancerosam linguam esse  
abscindendam, deinde vrendam;  
est enim multis experientijs com-  
probatum, quod ob repentinam  
illam ignis violentiam, vniuersi  
corporis spiritus, humoresque  
exagitantur, ad affectamque par-  
tem adiuuante immoderato calo-  
re, ac dolore concitantur, & tan-  
dem vstione illa importuna, fre-  
quenter celerrimè miseri Ægro-  
tantes in interitum ruunt, quos  
fortasse longiori tempore serua-  
set natura, & arsetiam cunctando  
aliquid auxiliij præberet, adhuc  
magis errant medicastrī, qui pro  
linguæ cancerositate extirpanda,  
dolorosis causticis vtuntur, præ-  
sertim verò, oleo antimonij, quod  
vehementissimum est., nam ex  
his ita fuisse exacerbant linguā  
non semel vidimus, vt infra pau-  
cos dies miseri languentes fato  
cesserunt, vt Illustri Marchioni  
Sancti Angeli accidisse vidimus,  
qui propter repetitas vstiones ter  
factas misere paucos post dies fa-  
to cessit.

### CONSULTATIO III.

*De sclopeti vulnere ad Thoracis Regionem, pro quodam  
Magnifico viro.*



Magnificū hūc virū,  
esse ad anticam  
Thoracis regionē  
inter quartam, &  
quintam costam,  
pila plumbea sauciatum, præter

sensum aspectus, atque tactus; in-  
dicat euidentis Plaga, quæ cum li-  
uido carnis colore apparet, ita vt  
veluti eschara esse videatur. Cu-  
ius vulneris causa immediata, vt  
ex eiusdem etiam Aegri testimo-  
nio

nio habetur, fuit Glans plumbea: mediata verò, siue efficiens, fuit tormentarius puluis igne accensus, & causa remota, sclopetum.

Quod quidem vulnus quoniã in propria essentia est magnum, rotundum, & vniuersam Thoracis capacitatem perforans, idcirco, vt plures partes sint fauciatae, est necesse, præsertim verò musculi intercostales, costæ, pleura, venæ, neruuli, & pulmonis substantia, vt præter specillum denũciant difficultas respirandi, tussis, frequens anhelitus, sanguinis spumosi eiectio, spiritus qui cum sono fertur, genæ quæ modo rubêt, modo pallefcunt, sanguinis sputum, & febris è vestigio exorta.

Cum igitur tot ac tantæ partes sint confossæ, & illæ quidem præstantissimis muneribus deseruientes, simulque exitialia accidentia complicata, nulla salutis fiducia viget. Verum quia non licet sine auxilijs Aegros relinquere, & fatius est succurrere remedijs malo, quam ijs omiſſis ægrum mori finire, & præsertim vbi videmus fauciatum, non solum per aliquas horas, verum & dies, vitam protrahere posse, recurrendum est nõ solum ad particularia, verum etiã ad vniuersalia medicamenta. statim igitur sanguis, per venam selectam in pauca quantitate detrahatur, sed ad arcendam inflammationem pulmonis, maximè omnium prodest hemorrhoidum procatio, inquit *Hieronymus Fabricius lib. de vuln. c. 23.* exhiberi etiam possunt syrapi, qui partem læsam

præcipuè respiciant, vt de cichorea, de farfara, de liq., de iniubis, capillo veneris, cum portiuncula stordij puluerizati, & boli armeni orientalis; à medicamentis validis, quibus vtuntur Chirugi, qui castra sequuntur abstinere, poterit tamen si vires permittant exhiberi, mel viol. solutiuum, syrupus violatus, cum decoctione pectorali.

Ad vulnus verò quod attinet, prima indicatio esse debet educendi sanguinè in capacitatem effusum, secunda abstergendi, & tertia agglutinandi. Prima indicatio absolui poterit optima Aegri collocactione, nam Aeger reliquo corpore ex lecto pendulus, ac pronus in caput collocari debet, deinde os, & nares comprimantur, quo pulmo intumescat, diaphragma furrigatur intercostales, & abdominis musculi comprimantur, vt sanguis in Thoracem effusus, per vulnus exprindatur. verum vt eiusmodi excretio promptius succedat, digitus altiuscule in vulnus immittatur, sed ne sanguis magno impetu in capacitatem labatur, adstringentes pulueres per cannulam intus insufflentur, vt pulueres bol. armeni, mastich. sang. drac. terræ sigill., sarcacol., & huiusmodi. Per os quoq; exhiberi poterunt trocisci de ter. sigil. pul. bol. arm. or., cornu cerui vsti permisti, cum sy. de rosis siccis, mirt., vel cum decocto pimpinellæ, pilosellæ, plantag., Gariofilatæ consolidæ maioris, &c. Secunda indicatio expleri pariter po-

Præſagium.

Curatio.

poterit, cum auxilijs, quæ extrinsecus admouentur, cum ijs, quæ intrinsecus exhibentur. extrinsecus autem vtiliter fieri possunt iniectiones ex decocto hord., lent. melle ros., & sacch. rub.. intrinsecus verò exhibeatur lac caprinū, vel vaccinum, vel Asininum cum pauco melle, ne in vētriculo corrumpatur, sed efficacius est lac muliebre quod ab *Auic.* præfertur facc. ros., quod detergendi, adstringendi, ac roborandi facultatem habet. est tamen his prudenter vtendum, præsertim verò dum hæc exhibentur Aeger supinus iaceat, diutius in ore teneantur, atque exagitentur, sic enim melius laryngis muscoli relaxatur, & per tracheæ arteriæ tunicas sensim instillantur. cauendum pariter ne affatim deglutiantur, & tussim excitent. tandem ad vltimam indicationem, quæ est agglutinandi, absolendam probarem præter alimenta, medicamenta adstringentia, quæ poterunt parari ex tenuissimo puluere bol. arm. vtriusque consolidæ, poligoni, & sarcollæ, licet tutius sit, si ante iniiciatur decoctū, quod habeat vim abstergendi, & materiam magis dissoluendi, ac præparandi, vt promptius per vulnus fluat, & expurgetur. ad hoc plurimum valet vinum album, cum melle, & scordio, vel decoctum pilosellæ, poligoni, vtriusque consolidæ caudæ equinæ, plantaginis, tormentillæ, acaciæ, hipocistidis in quo sit mel rosatum dissolutum. Verum si accidat, vt materia re-

tineatur, efficiendum est, vt partim per os, & vulnus expurgetur, partim etiam per vrinam diureticis auxilijs educatur, & post aliquot dies loco turundæ, cannula apponatur, ad hoc vt vulnus apertum seruetur. faxit tamen Deus opt. max. vt his omnibus remedijs detur locus. die 4. Iulij 1663.

## APPENDIX.

**V**ulnera, quæ expilis plumbeis, vel consimilibus alijs Globulis fiunt vi ignis, ex puluere tormentario accensi explosis, noua esse dixerunt fere omnes, & veteribus ignota, quare de his tractant tanquam de nouo vulnere genere. Sunt etiam alij, qui aliter sentiūt, dicūt. n. esse antiquissimum, idque probant, quia veteres in vrbibus expugnandis quibusdam organis vsi sunt, qui Catapulta olim appellabantur; de quibus meminit *Plaut. in Curc.* his enim Glandes, Globulos, & similia proijciebant, quæ etiam corporibus infixæ, magnam stragem, passim inferebant, vt ex ijs de quibus scripsit *capite sexto septimi libri Celsus* colligitur, vbi de pila plumbea in parte aliqua relicta agit, atque docet qua arte sit extrahenda, simulque vulnus curandum; quare esse antiquissimum vulnerum genus omnino contendunt. Verum, vt verum dicam instrumenta quibus his nostris temporibus vtimur, re vera noua sūt, & minimè veteribus cognita; fuerunt enim casu à quodam Germa-

no

no adiuuenta, *vt cap. 11. lib. 11.* refert *Polidorus Virgilius*, ducentis ottuaginta circiter ab hinc annis nempè 1380. illud quoque verū est, quod vulnera ab igniuomis telis illata, non simplicem continui solutionem efficiunt, sed cōpositam; semper enim contusas, ac laceratas carnes, venas, membranas, neruos, ossiumque fracturas adnexas habent; & ex nonnullorum sententia etiam ambustionem, venenatamque qualitatem. Quæ ratione vulnus sclopeto factum, esse multiplex morbi genus, multiplicemque continui solutionem, cum ambustione, veneno, attritione, contusione, & ossium fractura, scripsit *Alfonsus Ferreus lib. de alcabiforum vulneribus c. 1.* idque præter *Ioannem Vigonium*, confirmavit etiam *Franciscus Placconus c. 1. libello de sclopetorum vulneribus*. Esse autem ambusta satis euidenter denunciat eschara satis magna (dicunt,) quæ circa horum vulnerum orificium obseruatur; eschara autem peculiare est ambustionis inditium, nō enim potest nisi ab ignitis instrumentis concitari, addunt etiam, quod causa, quæ ad percutiendū Globulum impellit ignea est, quare effectus igneus esse debet: Violentus motus ex *Aristotile 2. de Cælo, & 2. meteorologicorum* omnia corpora ita calefacere potest, vt ea inflamet, & liquæfaciat. in super videmus in his vulneribus inflammationem, ad nonā vsque succrescere diem, postea verò diminui, commune accidens omni-

bus ambustis, à talibus pariter vulneribus excernuntur acres, ceterique Ichores, nigricantes fuligines, quæ sunt potissima vstionis indicia, & effectus.

Præterea esse hisce vulneribus veneficam qualitatem coniunctā, ex eo conuinci potest, quod praua, & maligna symptomata ipsa sequuntur, qualia sunt febres mali moris, vehementes inflammationes, Gangrenæ, sphaceli, aliaque similia, nam venenum hoc cū calidum sit, non solum principalibus membris malum habitum inducit; verum etiam, & illis quæ lesæ sunt partibus putrefactionē, mortificationem, erosionem, & corruptionem præbet, quare nō mirum, si qui sclopeto sauciati sūt, ferè semper corripiantur cordis tremore, vulneris labia liuescant, ac nigrescant, quæ omnia sunt certissima veneni indicia. deinde fiunt hæc vulnera à cāusa venenata, nempè à puluere, qui venenatus est, quod autem sit venenatus, probatur ex ijs ex quibus conficitur, sunt autem hunc puluerem componentia, sulphur, salpetre, & carbones, sulphur enim calidū est in quarto, & siccum, vt colligitur ex *Auicenna*, nitrum similiter in tertio, hæc enim dum incenduntur insigni sua caliditate ledūt; quia venenata sunt.

Adde quod qui talem puluerē construunt, atque præparant, ne ab eius venenato halitu offendātur, os, naresque sibi occludunt, eoque tempore ab acribus, nempè ab alijs, cepis, aceto, & similibus

se

se abstinere, quod faciunt experientia edocti, quoniam horum ciborum acrimonia vim habet incidendi, aperiendi, & efficiendi, ut pulveris malignitas ad latentes cordis, membrorumque principalium partes penetret; tandem ab alexipharmacis vulnerati maximum iuumentum percipiunt, quod manifestum est indicium, sclopetorum vulnera venenata esse. his enim ac consimilibus rationibus contendunt talia vulnera, non modo esse ambusta, verum etiam venenata. Sed his non obstantibus dicendum, atque omnino est credendum, vulnera sclopiis inflata neque esse exusta, neque venenata, sed solum contusa, ac proinde non aliter ac contusa esse curanda. nam si talia vulnera assent ambusta, utique à sauciatis vis ignis perciperetur, ignea enim vis valde sensibilis est, sed nullus caloris sensus percipitur, ne dum exustionis; ergo hæc vulnera esse ambusta non est credendum; deinde si pila plumbæ sclopo explosa vim comburendi haberet, combureret quod est magis combustibile; sed non comburit, minor probatur; primò experientia, deinde ratione, experientia quidem, quia videmus, quod indumenta, siue lanea, siue serica, siue cuiuslibet alterius materiæ, à Globulis confossa, nullo pacto comburuntur, quin frequenter, neque ipsemet pulvis comburitur, neque ignem concipit, quare multo minus potest comburi caro. ratione etiam quia agens semper agit in mate-

riam magis dispositam, quam minus dispositam, sed magis disposita sunt indumenta quam caro, quare si indumenta non comburuntur, igitur neque caro. adde quod neque Globuli ex Gossipio, vel stupa, vel carta facti, quamvis vi ignis excutiantur, non comburuntur, igitur multo minus Globuli, ex plumbo, vel ferro facti, ac ex inflammabili materia conflati comburi possunt; atque accendi, quin neque pila plumbea statim explosa, & manibus arrepta vllum præbet caloris indicium, neque pila cerea liquefcit, neque funditur, aut accenditur. Quod neque venenata debeant existimari facile est ostendere. nam si quid veneni in his vulneribus adesset, vel esset venenata, quædam qualitas excedens manifesta, vel à tota substantia; excedens qualitas manifesta esse non potest, nempe calida; quia calida in tertio, aut quarto gradu extrinsecus applicantur, etiam in parte exulcerata innoxie, præsertim si ex arte admouentur, quod si quandoque imprudenter applicentur, nihil aliud efficiunt quàm exedere, & caustici medicamenti effectum edere, non autem interimere, & cor petere, ut procuradibus fistulosis vlcibus, ac cancerosis affectibus in dies obseruatur, ad motis videlicet trociscis Vigonij ex pulueribus arsenici, ac sublimati conflatis: adde quod neque in his vulneribus adsunt signa exedentis qualitatis caustica, nam neque eschara conspicitur, qualis exci-

tari

tari solet vi escharoticorum, neq; cadauerosa caro, quæ vi septico-  
rum excitari solet, neque dolor  
persentitur, ac ab Aegrotantibus  
percipitur. præterea si adesset hæc  
venenata qualitas, quæ à natura  
vinci non posset, nullus ex his vul-  
neribus euaderet absque ope eo-  
rum, quæ pugnant aduersus hanc  
qualitatem, sed innumeri saucia-  
ti feliciter sanitati restituuntur, ab-  
sque usu eorum, quæ pugnant ad-  
uersus venenum; quare omnino  
est credendum talia vulnera non  
esse venenata qualitate manife-  
sta. Quod neque venenata sint  
deleterio veneno, à tota v3. sub-  
stantia exitioso, quis non videt?  
nam venenum *ex Gal.* decreto hoc  
habet peculiare, vt confestim de-  
struat substantiam nostri corpo-  
poris, est enim quammaximè vitæ  
principijs infensum; quare cum  
cor sit fons vitæ, venena peculiari  
quadam natura cor petunt, eius-  
demque natium calorem corrumpunt,  
sed eiusmodi vulnera non  
subito necant, quinimò per plures  
menses, & annos perdurant; quod  
si quandoque necant, aut praua  
symptomata moueant, contingit  
non quod venenata sint, sed quia  
partes neruosæ, aut principales  
sunt lesæ, vel magnas sanguinis  
profusiones concitant; his adde  
quod sanguinis missio citiorem  
inferret interitum, nam per san-  
guinis missionem ad præcipuas  
partes venenum retrahitur, & ta-  
men in his vulneribus innoxie  
sanguinem mittimus quinimò sū-  
ma cum vtilitate. Quod si in va-

letudinarijs obsidionibus, caritate  
annonæ, prauis alijs àëris constitu-  
tionibus pessima suscitent sym-  
ptomata, & mortem inferant, id  
contingit ex prauis cibis, quibus  
inopes, atque milites nutriuntur,  
vel ex coinquitato àère, vt in va-  
letudinarijs, vel ex prauis succis,  
vt in cachoeticis.

Ex his, ad rationes, atque ar-  
gumenta, quæ prò ratione dubi-  
tandi supra attulimus, facile est re-  
spondere; escharam enim satis  
apparentem, quam in his vulneri-  
bus adesse fatentur nonnulli, nū-  
quam dum militiæ essem, obser-  
uauit, præsertim verò in Vercellensi  
obsidione, vbi plusquam bismille  
ab his instrumētis sauciatos cura-  
ui, in quibus nullum escharæ  
vestigiū apparuit, quin neq; vési-  
culæ qualitates, quæ à vesicātibus  
medicamentis, vel ab igne concit-  
tantur visæ sunt. quare quod in  
horum vulnerum orificijs visitur  
non est eschara, sed caro confusa,  
contrita, ac macerata quadam in-  
temperie referta contusionis gra-  
tia concitata; neque rubedo, quæ  
circa has plagas elucescit,ambu-  
stionis indicium præbet; nam ta-  
lis rubedo, etiam in alijs confusis  
vulneribus obseruatur, fitque ob  
tenuis sanguinis influxum, qui ad  
hæc vulnera accedit. Quod si  
quandoque vsque ad nonam diē  
excrecant, id accidit gratia in-  
flammationis, quæ facile propter  
dolorem his vulneribus cōtingit,  
non autem quod sint ambusta.  
Adde quod sepè citrà inflamma-  
tionem, ac rubedinem tractantur,

T t quæ

quæ si quandoque superueniant, solent etiam in septima terminari. dici etiam potest, quod tali temporis spatio contusa caro putrescit, & abscedit, quare non ex vi ignis, sed ex putrefactione id contingit. Neque per motum igneas vires plûbea pila acquirere potest, non enim est talis, nec tali modo factus, qualis ad ignis formam concipiendam requiritur, quia cum orbiculari figura prædita sit, facile admodum per àërem fertur, ac circumquaque reuoluitur, quare non ita incalescit, vt vstionem edere possit. Quod si plumbum in sagittis liquecat, si fas sit credere, id euenit quoniã non facile àërem scindit, neq; vt pila plumbea circumuoluitur.

Tandem ad rationes eorû, qui affirmant, hæc vulnera coniunctã habere veneficam qualitatem, ex dictis manifestè patet, quid sit respondendum; negatur enim semper praua symptomata sauciatis, ex pilis plumbeis superuenire, & si forsã accidant, ex alia causa, quam ex veneno fieri est credendum, nempe ex immodico sanguinis fluxu, vehementissimis doloribus, vel inflammationibus, vel putridis halitibus ac similibus, quibus etiam reliqua vulnera ab alijs instrumentis excitata, têtantur, potissimum cum ad infecta corpora accipiuntur; et si ab Alexipharmacis sauciati auxiliũ percipiunt, euenit quidem quatenus præcipua membra roborant. Demum neque aliqua qualitas venefica in his vulneribus obseruatur,

neque reperiri potest, quia vt iã diximus, neque puluis, neque Globuli, neque ignea exalatio, sunt venenata, quoniam ea singula per se assumuntur, adde quod si talis puluis esset venenatus, alias huiusmodi exhalatio humanum corpus affligeret; nam prò curanda Gallicana carie sepe hunc puluerem admovent milites, nonnulli, multique alij, quin ferè omnes à puluere accenso combusti; nullam veneni vim experiuntur; nam dum militiæ essem multos vidi curatos, absque opere eorum, quæ veneno aduersantur.

Quod si, qui hunc puluerẽ constituunt, os, & nares sibi occludant id faciunt propter motum, crebrãque respirationem, sicuti etiã, qui triticum crastant, vel calcem metiuntur, efficiunt, ne puluis ab his eleuatus corpus alteret, atque exiccet. Ad illud de cepis, atque allijs, ex his quoque patet quid sit dicendum; nam id efficiunt ne viscera ab his alterentur, adde quod cepæ, & allia, ex Dioscoridis sententia aduersus venenum, quammaximè pugnant. Quare huiusmodi vulnera per se nullo pacto sunt venenata, per accidens verò id contingere potest.

Cæterum sicuti diuersæ sunt inter auctores sententiæ de horũ vulnerum natura, ita diuersa medicamentorum genera pro his curandis apponuntur; nam nonnulli in prima applicatione album ouitatum admovent, alij cum oui albumine acetum etiam permiscet, alij aquam cum aceto, alij aliquod ad-

*Curatiua indicationes.*

adstringens medicamentum simul addūt, bolum v3. armenum oriē-  
 talem, puluerem corallorum, tria-  
 fantala, alij terebinthinam, eius-  
 demque oleum, alij caustica ad-  
 modum calida, & oleum hyperi-  
 ci, oleum sambucinum, aliaque  
 quæ vim calefaciendi obtinent,  
 alij ferramentum cādens toti vul-  
 neri infigunt, idque repetitis vi-  
 cibus: isti autem quantum errant,  
 docet infinitus numerus eorum,  
 qui sine methodo curati miserè  
 vitam finiunt. Nam prima indica-  
 tio curandi hæc vulnera est re-  
 mouendi ipsos Globulos, qui vt  
 plurimum in parte sauciata reman-  
 ent, quod præsertim contingit  
 cum non totum membrum perfor-  
 rant. secunda sistendi sanguinis  
 profluum, quod ferè immode-  
 ratum esse solet in his vulneribus.  
 Tertia leniendi dolores, qui non  
 solum molesti, verum etiam im-  
 placabiles interdum obseruantur.  
 Quarta suppurandi, ac vendi-  
 nicandi affectam partem ab om-  
 nibus accidentibus, quæ ex flu-  
 xionibus concitantur. Prima au-  
 tem indicatio absolui potest, vel  
 digitis, vel vossellis, aut tenacu-  
 lis, aut forcibus denticulatis, aut  
 terebellis, alijsque similibus. di-  
 gitis verò, vel specillo sine multa  
 difficultate educuntur indumen-  
 torum frustula, concretus sanguis,  
 cõtusa ac lacerata caro: tenaculis,  
 aut forcibus euelluntur pilæ plū-  
 beæ, nisi in aliquo osse sint infixæ,  
 possunt autem ea via, qua ingres-  
 sę sunt, & ea qua tendunt extra-  
 hi, quod fiat prima die, qua quis

içtus fuerit, tum quia Globulus  
 tunc specillo tangitur, tum quia  
 commodius, atque facilius fit, cū  
 adhuc membrum calidum sit, &  
 minor dolor accitur, quam cum  
 ab àère alteratum, & refrigeratū  
 fuerit. Illud tamen verum est,  
 quod in his extrahendis obser-  
 uada sunt omnia illa præcepta in  
 propria cõsult. infra describenda.  
 De secunda indicatione, quæ san-  
 guinis profluum sistere docet,  
 magna habeatur prouidentia, est  
 enim sanguis vitæ thesaurus, dum  
 ipse deficit vitam ipsam deficere  
 necesse est, quapropter omni stu-  
 dio, atque conatu huic acciden-  
 ti occurrendum est: Sanguis au-  
 tem triplici de causa effluit, vt  
 præter *Gal. in 5. meth. docet Auic.  
 1.4. f.2. c.16. & 17. .l.* per anasto-  
 masin diapedesin, & diæresin; vbi  
 sanguis effluit, quia aperta sunt  
 ora venarum, fluxus hic fieri di-  
 citur per anastomosin, & hic in  
 hæmorrhoidibus, & purgationi-  
 bus mestrui vt plurimum sequi-  
 tur; vbi autem tunica rarefacta  
 sudoris instar transcolatur, per  
 diapedesin fieri dicitur; tandem si  
 sanguis ob lacerationem venarū,  
 & arteriarum sequatur, tunc per  
 diæresin effluit: in sclopetorum  
 autem vulneribus semper per diæ-  
 resin fluit ob vasorum scilicet la-  
 cerationem. His autem breuiter  
 præmissis, ad hunc sanguinis flu-  
 xum cohibendum *Galeni consilio  
 vtendum, præcipit enim 3. meth.  
 c.2.* vt claudatur, atque obturetur  
 vasiam disruptum, & apertum:  
 Clauditur autem duobus modis,

vno labia eius diffidentia adducendo, eorumque osculis obstructis vniendo, altero siue per ligaturam, siue per futuram, siue ad motis digitis, atque medicamentis obstructibus, vt fatim alibi dicemus de materia ac forma horum medicamentorum, ac de modo illa admouendi.

Ad dolorem autem sedandum, qui semper, & in principio, & in progressu adest, commendantur illa præsidia, quæ habent vim pugnandi aduersus causam, siquidē ablata causa tollitur effectus: sunt autem in his vulneribus plures causæ, quæ dolorem excitant, intemperies v3., solutio continui, cōtussio, laceratio, extraneum aliquod in vulnere relictum, neruosarum partium læsio, & similia; quare non solum debemus medicamentis infra dicendis causas remouere, verum etiam anodinis ipsis interea lenire: medicamenta verò, quæ deprauatum sensum tactus læsæ partis tollēdi vim habent, sunt calida, & humida naturæ nostræ quammaximè similia, ac tenuium partium, nempe anodina, vt oleum florum verbasci, amigdalarum dulcium, chamæmelinum, seminis lini, de vitellis ouorum, pinguedo humana, adeps vitulina, oleum de Catellis, oleum lūbricatum, emplastrum de maluis decoctis, ac tenuissimè tritis, folijs meliloti, additis farinis sem. lini, fœnugræci, cum oleis, & pinguedinibus, oleo rosato, & luteo oui.

Demum quarta, ac vltima in-

dicatio ex suppurantibus attenditur, siquidem omne contusum ex Hip. decreto, vt suppuret est necesse, atque quamprimum procuretur, priusquam conclusus sanguis computrescat, ac circumstitas carnes contamineat, aut latēs sanies maius periculum accersat: sint autem suppurantia, siue pus mouentia ex serie eorum, quæ natium calorem foueant, eiusdemque substantiam tueantur, alteratos humores sedent, sanguinemque ad corruptelam dispositum in pus quamcitissimè cōuertant, & vulneratam partem in meliorem statum restituant: has omnes facultates obtinet medicamentum, quod ex resina, terebinthina, luteo oui, ac oleo Hyperico componitur, vel quod cōstet ex vitello oui, croco, oleo lumbricorum, ac terebinthina, ex aqua vitæ optimè lota, cum aliqua portione mercurij precipitati, vel Ry. terebinthinæ spiritu vini lotæ ʒ 1., medullæ vituli ʒ ʒ, pulueris myrrhæ, thuris, mast., hord. ana ʒ 1., olei sambuci ʒ 3., pul. Mercurij precipitati ʒ 2., vitelli ouorū n. 2. mis. est tamen cautè, ac prudenter in admouendis medicamentis procedendum, præsertim verò in penicillorum, turūdorumq; vsu, siquidem non debent esse nimis crassæ ne extendant, ac excrementorū, quæ per vulnus educi debēt exitū prohibeant, ac siderationibus alijsq; prauis accidentibus detur occasio, nec nimis longæ, ne pungāt, vel nimis duræ, & asperæ ne lacerent, ac dolorem in-

inferant, quare primis præsertim diebus sint tantæ longitudinis, ac crassitudinis, vt ne vulnus claudatur prohibeant, simulque cõmòde pus exire possit. Quare ex his patet error eorum, qui per setonem, siue setaceum, ex lino, vel serico parato, medicaméta adhibēt setonem illum hinc inde tradendo, cū hoc modo puris exitus impeditur, & dolores ac inflammationes concitentur, vnde à setonum vsu est prorsus abstinendum, quoniã per turūdas vtrinque immissas idem præstari possit: adde quod hoc genus præsidij summa cum molestia gestatur, quia perpetuò labia ipsius vulneris lædit, neque potest medicamentum per totum vulnus deferre. Atque ita est procedendum in his vulneribus curandis, donec pus aliquo modo laudabile apparere incipiat: Quod si interea sordida reddatur, vt in corporibus cacochymis sepè fieri consuevit, ad abstergentia confugiendum est, nēpè ad pul. alūnis Roccæ vsti, mercurij præcipitati, tutiæ præparatæ, mel rosaceum cum hordei farina permistum. demum si in putredinem abire videantur, vt præsertim contingit in mala àèris constitutione, caritate annonæ, valetudinarijs, locis humidis, corporibus mali habitus, vt sunt corpora militum, magnis cõtusionibus, lacerationibus, & similibus; tūc à suppurantibus abstinendum, sed ijs vtendum præsidijs, quæ putredini resistent, sicuti esse potest medicamentum, quod conficitur ex

agrimonia, cetauro minori in puro vino decoctis, cuius colaturæ addi possunt succi apij, plantaginis, mel rosaceum, & cum far. hordei, croco, & terebinthina clara veneta spiritu vini lota, formetur vnguentum mediocris consistentiæ: vel quod recipit aluminis Rocchæ, æris vitrioli Romani, mellis ros. ana ꝑ 2. aceti optimi q. 5. ad ignem 5. A. ad formam mellis fiat vnguentum. Quibus nō conferentibus ad maiora recurrendum, & tandem ad ignem; est tamē caute ad neruosa loca his vtendum, ne ex horum mordicatione, grauissimis exortis doloribus, maiora mala succrescant. Quare ad has neruosas particulas ac imbecilla corpora sunt ea vsurpanda, quæ dolorem lenire, natium calorem protegere, & fouere, faucliatamque partem à putredine vindicare sint apta: has omnes doctes retinet medicamentum, quod recipit. vtriusque consolidæ, verbenæ, plantaginis, pilosellæ, centaureij minoris, hyperici, millefolij, symphiti pētaphilli cynoglossi ana m. 1. simul contundantur, & infundantur in lib. 1., aquæ vitæ, & lib. 2. olei optimi, quinque diebus macerentur, deinde adde terebinthinae lib. 1., coquantur ad succorum cõsumptionem, colatura seruetur in vase vitreo, optimū quoque est, quod recipit ol. ros. opt. lib. 1. olei terebinthinae opt. ꝑ 2. spiritus vini ꝑ 5. Gūmi elemi ꝑ 2., sang. drac. 3. 3., aluminis rocchæ vsti ꝑ 1., calcanti calcinati, & in eadem aq. vita dissoluti

ꝑ 1.

§ 1. macerentur sub cineribus calidis, & referuentur ad vsum.

Quibus omnibus proba victus ratio est addenda, quæ debet esse tenuis, ita tamen vt virium, ac consuetudinis prouidentiam respiciat, cibaria enim cruda, acuta, falsa, & quæ humidum, ac prauum succum gignunt, aut multum nutriunt dimittantur; vinum, nisi necessitas cogat, interdicatur, potus sit aqua simplex, vel hordeacea, àer probatur ficcus temperatus, & potius ad calidum, quam ad frigidum declinans: cauendum pariter ab ira est, à nimio motu, animique passionibus, & vigilijs; sanguinis missio non parum probatur, vt quæ humorum defluxum in partem affectam prohibet, inflammationemque, quæ his vulneribus facile superuenit, arcet, nisi virium robur illam respuat, fiat etiam quamcitissime, primò: reuulsio gratia, deinde deriuationis: nam cum medici munus sit naturæ defectum supplere, ac praua symptomata, quæ his vulneribus necessario accidunt, præuiderè, sequitur, vt illico redundantes succi omnium malorum cause auertantur, & per alias vias educantur.

Neque corporis purgatio in his vulneribus est contemnenda: cõfert enim duabus de causis, nempè propter morbi magnitudinè, ac vitiosi succi redundantiã: purgatio enim vt dicebat *Gal. 4. meth.* non solum conuenit in plenitudine, verum etiam in prauorum succorum abundantia, ac in mor-

bi magnitudine; quare qui genus istud remedij contemnunt, veluti quod parum, aut nihil ad istorum vulnerum curationem faciat, grauius errant, cum ratio, & experientia contrarium suadeant: *purgatio enim*, inquit *Hip. per aluum pluribus vlcibus confert: Et abibi: vulneratos fame affligito, & quæ insunt in corpore subducito: expurgantur enim biliosi, tenues, ac serosi humores, qui ad fauciatam partem facile cõfluere possunt: verum, vt prudenter fiat, habenda est ratio corporis vulnerati, constitutionis, consuetudinis, Ætatis, anni temporis, & regionis, & affecti loci. præterea, si per tempus licebit, sumendi sunt syrui alterantes ex cichoraceis, succo borraginis, infus. rosarum, buglossa, cum decoctione beton. söchi portulacæ, valerianæ, & similibus; post quorum exhibitionem, leniente aliquo medicamento corpus expurgetur, nempè sy. ros. solut., eleuario de succo ros., portione aliqua Rhabarbari in sero lactis infusi, sy. de infus. ros. rub., & huiusmodi: à violētis medicamentis, quæ *Hip. & Gal.* temporibus in vsum erant, est prorsus abstinendum, quia cum calidissima sint febres excitant, sanguinem exagitant, & vulnera ad inflammationè, atq; abscessum properant.*

Demum si accidat, vt omnibus ritè peractis, praua, ac horrenda accidentia ad fauciam partem prorumpant, vt ferè semper fieri cõtingit, nempè inflammationes, erysipelata, putredines, Herpetes,

Gan-

Gangrena, abscessus, ossium corruptiones, consimilesque alij affectus præter naturam, his omnibus ex arte occurrendum est. Quare si sauciata pars inflammatione corripiatur, ea omnia conueniunt circa vniuersalia, quæ supra proposita sunt, inter quæ sanguinis euacuatio, non solum per venæ se-

ctionem facta, seruata rectitudine partis, sed etiam per partem vulneratam: prodest enim ex vulneribus recenter factis, sanguinem fluere 4. met. dicebat Gal. reliqua verò, quæ præ his symptomatibus corrigendis desiderantur, petenda sunt ex ijs, quæ in consult. 19. sup. diximus, & dicemus.

CONSULTATIO IV.

*De vulnere sclopeti ad anticam Thoracis Regionem, præ quodam nobili viro.*



Si vnicum sit vulnus, quo vtinam ne lethaliter afficiatur, ad anticam Thoracis regionem inter quartam, &

quintam costam pernobilis noster patients, tamen multa alia secum adnexa habet mala accidentia, nempe ingentem spirandi difficultatem, immoderatam sanguinis profusionem, dolorem non leuem, & acutam febrem.

Quorum omnium malorum causa procatartica fuit pila plumbea ex sclopo explosa vi ignis puluere tormentario accenso: proxima verò est caro contusa, attrita, alterata, & inflammata, simulque concreti, ac grumosi sanguinis in ipsius Thoracis capacitate collectio, quæ memorata symptomata pariunt.

*Præfagium.* Quæ quidem mala etiam scorsim sumpta solent quammaximè esse exitialia, ac ferè deplorata. Quid sperandum, quum sunt cõ-

plicata, vt in casu nostro? dolor enim, & potissimum pungitius, cum acuta febre, ac spirandi difficultate coniunctus ad Thoracis regionem, præter pleuræ lacerationem, certam indicat eiusdem inflammationem, vt com. 1 2. 1. lib. aph. innuit Gal. non enim pulmo, ac huius regionis muscoli ob dolorem, inflammationem, ac continuitatis solutionem distendi, ac dilatari possunt, sicuti secundum naturam fieri consueuerat. quare natura, quæ nunquam deficit in necessarijs, per celeritatè, ac frequentiam eiusdem thoracis motus, querit compensare eiusdem defectum; igitur propter has causas, & quod sanguinis profusio, quæ propter disruptas, ac laceratas venas accidit, & intra thoracis capacitatem colligitur, quantum periculi portendant, vt satis notum omitto: quibus omnibus adde, quod vulnus penetrans ex forti causa illatum, sine aliarum contentarum partim lésione vix consistere

sistere potest, quare timetur, ne præter venarum, arteriolarum, membranarum, muscutorum, atque costarum discissionem, sit quoque pulmonis substantia fauciata. non propterea est noster patiens properdito, ac desperato habendus, ac deferendus, quinimo est ei salutaribus auxilijs succurrendum: nam natura arte adiuta solet interdum miracula edere, inquit *Querc. lib. de sclopetorum vulneribus c. 2.* Quibus de causis Empirici, illo naturæ bono freti, eorum curationem suscipiunt, qui propè iam sepulti videbatur, & à medicis vt deplorati deserti, tandem mirabiliter euadunt, vnde Gloria, & honorè sibi captant, nò sine medicæ facultatis detractio: Quare nos his mirificis naturæ affectibus innixi, audacter omnium morborum curationem aggredi debemus. In casu enim nostri Ægrotantis indicationes sunt eliciendæ, quæ dolores lenire, sanguinis fluxum compescere, febrem dissipare, & solutas partes agglutinare valeant: ante omnia igitur de sanguinis profluvio habenda est providentia, quoniam magis vrget; nam cum sanguis sit vitæ Thesaurus, vbi deficit, vitam ipsam deficere necesse est; quare omni studio, & conatu huic accidenti occurrendum est. cæterum cum sanguis triplici de causa effluat, vt *5. meth. c. 4.* notauit *Gal.*, nempe per anastomosim, diapedecon, & diæretum, in casu tamen nostro per diæretum effluit, nempe per lacerationem venarum, & arte-

Indicationes  
curatiua.

riarum; hinc indicatio insurgit vt obturentur, ac claudantur vasa disrupta, & aperta, non quidem per futuram, quoniam lacerata, ac disrupta vasa propter substantiæ defectum, consui nullo pacto possunt; non per digitum, quoniã neque potest ad fauciata vasa pertingere, neque sine maximo dolore, & molestia admouere, ac retineri; sed per medicamenta, quæ vim adstringendi etiam facultatè habeant, vt pul. bol. arm. orient., sanguinis drac., sarcocollæ, aloes, succus poligoni, bursæ pastoris folia quærcus succus cidoniorum, & similia, quæ cum far. volatili, & albumine oui agitata ad mellis crassitiem ex arte admoueri possunt. quod si ex his non sistatur, possumus in ipsum vulnus decoctum adstringens iniicere paratum ex aqua plantaginis, in qua bulliât myrtillorum, rosarum, & plantaginis folia, balaustia, pulueres bol. arm. & sarcocollæ, vel tandem confugiendum ad aquam fabrorum tepidam iniectam.

Pro leniendo dolore commendarem oleum ex vitellis ouorum, oleum de cera, balsamum apparitij, & oleum de catellis, quod quàm maximè probat *Pareus* pro his vulneribus curandis. *Franciscus Plasconus* in libello què scripsit de *sclopetorum vulneribus*, vtitur etiam oleo amigdal. dulc., sem. lini, adipe Gallinaceo, vitellino, & similibus.

Pro febre exhiberem alterantia, iterum secarem venam. quia sanguinis missio corpus refrigerat, do-

dolores lenit, inflammationis incrementum prohibet, & fluentes humores auertit, probarem tamē, vt fiat ex venis sedis, quoniam ex parte superna iam fuit sãguis missus, & corpus expurgatum. sed pro educendo sanguine in capacitate collecto, probarem vt vulnus amplietur, prudenter tamen, ne attingatur aliqua vena, & maiora detrimenta subsequantur; deinde poterit admoueri tenta argentea candubata, & patiens in situ idoneo collocetur.

Sedato, atque educto sanguine saltem secūdam maiorem partem, iniiciendum est aliquod auxilium, quod habeat vim abstergēdi, & materiam magis dissoluedi, ac præparandi, vt eo facilius

per vulnus fluat, atque expurgetur: ad hoc autem plurimum valet vinum album cum melle, vel decoctum scordij, pilosellæ, candelæ equinæ, plantaginis, tormentillæ, consolidæ maioris, & lentiū cum aliqua mellis portiuncula. terebinthina clara veneta, cum melle rosaceo dissoluta, à multis etiam pbatur, vt supra apponatur aliquod medicamentum emplasticum, quod apud medicos Neapolitanos solet esse digestiuum, hoc est luteum oui cum terebinthina, & oleo rosaceo mistum. atque ita procederem pro adiuuando nostro Aegrotante, de reliquis me remitto ad prudentiã peritissimi curantis die 27. Decembris 1662.

CONSULTATIO V.

*De vulnere Thoracem penetrante, & perforante ex vtraque parte, ex pila plumbea illato pro quodam Nobili viro.*



Vod vulnera ab igniuomis telis inflicta, obictus vehementiam, carnis dilacerationē, ossium fracturam, contusionem, sanguinis profluvium, aliaque funesta accidentia, quæ necessario mouēt, sint admodum periculosa, & non semel lethalia, præterquam quod experientia fides clarum facit; comprobatur etiam nobilis huius viri calamitate, qui tribus ab hinc diebus ad posteriorem Thoracis regionem pila plumbea sclopo

explosa fauciatus, nunc de fauissimis doloribus, ingenti febre, magna inflammatione, ac respirandi difficultate quammaximè conqueritur. nec mirum quia per ictus vehementiam, quamplures partes esse violatas, ac laceratas cernimus, nempè intercostales musculos, venas, neruos, arterias, & membranam subcingentem costas, & fortasse etiam pulmonem; quæ quoniam plurimè, & maiores ad posteriorem Thoracis partem continentur, idcirco vulnera ad hanc posteriorem partem aaccepta, ex communi me-

*Presagium.*

V u di-

dicorum consensu sunt valde pernicioſa, quia cum pleura ſit ex vtraque vulneris parte perforata, ac læſa, vt ex ſpecilli admotione innotefcit, ſitque neruoſa, ac valde ſenſitiua, facilè inflammatur. pleurę autem inflammatio, quanti ſit momenti, vt ſatis notū omitto: quare propter has cauſas, & quia vulnus eſt penetrans ad capacitatem, vbi copioſa materia colligitur, nec poteſt niſi magna, cū difficultate euacuari, timetur, ne interitum inferat, vel ſaltem in fiſtuſoſum vlcus commutetur.

Verum quia, non licet Aegros, ſine auxilijs relinquere, & videmus quod noſter patiens per tres dies potuit protrahere vitam, recurrere debemus, non ſolum ad particularia, verum etiam ad vniuerſalia medicamenta; nec ſolum ad ea, quę vulnus ipſum, ſed & ad ea, quę contuſionem, inflammationem tam internarum, quam externarum partium reſpiciant, imò & humorum confluxum, & ſanguinè, ſiue puſ in cauitate cōtentum educāt. ſtatim igitur, quia vires adhuc conſtant, iterum ſanguis mittatur, in pauca tamen quantitate detrahendus, & ſequēti die aliquod medicamentum leniens exhibeatur, vt mel violatum ſolutiuum, ſyrupus violatus cum decoctione pectorali; nec ſunt omittendi ſyrupi, qui partem læſam præcipuè reſpiciunt, vt ſyrupi de cicorea, de farfara, de liquiritia, de iuiubis capillo veneris, cū aliqua portiūcula pulueris ſcordij, & boli armeni orientalis.

Curatio.

Cæterum cum nullum in vulnere exiſtat peregrinum corpusculum, quod vrgeat, vel habeat rationem cauſæ, ſine qua non, licet, de fruſtulo indumentorum, vel aliqua portiūcula ipſarum coſtarum poſſit dubitari, quāquā vſq; adhuc non coſtat, quapropter, vt ſanguis, qui in cauitate continetur, & omnis ſuſpicio tollatur de extraneis, quę fortaffe intus poſſint contineri, non erit à ratione alienum dilatare orificium vulneris partis anterioris, per quod poſſit melius quidquid intus exiſtit, expurgari; prudenter tamen, ne violentur vaſa, quę per intercoſtalem regionem excurrūt, poſtea imponatur turunda filo alligata, ex ſtupa madefacta in ouo integro optimè agitato, in quo portio boli armeni ſit diſſoluta.

Ad orificium vulneris poſterioris partis, quod maius eſt, & ad expurgandum idoneum, medicamentum digerens imponatur cum terebinthina conſectum, & terebinthina lota oleo Hyperico, & vitello oui, quibus turunda illiniatur; quod ſi ſanguinis fluxus interea vrgeat, in vulnus ipſum decoctum adſtringes injiciatur paratum ex aqua plantaginis myrtillorum, roſ. rub., balanſtiorum, cum portione boli armeni, & ſarcocollæ, vel tandem deueniendum ad aquam fabrorum tepidam iniectam.

Suppreſſo ſanguine injiciendū eſt aliquod decoctum, quod habeat vim abſtergendi, materiam magis diſſoluendi, & præparandi,

vt

vt eo facilius per vulnus fluat, & expurgetur; ad hoc plurimū pollet vinum album cum melle, vel decoctum pilosellæ, caudæ equinæ, plantag., tormentillæ, pimpinellæ, & consolidæ maioris.

Quod si dolores vrgeant, poterit istillari intra vulnus oleum lilior. alborum, oleum lúbricorú; oleum violatum, sed præ ceteris probatur oleum catellorum, &

oleum Hypericum, vel oleū apparitij, quibus vtendum quousque dolores fuerint remissi, & suppuratio appareat, quæ vt citius fiat, adiuuetur etiam terebinthina clara veneta lota ex aqua maluarum; quibus omnibus addenda etiam est optima victus ratio, quæ debet esse eorú, quæ vires conseruandi, ac reficiendi, vim habeant. die 14. Febr. 1661.

CONSULTATIO VI.

*De fistula Thoracis, pro quodam nobilissimo viro.*



Vitium, de quo cōqueritur nobilissimus noster pater, in antica Thoracis regione circa destrú latus inter tertiam, & quartam costam, iam septimus agitur mensis; esse .n. sinú altú, angustú, & callosú, quem latini fistulam, & Græci syringam appellant, indicant specillum à quo tangitur, asperitas, & durities citrà vllum ferè sensum molestum, fides oculata, purulenta materia, copiosa, & fetens, quæ tussiendo educitur, & spiritus qui cum sono fertur.

Cuius causa nō fuit inflammatio, aut abscessus; sed vulnus perniciosum, illatum ab instrumento acuto, pungente, & incidente, quod perperam tractatum, prius fuit callo obductum, quam curatum: vbi enim horum vulnerum curatio diù protrahitur, callus ne-

cessario generatur propter crassæ materiæ influxum, atque infarctum, quæ in poris atque meatibus ipsius vulneris parietum imbibitur, cuius tenuiores partes à calore, tum natiuo, tum extraneo, & medicamentis, resoluntur atque exiccantur, & crassiores in faustie induratæ callú excitant, quod nō est aliud nisi quædam compacta caro, candida, madore priuata, & indolens.

Quæ quidem fistula quoniam à vitiosis succis, qui per poros, atque meatus à circumfictis partibus, & à toto etiam corpore supeditantur, fouetur, ac conseruatur, & consistat ad partem; quæ perenni motu agitur, præterquam quod curatu est admodum difficilis, timetur etiam ne sit exitialis; vix enim purulenta materia, quæ in capacitate continetur, per orificium, quod superius consistit, poterit prorsus educi, atque euacuari; qua retenta timetur, vt

V u 2 pul-

*Mali Signa.*

*Mali causa*

*Presagium.*

pulmonem exedat, & ptisín inducat; fistularum enim profunditas, & anfractuositas, curationis difficultatem augent, quia vsq; ad fundum medicamenta penetrare non possunt: quare non sine ratione Hieronymus Fabricius ab Aquapendente libello quē scripsit de Chirurgicis operationibus, Thoracis fistulas insanabiles pronunciat. Primo propter perpetuum motū dilatationis. & costrictionis. Secundo ob subiectam pleuram, quę non amplius agglutinatur. Tertio propter pus, quod sub cauerosa costa colligitur, eiusdemque costę corruptionem, & vitium contractum. Ultimo propter obliquum, & flexuosum fistulę sinum, eiusdemq; decliuem finē, atque terminum.

Vt igitur maiora mala, quę impendent, euitentur, incumbendum est: Primo ne copiosi, & prauissimi succi in corpore multiplicentur. Secundo qui iam geniti sunt educantur. Tertio fistulę orificium dilatetur. Quarto, vt vniuersa materia in Thoracis cavitate collecta, expurgetur. Quinto, vt callus remoueat, Sexto, vt vitiatum os costarum detrahatur; Et tandem, vt caro producat, & soluta pars agglutinetur, &

Quantum ad primum, ne prauissimi & copiosi succi generentur, efficit proba victus ratio, quę debet esse ex carnibus vitulorum lactantium, Gallinarum, pullorum, auicularum montanarum, & huiusmodi, sed non plena, ac immoderata, sed parca ac tenuis,

Quantum ad secundum, succi iam geniti venę sectione, & catartice educantur, mittatur tamen sanguis parçè ex vena media brachij dextri, quia redundantes humores recedunt à natura sanguinis, quare potius catartice educantur, sed non validioribus, vt putarunt nonnulli esse faciendum; validiora enim nõ probo, vt esset antimonium chemicè præparatum, nam mouet sursum ac deorsum; tum quia nostri patientis corpus non est immune à febre; tum etiam, quia non licet corpus perturbare, Thoracem exagitare, & humores omnes commouere, ne affectam partem petant, & maius detrimentum inferant: quare leuiora tantum probarem medicamenta, quę citra vllum discrimen valent redundantes succos educere, sicuti est manna electa dissoluta cum succo ros. ʒ. ad ʒ. 4. videlicet quinque cū duabus drachimis rhab. optimi.

Quantum ad tertium, ad dilatandum vlcis orificium, probarem radicem Gentianę, aut Aristolochię iuxta formam vlcis concinnatam, vel spongiam contortam; licet ad tollendam vlcis obliquitatem, quę est impedimento quominus purulenta materia educi valeat, potius probarem vlcis dilatationem ferro factam; sic enim etiam medicamenta melius poterunt admoueri: fiat autē huiusmodi dilatatio prudenter, ne nerui, venę, & Arterię, quę per hanc regionem excurrunt, attingantur, & noua, ac maiora ac-

ci-

Indicationes  
curatiuæ.

Curatio.

cidentia subsequantur.

Quantum ad quartum, ut ampliato ulcere collecta materia educatur, in conuenienti situ noster patiens collocetur, & inde cannula Argentea perforata apponatur; sed ne, dum supra vulnus declinat, ex pulmone, orificium vulneris claudatur, confert specillo ex arte admoto recurrentem pulmonem propellere. Quod si materia ob sui crassitiem nequeat expurgari per syringam, decoctum hordei melli admistum iniiciatur, vel decoctum centauri minoris, consolidæ, mille folij, pilosellæ, caudæ equinæ, ros. rub., hord. mundi ex vino paratum, in quo rhodemellis portio sit dissoluta, & puluis myrrhæ, & Aristolochiæ parum, quod fiat bis in die, quousque lotio clara educatur.

Quantum ad quintum, remoueat callus non emollientibus, quæ in casu nostro sunt debiliora, sed excaroticis, sicuti sunt trocisci *Ioannes Vigonij*, vel oleum sulphuris, vel vitrioli, quibus prudenter vtendum est, ne aliqua portio in capacitatem descendat, & maius, atque exitiale malum subsequatur, quæ toties repetantur, quousque eschara, vel vesiculæ prorupant, cuius casus procuretur, vel butyro, vel decocto maluarum.

Quantum ad sextum, pro remouendo osse corrupto, probantur

pulueres peucedani, Aristolochiæ, aqua vita cum melle, & huiusmodi, vel abrasorijs instrumentis detrahatur, vel ferro ignito, ut docet *Hieronymus Fabricius*.

Quantum ad vltimum, carnis productio adiuuari poterit sarcoticis præsidijs, sed non mineralibus, à quibus est prorsus abstinendum, quia sunt venenata, & lethalem calamitatem inferrent; nã licet carnis generatio sit naturæ opus, tamen ad nos spectat, quæ sunt impedimento remouere, præsertim verò motus Thoracis, qui quo effici poterit debet vitari; quod sanè fit, si respiratio tantum libera, in qua solum diaphragma mouetur, ab Aegrotante efficiatur, & in toto violenta vitetur: quare abstinendum est ab immodica loquutione, tussi, ira, clamore, & à quacumque cohibita respiratione. ad orificium vlcis probarem pulueres sarcoticos, vnguenta etiam sarcotica, licet tutius sit præuidere, ne iterum vlcus callo obducatur, quod fiet si vlcus curetur vnguento apostolorum, vel puluere mercurij vnguento aliquo excepto, cuius beneficio euocatur sanguis, qui materia debet esse carnis, quæ debet regenerari; tandem carne expleto, vlcis orificium obducatur cicatrice faxit tamen Deus, ut hæc omnia ex voto succedant.

CON-

## CONSULTATIO VII.

*De empyemate ex vulnere pro quodam Excellentissimo viro.*



**S**atis notum est malum, à quo maximo, cum vitæ discrimine vexatur Excellentissimus noster Patiens, est. n. collectio purulentæ materiæ in capacitate Thoracis, idque est adeò certum, vt nullus dubitandi sit locus; videmus enim, quod per interualla copiosa ex vulnere educitur materia, febris est continua, tussis est satis molesta, murmur in capacitate viget, difficultas adest respirandi, & pondus non leue percipitur.

*Mali indicia*

*Mali causa.*

Causa tanti mali remota, certum est, quod fuit vulnus ad Thoracis capacitatem penetrans, non sine læsione magnarum venarum, nã vt ex relatis audiimus, circa vulneris initium ingens sanguinis profluuium visum est, deinde quoniam liberum non habuit exitum, quin retentus, alteratus, & in purulentam materiam mutatus, huic exitiali malo data est occasio. Cur autem purulenta materia in cauitate collecta, ac retenta, nec educi potuit, nec euacuari potest, est, quia vulnus obliquum, & tortuosum est, propter quã obliquitatem, amissa fuit via; quin fortasse quoque, quod vulnus fuit reduplicatum, cuius vulneris naturæ mentionem fecit *Hildanus in su-*

*is centurijs obseruationum chirurgicarum.* Quare non mirum si vulnus agglutinatum, & purulenta materia non prorsus educta, sed in capacitate collecta, ac retenta, febrem, difficultatem respirandi, tussim, aliaque symptomata moueat, quibus nisi maturè maximis, & opportunis auxilijs occurratur, lethalem calamitatem proculdubio sunt allatura. Cur etiã Thoracis vulnera tantam quotidie saniei copiam accumulent, & fundant, est quia, (*vt inquit Pareus*) cordi vicina sunt, quod cum sanguinis fons existat, ab ipso ad partem affectam perpetuus fit sanguinis fluxus. illud enim est naturæ in conseruandis partibus afflictis studium, vt ad eas indefinenter affusæ, sine mensura, & modo omnia sua præsidia, sanguinem v3., & spiritus transmittit.

*Præsagium.*

Huius autem purulentæ materiæ causa proxima est sanguis, qui ex fauciatis venis effluit, hic etiã si quandoque sistatur, & fauciatiæ partes cicatrice obducantur, tamen quia cicatrix sepè debilis, aspera, & liuida fit; idcirco ex leui causa, nempè ex tussi, acribus succis, & consimilibus alijs occasionibus decidit, intrinsecus potissimum, quo fit, vt renouetur malum.

Cæterum licet empyema morbus

bus sit chronicus, tamen nisi efficacibus auxilijs adiungetur, languentes ducit ad inevitabilem interitum, facillimè enim transit in phthisin. tamen quia adhuc non sunt viscera violata, cum non adhuc sint elapsi quadraginta dies; idcirco est de remedijs excogitandù.

Remedia autem haud quaquã petèda sùt ex èplastris, linimentis, attemperatibus, alteratibus, balneis, lotionibus, radicibus contortis, spongijs, vnguentis, oleis, & consimilibus præsidijs; nã hæc omnia per plures dies incassum fuerunt tentata, & admota; Sed petèda sùt ex fonte chirurgico, ad quem, tanquã ad sacram anchorã, est confugiendum. Chirurgica enim facultas indomitos morbos, qui vnquam alijs præsidijs superatur, depellit, superat vincit, & sanat; quæ vt quamcitissimè fiat monent probati authores; etenim nisi infrà quadraginta dies educio fiat, necessarium est pulmonè exedi, pure téporis pgressu putrescète inquit *Gal.com. 15. lib. 5. apho.*

Verum de chirurgica operatione facianda, non levis est inter medicos altercatio, nam *Amatus Lusitanus c. 5.* consulit, vt fiat inter tertiam, & quartam costam. *Guido doct. 2. c. 5.* inter quintam, & sextam, ita etiam *Hieronimus Fabricius*, sed circà partem lateralem monet, vt fiat, sic enim evitatur discrimen ne partes internæ attingantur, alij inter decimã, vndecimã costam notham, à iugulo deorsum numerando, sectionem esse faciendam dicunt.

Sed hæc controuersia facilè soluitur, si dicamus, quod ne pericardium violetur, Thorax neq; in anteriore, neque in posteriore parte perforandus est, sed in parte laterali; ne autem diaphragma lædatur, sectio in loco non nimis humido peragenda est; sic enim evitatur, ne diaphragma, quod pleuræ annectitur, & in respirando eleuatur, vulneretur; vt autem pus comòdè effluere possit, sectio in loco nõ nimis alto istitueda est, quo pus non facilè effluere possit; ex quibus colligitur, qd qui inter quartam, & quintã apertionè faciūt tutissimum locum eligunt.

Sed in casu nostro Excellentissimi Ægrotantis, nullo pacto est admittenda sectio ad infernam partem, nempe inter quartam, & quintam, nam ex hac apertione multa impendent descripta, nempe doloris, inflammationis, sanguinis profusionis, delirij, & huiusmodi: præterea crudelis medici est cutem secare, musculosas carnes scindere, costam terebrare, pleuram pungere, & nouum vulnus excitare; nam quot, & quanta pericula imminent ex pleuræ læsione, & inflammatione, docet paucus numerus eorum, qui saluantur, & curantur; ex altera parte habemus vulneris orificium, adhuc apertum, & viam, quæ licet sit tortuosa, & feratur obliquè, tamen maiori, cum facilitate, & minori, cum discrimine aperiri potest; nam non est necesse pleuram perforare, & reliquas partes scindere; quinimò evitantur disci-

scrimina, quæ impendent, ne attingantur partes contentæ. Quod si *Hip.* præcipit suppuratos esse secandos in partibus infernis, id facit, quum non habet orificium ad aliam partem apertum, per quod possit purulenta materia expurgari. Quare cum in casu nostri Aegrotantis, etiam leuissima sectione peracta, possit purulenta materia, quæ copiosa in capacitate retinetur, expurgari, non cunctari oportet, sed quamcitissime

fiat priusquam virtus magis, ac magis debilitetur, & contenta viscera offendantur, & lethali calamitate afficiantur. suppuratos admodum difficulter sanari dixit *Gal. 4. de loc. aff. c. 7.* quia omnibus vires necessario laborant; sed sectio si incipiente supputatione fieret, fortasse multi liberarentur *Vall. 6. epid. 1.* notat, & hæc de præsentī calamitate sunt dicenda. Die 18. Febr. 1661.

### CONSULTATIO VIII.

*De ulcere canceroso sinistra mamma, pro quadam nobili Muliere.*



**N**otissimus est affectus, qui sex ab hinc mensibus nobilem hanc mulierem in sinistra mamma valde perturbat, est enim cancerosum vlcus; idque non solum præterita, *Mali Signa.* verum etiam præsentia denunciant. Præterita quidem, quia, (vt ex relatis constat,) à sex mensibus ad hanc vsque diem tumor durus in superiori sinistra mammilla parte, inequalis, aliquo modo liquidus, venosus, ac per interualla dolens caput extuberare. Præsentia quoque, quia præter nostræ Aegrotantis ætatem, quæ est quadraginta annorum ad generandū hunc morbum quammaximè prona, ac præter totius corporis, ac lecoris calidum, siccumque temperamentum, quo est referta, ad atrum, feruidumque succum

producendum, non parum accommodatum, indicat vlceris inequalitas, atque labiorum ad interiora retractio, quæ omnia cum obferuentur, cancerosam affectionē constituunt.

Quod si quis dicat huiusmodi malum, nullo modo redolere posse cancerosi affectus ideam, dum pus concoctum vlcus eructat, rubet, non serpit, nec medicamentis irritatur, vt in cancris fieri consuevit, in quibus nunquam concoctio visitur, fetor, erosio, putrefactio vigent, & leuissima causa irritantur. Quia facilis est resp. ex *Gal. qui lib. de diff. morborum, & libello de Tumoribus præter naturam* scripsit, quod nunquam, aut raro tumores ex humoribus producti, ex sincero ac puro succo excitantur, sed ferè semper ex mistis. Quare non mirum si huiusmodi af-

affectio, cancerosum vlcus esse appellandum dicamus, quia non ex pura atrabile, sed etiam ex alijs succis, non tantum fit productum, quantum etiam fouetur, ac conseruatur.

*Mali causa.* Sed quoniam, vt ex *Gal. libello de Atrabile c. 3.* colligitur, quod humor ater, & feruidus generatur, velex bile flaua, quam muscæ au fugiunt, velex succo melancolico naturali; tamen in casu nostro puto hunc atrum succum non ex bile, sed ex melancolia naturali productum esse, quod colligitur, quia video nostræ Ægrotantis corpus scatere succo pituitoso, cuius prouentus solet esse maximus in corporibus, in quibus naturalis succus melancolicus redundat, & in ætate declinante pariter viget. terminus autè à quo fluxionis huius acris humoris, est lecur feruidum quod ex varijs erratis in rebus non naturalibus insigne incrementum suscepit. terminus verò à quo pituitosi succi est ventriculus frigidus, & humidus, ob otiosam vitam quam ferè omnes feminae nobiles ducere solent: tandem terminus à quo communis, tum atro succo, tum pituitoso, est vterus, per què pluribus ab hinc annis diminutè admodum purgatur, quare factum est, vt sanguis pituitosus, ac melancolicus, qui per vterum excerni deberet ad mammam fluxerit, præsertim verò ad sinistram, quæ ex *Hip. sententia lib. de natur. pueri* ad recipiendum est magis disposita, ob sui imbecillitatem.

*Præfagium.* Quod quidem vlcus multas ob

causas esse incorrigibile existimo. Primò ob complicationem, quã habet naturalem, nempe ætatem consistentem, temperamentumque calidum atque siccum, quorum causa sæper ægrè vlcera curantur textatur *Eustachius Rudius*. Secundò ob complicationem non naturalem, nempe ob àëris regionisque caliditatem, atque inclementiam. Tertio ob complicationem præter naturam, quia est complicatum cum sua causa, alijsque morbis, ac symptomatibus: vbi enim cum his sunt vlcera complicata non solum non sanantur, verum etiã in deterius procedunt. Quarto ratione partis affectæ, quia vstiones, ac incisiones, quæ vt inquit *Gal.* horum malorum remedia sunt, ob vasorum magnitudinem, à quibus sanguinis profluuij ingens periculum instat, atque cordis vicinitatem, aliarumque partium nobilitatem, nequeunt ad mammas adoptari. Cum enim propè partes præcipes sit adustio, ingens impendet vitæ discrimen, quia facilè virtus ignis potest illis communicari. Quintò ratione ipsius vlceris, quia, vt notauit *Gal.* vlcera ex atrabile sunt incurabilia, quorum curationem, vt inuincibilem vetat *Hieronymus Fabritius*; nam vsque adhuc nullum inuentum est auxilium, quod valeat tam dirum morbum superare. Ceterum licet huiusmodi vlcus sit insanabile, est tamen præseruabile: auxilia autem quæ præseruandi vim habent, sunt illa tria medicinae instrumenta, chirurgia,

v3. pharmacia, atque dieta.

Indicationes  
præservati-  
væ.

Nam ex fonte Chirurgico plures utilitates attendi possunt, inter quas primum locum obtinet venæ sectio, quæ primo ex cubito, deinde accedente tempore quo mensæ erumpere solent, ex pede fieri poterit, præsertim verò Vere, & Autumno repetita. fonticuli quoque in utroque crure excitati tanquam satis utiles commendantur, quos magis in cruribus, ac infra genu probarem, quàm in coxa, siue supra genu; sic enim evitatur, ne materia, quæ fatim in tempore redundat, ac per novum ulcus excitatum noneducta, atque ob sui crassitiem, siue ob aliam causam non euacuata, ad tibiariū articulos recipiatur, & aliquod insignem malum ibidem suscitetur. Quin temporis progressu probare etiam alterum fonticulū in brachio eiusdem loci affecti: ad hunc locum referri possunt frictions, ligaturæ, & cucurbitulæ partium extremarum, præsertim verò crurum.

Ex fonte quoque pharmaceutico quædam alia admodum utilia petuntur, nempe lenientia, præparantia, & euacuantia; in genere lenientium sunt cassia, manna, mel ros. solutivum, & similia; in genere præparatiū sūt sy. de suc. borrag. buglos., cicor. lup., & fum. ter., decoctum borrag. lup. & fum. ter.; In genere purgantium, sunt sy. sueff., de polipodio, infusū ellebori nigri, & ag. trocis, ex quibus ad arbitrium Excellentiss. Medici curantis, variæ formulæ concinnari

possunt. poterit etiam repeti purgatio catapotij ex elleboro, de lapide lazuli, & similibus. Sed quoniam atrabiliarius succus continuo eget irritamento: idcirco nostra patiens poterit vti deiectione aliquo pharmaco, sicuti est idem sy. de polipodio, infusum mirabulanorum indorum, atque chebulorum ex sero, vel pilulæ ellebori nigri proportionati, & succo ros. ter. aspersi, & in umbra exiccati ex ovo forbili ad 1., vel vinum ex sena medicatum.

Præterea sunt quædam alia insensibiliter euacuantia, ut decoctum rad. chinæ in aq. cicoreaceorum, hepaticæ, lup., & fum. ter., vel iniure viperarum paratum; probatur etiam non parum theriaca recens. Sed maximè omnium ad attemperandum Iecoris feruorem probarem serum lactis caprini cum succo borrag., & cicor. sicuti, & idem lac Caprinum, vel Asininū, quod ne lædat ventriculum poterit corrigi saccharo, & tantillo specierum aromatici rosati, vel moscho, & ambra, hoc idem præstat irrigatio Hypochondrij destri, ex succo viol. aceto, & pulvere sandalorum, vel ex unguento sandalino, & in frigidante Gal. in posca dilutis, vel tandem balneū aque dulcis suo loco & tempore.

Tandem ad partem affectam poterit admoueri ungu. populeon cum succo solani, & plumbo vsto, simul in mortario plumbeo agitatis; quibus si addatur oleum rosatum, succus virgæ aureæ, & tabaci adhuc præstantius erit: dolor pariter, qui

qui per interualla excruciat, leniri poterit aq. stillaticia ex viperis, vel aqua ex Ranis, citro, pomis apijs, & hederę simul destillatis, interea victus ratio sit ex cibis boni succi, ac seruetur eodem profus modo, quo fuerit ex perito medico curante istituta die 16. Februarij 1663.

APPENDIX.

**P**Rorumpunt cancri in mammis frequenter, quia fungosę, & laxę sunt; ac ob amicum consęsum, quem vasa vteri cum mammis habēt, prone sunt ad humores recipiendos crudos exustos, ac melancolicos ab vtero, siue à cęteris partibus ad eas etiam fluentes, qui si non dissipantur, ac ritę euacuantur, vlcera dolorosa generant, imò maligna, ac cancerosa, quę nunquam vllis pręsidijs curantur, quia vt recte *Ioannes Heurnius* docet *com. 38. aph. lib. 6.* in his semper duplex est venenum, nempę vnum putrefactiuum, & alterum corrosiuum. quare si putredinem castigare, vo-

lueris, surgit alterum, quod est corrosiuum; hinc non mirum si indicationes curatorię in cancris vlceratis locum non habent, quia vt pręclarę notauit *Gal.* vlcera ex atrabile sunt incurabilia; siquidę illi solum exulcerati cancri, qui exigui sunt, ac in parte consistūt, quę āputationę possūt perferre p chirurgiam spem salutis admittūt; reliqui verò immersi, & inueterati, sunt omnino deplorati *Aetius* docet *lib. 16. c. 44.* Et ego dixi. *sup. in appendice consult. 21. de quibus latę*, omnes enim, qui eiusmodi caneros curare tentarunt magis illos irritasse, & breuius interemisse subdit *Gal. 6. aph. com. 38.* Quod si fortę fortuna accidat, vt curentur; neque res est intuto; nā refert *Auic. in cap. de cura cancri*, quemdam medicum incidisse māmillam cancerosam radicitus, sed deinde canceratam esse aliā; hoc idem textatur *Petrus Forestus lib. 4. obs. 5.* docet enim se obseruasse; ac proprijs oculis vidisse, vt post abscissam māmillam cancerosā, cancer posteo denuo redierit, & mortem intulerit.

CONSULTATIO IX.

*De Articuli cubiti distorsione, prò quadam Reuerenda Moniali.*



Ræter naturam affectus, de quo ad destri cubiti Articulum admodum Reuerenda acriter conqueritur, morbus est in vi-

tiata figura, nempę eiusdem Articuli distorsio, vt patet; quia brachium curuum, atque distortum apparet, adeo vt neque tendi, neque flecti possit, atque ita mutilatum persistit, iam quartus

agitur mensis; & quanquam pro eiusdem restitutione, correctione, ac curatione multa fuerint administrata, ac tentata præsidia, nam (vt dicunt) bisterue ad proprium situm articulum restituere, ac reuocare procurarunt, nihilominus adhuc perdurat malum; nã cum Articulorum luxationes ab ignaris medicastris, ac restauratoribus temerè, & imprudenter exagitantur, atque tractantur, siue ante, siue post, siue eodem tẽpore repositionis, vt distorsiones sequantur est necesse; quæ nisi cõfestim corrigantur callum contrahunt, cuius causa ligatur Articulus, & proprio motu priuatur; generatur autem facilè callus in omnibus luxationibus ob robustissima medicamẽta ab ineptis restauratoribus administrata, nempè, vel nimis frigida, & adstringentia, vel nimis calida, & exiccantia; sed maximè omnium in cubiti flexura, quoniam huiusmodi Articulus frigidus, ac excarnis est, quare intra eius capacitatem illa viscida humiditas, quam propter motum deponit natura, ad hanc articulationem fouendam facilè concrefcit; vix enim ex centũ, qui articuli cubiti luxationem patiũtur, vnus, aut duo liberè euadũt à callo, vt *cap. 13. libri de Luxationibus* refert *Fallopius*, idque ante ipsum docuit quoque sapiens *Senex lib. 3. de fract. tex. 63.* Illud tamen verum est, quod callus, qui in his luxationibus cubiti producitur, non semper eiusdem rationis est; obseruatur enim non se-

mel valde durus, quandoque durissimus, & plerumque minus durus; dignoscitur autem callum esse valde durum, atque lapidosum. Primò ex articuli extenuatione, siue gracilitate, vt idem *Fallop.* inquit. Secundò ex affectus diuturnitate. Tertiò ob medicamenti, post repositionẽ, & applicationẽ: in casu autem huius Reuerendæ callum esse valde durum, osseum, ac petrosum nemò ambigit; videmus enim cubitum extenuatum, atque gracilem, affectum esse diuturnum, medicamenta valde adstringentia pluries adhibita, nullũ in articulatione esse motum, etiam à medicis non semel exploratum, hæc enim omnia calli confirmati admodum duri inditia sunt.

Cum igitur ex dictis percipitur *Prognosticũ.* callum esse valde durum, atque lapidosum, sequitur affectum nostræ Reuerendæ esse prorsus incorrigibilem; nam obseruatũ est, quod callus in articulo non restituto, impedit repositionem, in restituto vero impedit motum; quare siue nostræ Reuerendæ articulus sit restitutus, siue non, mutilatio membri emendari non potest: nullum enim medicamentũ, vsque adhuc inuentum est, quod duros, ac lapidosos callos dissipare, dissoluere, ac remouere valeat, neque in casu nostræ Reuerendæ locum habere potest *Celsi* Chirurgia, qui præcipit, vt in duobus locis cutis aperiatur, ac detecto articulo callus scalpris disrumpatur, postea auferatur, vulnus tandem curetur, vt cætera vulnera cu-

curantur; quoniam præterquam quod huiusmodi operatio est valde dolorosa, & periculi plena, in confesso apud omnes etiam est, quod articulorum vulnera multas ob causas, quas hic referre non licet, inter maligna atque lethalia recensentur, adhuc immobilis remaneret articulus, sic refrigeratus, atq; magis, ac magis debilis propter vulnus inhumaniter excitatum; tentanda tamen sunt remedia, quia etiam ubi vix sperari potest salus, aliquando præter spem sanantur morbi, qui alioquin incurabiles videntur, eo magis, quod nostræ Reuerendæ corpus est robustum atque iuvenile non enim excedit vigesimum quintum annum; ubi autem natura est fortis, occultè operatur, & maximè adiumentum medicamentis adiuuendis afferre potest, quare fidèter ad auxilia deueniendum.

Curatio.

Quapropter instituta optima victus ratione, ac præmissa totius corporis euacuatione, siue per venæ sectionem, siue per purgantia medicamenta, prout magis opportunum videbitur perito Medico curanti, ad topica deueniendū; ad illa videlicet, quæ primo emolliendi, & deinde discutiendi facultatem habeant; ad emolliendū verò præter oleum dulce valdeque maturum, in quo totum articulum bis in die per horam immersum ægrota retinere poterit, foveatur etiam articulus primo vapore eleuato ex decocto vnius capitæ veruecij, sol., & radicū maluarum, althææ, atriplicis, sem. li-

ni, scabiosæ, fenugreci, & nucleorum pineorum; deinde eodè decocto bis in die mane videlicet, & vesperi etiam foveatur; post balneum, vel suffitum, vel fomentationem exicetur articulus, & iniunctis manibus absque panno fricetur, quibus peractis sequens linimentum adiuuendi poterit sub hac forma paratum videlicet; ꝛ. mucil. althææ, sem. lini, fenugreci ana ꝓ i. pinguedinis anserinæ recentis, Gallinacæ recentis ana ꝓ ꝓ, olei amigdal. dulc., butyri ana ꝓ ꝓ, ammoniaci præparati, styracis pinguioris ana ꝓ i. ceræ q. ꝓ. misce, & coquatur ad formam linimenti, cui addi poterit oleum vetustissimum dulce, in quo prius bullierunt rad. brionis Aristolochiæ, cucumeris Asinini, & althææ, quibus vtendum per plures dies. Quo tempore exacto ad discutiendum confugiendum, nempe ad suffitum ex aceto disperso super lapidem pyritem, vel molarè, factum per mediam horam, bis in die, postea adiuuendi poterit supra affectam partem emplastrum ex furfure, & oxymellite ad ignem confectum, nunquam frigidum, sed semper calidum, vel quod conficitur ex caricis pinguioribus, casco vetustissimo macerato in iure pernæ salitæ, & oxymelite simplici, postea iterum resoluentibus vtendum per quinque, vel sex dies, & tandem denuo ad emollientia recurrèdū, per alios quatuor, vel quinque dies, atque ita procedendum quousque callus dissipetur, ex his enim speramus, quod

na-

natura ex foraminibus cutis quantumuis minutis possit attenuata, excrementa, quæ in luxato articulo continetur educere. His autem auxilijs addi possunt chimica remedia, hi enim dicunt, quod oleum Tartari, & spiritus Tartari rectificatus, & à suo phlegmate depuratus, possint hæc vitia

emendare, nam hic spiritus dissoluit certissime omnes tartareos humores, & dissipat glutinosas, ac viscosas substantias, quæ in articulis generantur absque vlla noxa; faxit tamen Deus Optimus Maximus, vt hæc omnia nostræ Reuerendæ, reddantur salutaria. Die vlt Octob. 1663.

## CONSULTATIO X.

*De dextri cubiti luxatione, pro quodam nobili viro.*



*Mali Signa.*

Er Illustrem, ac nobilem virum detineri cubiti luxatione, non autem sub luxatione, vt quædam mulierculæ, & nonnulli Medicastri putarunt, vnicuiq; satis perspectum esse non dubito; videmus enim brachium curuum, quod nullo modo extendi potest, tumorem in posteriore, & cauitatem in anteriore parte, hæc autem omnia veram denunciant luxationem, & illam quidem in posteriore parte; quia si esset in anteriore prolapsus cubitus luxatus, essent contraria signa, nempe tumor insolitus in parte posteriore, & cauitas quoque insolita in anteriore, & etiam brachium esset extensum, nec vilo modo curuari posset, quod non obseruatur in casu nostro.

*Mali Causa.*

Huius luxationis causa, (vt ex relatis colligitur) fuit casus violentus ex alto, ex quo violenta, & subita brachij inflexio sequuta est, quæ fuit immediata causa,

huius luxationis ad partem posteriorem; nam licet cubitus summa naturæ arte, atq; Sapientia, sit per Gynglimon cum humero coarticulatus, & per fortissima, & robustissima ligamenta ligatus, nõ tollitur tamen quin interdum propter magnam aliquam violentiam, è sua sede, quæ acetabulum dicitur, in alienam prolabatur, & arbitrarius motus impediatur, vt satis euidenter hoc nostro ægroantis infortunio comprobatur.

Est autem luxatio hæc protinus reponenda, atque corrigenda, priusquam luxatum membrum vehementissimis doloribus occupetur, & inflammationes, febres, & conuulsiones oboriatur; verum, vt verum dicam nisi reponatur, illico callum contrahunt, & mutilatio membri sequitur, cum huiusmodi ossa hunc articulum componentia multiformia, ac varia sint, inuicemque se excipiant, simulq; multis ligamentis neruosisque particulis innectantur, semper admodum difficile restituntur

untur, præsertim cum ad posteriora vergit luxatio, vt in casu nostri Ægrotantis; nam hæc præterquã q̄ sēper difficulter in pristinum locum restituitur, exitialia mouere solet accidentia, quæ tãdem hominem præcipitant, & ad exitium perducunt, quod Deus auertat in casu nostri ægrotantis.

Cæterum cum vsq; adhuc nulum prauũ symphoma sit sequutum, prudenter, citò, tutè, & iucundè est luxatus cubitus in propriã sedem restituendus, pro cuius restitutione necessaria erit extensio, quæ in luxatione ad posteriorem partem debet obliqua à ministris fieri, postea Minister iniunctis oleo rosaceo manibus luxatum os in contrariam partem compellat, quoniam cū hæc luxatio sit recēs facilè proculq; dubio reponetur. Hanc luxationis speciem sola cu-

biti subita, ac diutina extentione, se curasse, refert Hipp. 3. de fract. . Verum si manus, & robur humanum imbelles sit, recurrendũ est ad instrumenta, quæ apud Oribaf. lib. de machinamentis depicta obseruantur.

Repositione peracta, medicamenta admoueantur, quæ dolorè leniendi, inflammationem prohibendi, luxata, ac distorta ligamenta constringendi, ac roborandi facultatem habeant, vt est quod conficitur ex oleo ros. , aut myrt., pul. adstringentibus oui albo exceptis ad mellis consistentiam; deinde congrua fascia deligandum est brachium, & ita collocandum, vt mediam obseruet figuram, de qua re me remitto perito in hac facultate. Die 7. Nouembris 1662.

CONSULTATIO XI.

*De Panericio indicis dextera manus, pro quadam nobili Muliere*



**N**obilem hanc mulierẽ nobis propositam laborare præter naturã affectu circa vnguis dexteri Indicis radicẽ, qui panaritiẽ vulgo dicitur, & Græcè Paronischium, signa pathognomonica sunt rubedo vehemens, acuitas apostematis, & dolor fortissimus cū pulsatione grãdi, & continuus; talis enim dolor,

non solum circa vnguis initium existit, verum etiam circa vniuersam eiusdem digiti regionem, & aliquandò per totum brachium se extendit.

Cuius mali causa non fuit spũctio acus, aut contusio, siue percussio, è quibus frequentissimè huiusmodi vitia fiunt, sed vt audiuius fuere exulcerationes in radice existentes. referunt enim post exertas, atque auulsas has pelliculas. Primò pungitiuo dolore, de-

*Mali signa.*

deinde tumore cum rubore, & inflammatione fuisse correptum, de quibus non miror, quoniam huius vitij ferè semper immediata causa est fluxio, quæ ex nuper memoratis causis concitatur, non quidem sanguinis exusti, aut nitrosæ pituitæ, ibique concretæ, & putrescentis, sed sanguinis biliosi tenuis, & præter modum calidi, qui primo vnguis radicem, ac extrema digitorum ostia inflāmauit, & postea etiam cæteras vicinas partes inuasit.

*Prægnosticū.* Qui quidem affectus quoniam fit, & cōseruatur ex materia cholericæ, acuta, & ingentis caliditatis, atque inflammationis, vt inquit *Guilielmus Placentinus lib. 1. c. 31.*, sitque collecta in fine neruorum digiti manus, & ligamentorum vnguis, & seuiissima symptomata moueat; non est contendendus, nam periculum impendet, ne maiora mala inferat, nempe radicis vnguis, & ossis corruptionem, digiti interitum, Articuli mutilationem, syncopem, & appetitus destructionem. Quare non sine ratione inter grauissimos tumores adnumerantur à *Fallopio lib. de tum. P. A. c. 23.* nam ex Panorichijs neglectis mali moris vlcera non semel sequuta fuisse, refert *Iulius Casar Arantius lib. de Tum. præter naturam c. 71.*

Cum igitur ex Panorichijs tot mala contingere possint, oportet, in eorum curatione, vt omni studio procedamus; præsertim verò debemus efficere, vt biliosi sanguinis fluxio, ex qua malum fo-

uetur, auertatur, non solum per apertionem venæ circà malleoli regionem; verum etiam per purgantia præsidia. Ad partem verò affectam, quoniam fumus in fine augmenti, & dolores quammaximè vigent; idcirco probarè quæ leniendi, ac suppurandi vim habeant; has omnes facultates obtinet emplastrum, quod recipit butyri recentis; & pinguedinis Gallinæ ana  $\frac{3}{4}$  far., sē nigræci, & sem. lini ana  $\frac{3}{4}$ , mucilaginis sem. psillij.  $\frac{3}{4}$ . I., cum vitello oui mis., & in mortario absque igne fiat emplastrum. Folia etiam scabiosæ virētia, & contusa cum axungia, non parum possunt esse proficua, docet *Lanfrancus*; caricę pariter cōtusę cum butyro vtiliter admo-ueri poterunt. Confert etiam apponere, præsertim circa principium, lenticulam aque tritam, & incorporatam cum aceto, & albimine oui: nonnulli faciunt digitale ex cera noua, nam hoc calefaciendò, & mitigandò, sopit, ac lenit ex parte dolorem, & valet ante, & post ruptionem. Verum si ex his cita suppuratio non sequatur, poterit admoueri medicamentum, quod recipit rad. maluauisci incis. & cōct.  $\frac{3}{4}$ , vitellorum quorum cōctorum nu. 11., butyri recētis  $\frac{3}{4}$  I., mis., & fiat emplastrū.

Apparente suppuratione aperiat parua sectione, vt pus siue sanies euacuetur, postea detergatur medicamento, quod ex melle, far. hord., & terebinth. conficitur; tandem si in vlcus mali moris cōmutetur, poterit admoueri mercurius

rius præcipitatus cum vnguento aureo, aut butyro dissolutus; & si accidit, vt ossis corruptio detegatur, pulueribus exiccantibus cum euphorbio mistis, vel melle ros. cum spiritu vini, alijsque cõsimilibus curetur, verum speramus quod sine his absoluator curatio, præsertim verò absque igne si prudenter tractetur, non enim sequi debemus *Vigonij* consilium,

qui in panaricijs curandis, nulla expectata concoctione, ignito ferro aperit; cauendum pariter est, necarnis incrementũ, quod Pterygion vocant sequatur, vt nõ semel expertũ fuisse vidimus, quod si contingat, erodẽtib; absumatur, prudẽter tamen ne concitetur inflammatio, & noua accidentiũ incrementa sequatur. Die 9. Nouembris 1662.

CONSULTATIO XII.

*De Abscessu abdominis, pro quadam honesta Muliere.*



Tertius iam agitur mensis, ex quo honesta hæc mulier immodico mestrurũ fluxu cepit tentari, qui secta vena brachij reuulsionis gratia illicõ cessauit; sed ecce maius incommodum, nam paulõ post ad dextrã Abdominis partem ab inguine non longẽ tuberculum cepit erumpere, quod neglectum, & ad magnam molemauctum, nullis auxilijs ex arte admotis, & sapiẽter excogitatis, neque cessit, neque remitti videtur; propterea quærit quid agendum, vt pristinam recipiat valetudinẽ; & in hac re, vt meam proferam sententiam.

*Morbi idea.*

Dico quod affectus de quo cõqueritur est de genere abscessus, quem Apostema Græci vocant, Arabes verò exituram, non per congestionem exortus, sed ex fluxione, non quidem immediate, quoniam cuiuscumque humoris

fluxio, primo solidas partes inuadit, illarumque poros atque meatus implendo, ac distendendo, deinde sequestratas, parat sibi cãpum, & tanquam in locum communem colligitur, ibique feruet, & in pus dum mutatur, dolores febresque mouet, vt in nostrã Ægrotantis casu satis clarẽ innotescit.

Huius mali causa proxima est *Mali Causa.* materia, quæ non verẽ, & propriẽ humor est, sed ex humore potius producta; Efficiẽs verò præter fluxionem ex vtero ad inguen, est puris collectio inter substantiam, atque intersticia musculorum ascendentium, atq; eorum qui transuersaliter feruntur; neq; credere debemus, quod huius materiæ collectio, quæ in affecta parte continetur, sit de genere illius, quæ in abscessibus ex inflammationibus productis obseruatur; quia affectio huiusmodi non ex vero, ac legitimo sanguine

Y y ne

ne fit, sed ex alijs humoribus ortum habet, qui in verum pus nunquam commutantur.

*Prognosticū.* Quare non caret periculo huiusmodi abscessus, nō solum quia consistit in corpore malis succis referto, verum etiam quia fouetur à prauis humoribus, ac à quibusdam alijs cōplicitis malis, nēpè ab intemperie ventriculi, vteri vitio, & obstructionibus. Quare periculum impendet, ne ob puris malitiam peritoneum lædatur, & suffocato calore putrefactio sequatur; nam obseruatum est, quod Abscessus Abdominis, qui fiunt inter peritoneum, & musculos, lethales euadunt, nisi incidantur muscoli refert *Hildanus c. 2. obs. 37.*, tamen, quia nostra patiens est in iuuenili Aetate constituta, simulque viget solertia Doctissimi Medici curantis, non est desperandum quin sanitati restituatur; non enim semel vidimus, quod in desperata salute multi mirabiliter euaserunt, quare non sunt ei deneganda illa præsidia, quæ alijs fuere saluti.

*Curatio.* Cæterum cum huiusmodi Abscessus adhuc sit in fieri, & dolores in dies, quin in horas, magis, ac magis intédantur, ad ea auxilia est confugiendum, quæ dolorem remittendi, caloremque natium fouendi facultatem habeant, hæc autem omnia præstare possunt ca-

taplasmata ex far. sem. lini, hord. tritici, pulueribus flor. anethi, chamœmillæ, oleo amigdal. dul., ol. ex vitellis ouorum, oleo butyri, & ol. resinę sapa, & iure pulli conflato, ex his, vel consimilibus remisso dolore, ad duritiem emolliédam probarem emplastrum ex mucilaginibus althææ, œsipi humidi, drachyl. mag., cum Gūmis, & adipe gallinaceo simul liquefactis. tādē, si ex his admotis ad supurationē abire videatur, ijs vtédum esse puto, quæ naturalem calorem fouendī vim habeant, vt sūt cataplasmata ex maluis, althæa, scabiosa brāchaurfina, violis, rad. liliorum alborum, coctis, contusis, ac permistis cum adipe suillo, portiuncula fermenti, & farina tritici: apparente suppuratione, quæ dignoscitur ex remissione doloris, mollitie, fluctuatione, ac colore albescente, illico aperiatur in loco molliori, ac decliuori, vel ferro aperiatur, vel causticis, vel igne, id est ferro ignito, prout magis opportunum videbitur medico curāti. Interea vescatur optimis cibis facilioris cōcoctionis, & reuocatis viribus corpus expurgetur, vel manna, vel conserua prunorū alijsque similibus; ex his enim speramus sanitatē nostram egrotam acquirere posse. Die 27. Octobris 1662.

CON-

CONSULTATIO XIII.

De vteri Procidencia, pro quadam Reuerenda  
Moniali.



Vod admodum no-  
stra Reuerenda  
detineatur vteri  
procidencia, seu  
prolapsu, quam  
Barbari Mediei

etiam præcipationem appellât,  
fatis euidenter indicant tumor  
oui Anseris istar, in cuius ima par-  
te apparet foramen, quod est in-  
ternum orificium vteri, insignis  
dolor partium quibus annectitur  
vterus, lumborum v3., hypoga-  
stri, pudendi, & circa os sacrum  
propter ligamenta tensa, vrina  
quæ paulatim stillat, & mordet.

Cuius mali occasio nõ fuit fre-  
quens sternutatio, aut casus ex  
alto, aut violens vociferatio, aut  
conatus, qui fiunt in tenesmo, aut  
immediati oneris eleuatio, aut lon-  
ga sessio in loco frigido, cuius cau-  
sa nerui, & musculi vteri refrige-  
rantur, & resoluuntur, quia nulla  
ex his præcessit occasio; sed nimia  
humiditas vteri vinculae molliës,  
quibus est dorso annexus; nam  
(vt ex relatis audiui) albis me-  
struis diu vexata fuit; multiplicat-  
ur autem copiosa humiditas in  
corpore nostræ Reuerendæ ob de-  
fectum caloris natiui, qui ratio-  
ne Aetatis, animique accidentiũ  
quam maximè languet

Quare propter has causas, hu-  
iusmodi malum esse non solum

molestum, atque indomitum, ve-  
rum etiã exitiale, puto; nequit  
enim natiuus calor in senili ætate  
reparari, humiditas exiccari, eius-  
demque generatio impediri; qua-  
re tantum abest vt curetur, vt po-  
tius in dies excrescat. illa enim  
vteri relaxatio dũtaxat curationẽ  
admittit, quæ recens est, & in iu-  
uenculis mulieribus accidit; in  
senioribus verò, neque sperari,  
neque expectari potest, inquit  
*Aetius lib. 16. c. 76.* quin non esse  
adhibendam curationem, præci-  
pit *Hip. lib. 2. de morb. mulierum c.*  
*28. & 29.* præsertim vbi malũ est  
progressum, diuturnum, & ma-  
gnum, vt in casu nostræ Reuerẽ-  
dæ. verum, vt verum dicam, vbi  
malum est inuincibile, incumben-  
dum est vt vita producat, atq;  
prohibendum, ne in alios sequissi-  
mos morbos commutetur, nempe  
in vlcera dolorosa, stercoris, & vri-  
næ suppressionem, inflàmationẽ,  
sphacelum, consimilesque alios  
exitiales affectus.

Quamobrem vt mala, quæ im-  
minent, euitentur, optimum re-  
gimen est istituendum, & obser-  
uandum in rebus omnibus nonna-  
turalibus; potissimum verò, vt  
nostra Reuerenda in summa deti-  
neatur quiete, & in àere tempera-  
to; interea absint procul clamo-  
res, vociferationes, timores, me-

*Indicationes  
preseruatiue*

rores, & irę, simulque se abstinat à tussi, sternutationibus, omnibusque conatibus; vescatur optimis cibis, quales sunt carnes pullorum, Auicularum montanarum, columborum, & phasianorum; illęque quidem potius assę, quam elixę. pro potu probarem vinum antiquum, sed parcę sumptum, aut decoctum seminũ anisorum, coriandrorum, ac cinnamomi; alius, quem dicunt esse quammaximę strictam, irritetur, ac leniatur conferua diaprunis solutiui, vel lenitiui, vel decocto passularum, prunorum, fol. senę, feminum anisorum, coriandrũ, & cinnamomi parum, vel potiuncula quę recipit specierum diaturbith. cũ rhabarb.  $\text{ʒ} \text{ i } \div \text{ sy. ros. solut. } \text{ʒ} \text{ i } \div$  cum decocto præscripto. q. ʒ. fiat potiuncula quę clementer expurgat; clysteres quoque emollientes, & lenientes non essent reiiciendi; ad nares, atque os semper aliquid delectabile sibi approximetur.

Interea humiditas, quę cõtinuõ vterus eructat, abstergatur decocto hordei, myrtillorum, ros. rub. lupinorum, & florum granatorũ; simulque foueatur, ac protegatur ab omni àeris inclementia: præterea genitalia tueantur, ac foueantur decocto cort. granator. nucum cupressi Gallarum, aluminis rocchę, caudę æquinę, sumach in aqua fabrorum parato, vel ex eisdem fiat puluis, qui supra affectum locum dispergatur.

Quibus sic istitutis, incumbendum est, vt vterus in suam sedem

quamprimum reponatur, priusquam ab ambiente alteretur, intumescat, & inflammetur, quod vt facilius sequatur, euacuata vesica, atque intestino exinanito, nostra Reuerenda supina in lecto collocetur, & coxis eleuatis, ac poplitibus reflexis, & capite quantum fieri potest demisso, ipsa basim tumoris manibus apprehendat, eumque introrsum adigat; verum si ipsa perficere non possit, obstetrix digitum in orificiũ eius immittat, vterumque sensim attollat; quod si repositioni valde resistat, lana teruoluta tenui linteo fortiter circũduta, adstringenti aliquo succo perfusa, blandę, & citra violentiam immittatur; sic enim speramus quod vteri moles reponatur. illud etiam verum est, quod ad faciliorem vteri repositionem, non parum faciunt cucurbitulę, cum multa flamma Illijs, vmbilico, aut sub mammis admotę; ad latera etiam vmbilici confert admouere duo emplastra v ʒ. ʒ. ladani depurati  $\text{ʒ} \text{ i } \div$  thuris, mastiches, ana  $\text{ʒ} \text{ i } \div$  ligni aloes, caryophyllorũ, vtriusque; spicę, ambre, ana  $\text{ʒ} \text{ i } \div$ , moschi electi  $\text{ʒ} \text{ i } \div$ , cerę q. ʒ. f. emplast.

Post vteri repositionem, vt in suo loco contineatur, nostra Reuerenda in lecto persistat cruribus extensis per plures dies, deinde medicamenta adstringentia, & agglutinantia admoueantur, quę vt cõmodius opus suum perficiant, supra Globulum ex tubere iuxta formam pyri, seu figuram vteri fabricatam distendantur, ac vtero

ap-

applicentur, ita vt placidè, & citra vim intrudi possint, adaptentur tamen filo, vt quando libet extrahi possint; medicamēta autē agglutinantia ex *Hildani sententia* ita parari possunt ℞. ceræ nouæ ʒ 1 ÷, colophonix, Gummi elemi ana ʒ 2., terebinth. ʒ 2., pul. ros. rub., myrtillor., balauſtiorū rad. consolidæ maioris ana ʒ 2., mast., & olibani ana ʒ 2., misceātur, & cum suff. quantitate, ol. rosacei, f. ceratum, in forma solida.

Verum si quandoque accidat, vt vterus in tumorem attollatur, vt non raro contingit ab àère frigido externo, foueri debet decocto maluæ, althææ, sem. lini fænugreci flor. camomillæ, baccarū lauri, deinde inungēdus ol. lilior. alborū, & pinguedine Gallinæ; his enim auxilijs speramus nostrā Reuerendam conualituram, vel saltem præseruari à ruinis, quæ impendent. Die 1. Octobris 1662.

CONSULTATIO XIV.

*De scyrrhoso tumore sinistra coxæ, pro quadam Nobili Muliere.*



**N**obilem, atque illustrem Mulierē nobis propositam detineri ad sinistram coxam scyrrhoso tumore, inditia sunt ingens tumoris durities, modicus dolor, color subruber, Accas consistēs, ac temperamentum melācolicū; nam corpora melancolica, nempe macilenta, hirsuta, dura, & obtusa cute, quale est nostræ Aegrotantis, facilè scyrrhis tentantur, præsertim verò quæ latas venas habent, inquit *Gal. 4. de loc. aff. c. 7.*

Cuius tumoris causa proxima, ac immediata est fæculenti sanguinis collectio, non autem est succus crassus, viscidus, ac lentus, nempe melancolicus naturalis, vt quidam putarunt, nam ex hoc fit verus scyrrhus, non autem scyr-

rhosus tumor; causa verò remota sunt tum internæ, tum externæ; priores in errata externa, in quæ mulieres fære omnes facilè incurunt, referuntur; posteriores verò ad facultatem expultricem totius, partisque laborantis imbecillitatem sunt referendæ, nam partes coxæ in decliuē positæ, facilè ad suscipiendum redūdantes succos sunt aptæ, & pronæ, tum propter naturalē, tum propter accidentalem imbecillitatem; audiuius enim, quod post suppressā diurnam euacuationem fonticuli, è loco mutati, & callo obducti, cæpit eiusmodi monticulus erumpere, siquidem illa saniosa materia, quam fatim eructabat fonticulus, ac deorsum ferebatur, retenta, hanc extuberantiam excitauit, & nunc fouet, & auget. Quare propter has causas, & quia

*Mali indicia*

*Mali causa*

quia tumor hic secundum omnes dimensiones magnus est, præterquamquod admodum difficilè curari poterit, timerur ne in verum scyrrhum, vel perniciosum abscessum commutetur; sunt enim semper mala tubercula dura dicebat *Hip. 6. epid. 1. 1. 23.* quia semel irritata morbos graues, & extraordinarios generant, quare cautè est procedendum in excogitandis idoneis præsijs, quæ ut vtiliter applicentur, indicationes eliciantur, quarum Prima esse debet ne tumor excreseat. Secunda, ut quod iam est collectum remoueat, &

*Curatio.*

Quantum ad primam, ne malū excreseat vitanda sunt omnia, quæ sanguinem crassum generat, quare illi cibi eligantur, qui faciles coctū sunt, ut carnes pullorum, perdicum, hedorum, vitulorum lactantium, & consimilium, quæ bonum nutrimentum suppeditat, & ad humidum declinant, deinde sanguis mittatur gratia reuulsionis, sed parcè, tum quia corpus est senile, tum quia humores à sanguinis natura sunt plenè alieni; probarem quoque apertionē fonticuli ad crus dextrum loco illius iam consolidati; non enim conducit longas, ac consuetas euacuationes suppressere, expurgato tamè prius corpore sy. sueff., melle ros. solut., cōf. Hamech. decocto fol. senæ ag., & similibus, præparatis prius humoribus, sy. lup. de tribus rad., fumi ter., & huiusmodi.

Quantum verò ad secundam

omne curandi consilium dirigi debet, ut à principio vsque ad integram sanitatem, ea admoueat, quæ emolliendi simul, & exiccandi vim habeant, nam vtrumque seorsim adhibitum non parum ledere potest; à suppurantibus abstinerem, nam obseruatum est, quoties scyrrhosi tumores suppurantur, in cancerosa vlcera degenerant; sicuti à discutientibus, quia ex his partes tenues resoluitur, ac dissipantur, & crassiores lapidescunt; quare probo tantū illa, quæ malactica appellantur, ut sunt oleum amigdal. dulcium, oleum chamæmellinū, lilior. alborum, adeps Gallinaceus, anserinus, suillus, medulla vitellina, mucilagines radicum althææ, sem. lini, fenugreci, & huiusmodi; vel ad medicamenta composita, ut est cataplasma, quod ʒ. fol. althææ, brançæ vrsinæ, malu. sūmitatum fæniculi, coquantur, & ad mollitiem, reducantur, & per setaceum traiciantur; postea adde farinæ hord. fab., sem. lini, pul. rad. iridis, althææ, flor. chamæmil. ana ʒ 1., ol. lilior. albor. chamæmilla aneth. ana ʒ 1. ÷, ʒ. A. f. cataplasma; hæc enim vim habet discutiendi quod emollitum est, ut quæ calido temperamento sūt prædita, mediocriter tamen, & non valdè exiccata, nec valdè humectata, siquidem mediam quasi quandam naturam inter humectantia, & exiccantia obtinet; semper enim auxilia, quæ pro his tumoribus adhibentur, calida debent esse in secundo; & in passiu-

uis

uis temperata ; Empirici verò qui sola experientia medicam facultatem tractant, dicunt , quod pro his malis dissipandis aurum chemicum dissolutum, siue intrinsecus assumptum, siue extrinsecus admotum omnibus præstat, sicuti, & spiritus omnium lapidum , ac ossium humanorum , qui extrahitur ex eorum sale fortissima destillatione, mirandum præbet spectaculum in curatione horum tumororum ; alij extollunt medicamentum, quod recipit salis ammoniaci ter. à sale communi decrepitato, & calcinato sublimati  $\bar{z}$  i. floris salis vrinæ humanæ  $\bar{z}$  ÷ , aq. vitæ tartarizatae  $\bar{z}$  i. misce, & agitando in phiala vitrea ad butyri consistentiam, de quo iniungatur pars affecta ter, aut quater in die , & hæc breuiter sunt dicenda pro salute huius nobilis mulieris. Die 22. Octobris 1663.

APPENDIX.

**S**cyrrhosi tumores quandoq; primò, & per se oboriuntur, crebrius tamen sequuntur ad alios morbos, ad inflàmationes v3. immodicè refrigeratas, vt notat *Gal. lib. de tum. præter. nat. c. 9. 2. ad Glau. uc.* . Scyrrhi duplex est differentia, nam alter est exquisitus, vt qui omnino sensu est priuatus, & hic durissimus est, alter verò nō

exquisitus, qui prorsus insensibilis non est, difficulter tamen sentit, & hunc non scyrrhum, sed scyrrhosum tumorem appellat *Gal. 14. m. 1. cap. 6.* Affecta pars scyrrho afflicta, aut non sentit, aut exiguum sensum habet, quia spirituum animalium influxus, ob in pactam, fixamque materiã prohibetur, & ipsa membri temperies ita est mutata, vt pars affecta planè stupeat. Melancholici succi, ex quibus scyrrhosi tumores generantur, vel sunt naturales, vel non naturales ; naturales sunt crassiores sanguinis partes, ad terrestres particulas alendas familiares, atque idonei ; nonnaturales verò dicuntur cum ex alijs humoribus producuntur, nempe ex cholera per aduersionem in melancholicum humorem commutata, vel ex sanguine per aduersionem in melancholiam minus malignam degeneratam. Si scyrrhus non sit exquisitus, nec declinat ad cancerum, non est curandus, nisi dolor urgeat, quia sunt canceri occulti, quos melius est non curare auctore *Hip. 6. aph. 1. 38.* circa partem affectã in reliquis verò aliqua possumus exhibere. In scyrrhosis tumoribus prius est tentanda resolutio, quam maturatio ; quia scyrrhi qui transeunt in abscessus, vix possunt euitari, quin in fistulas degenerant.

CON-

## CONSULTATIO XV.

*De œdematoso erysipelate, cruris, & pedis, pro quodam nobili viro.*



Gregium virū nobis propositū œdematoso erysipelate in vniuersa cruris, pedisque regione la-

*Mali Signa*

borare, satis superque indicant, tumoris mollities, & laxitas, fo-uea, quæ admoto digito remanet, color subruber, dolor quandoq; pungitius, sed vt plurimum grauius, febris, & tandem totius cruris dextri, & pedis extumescētia. Cuius affectus materialis succus est pituitosus, bilis portione adulteratus, in Iecore copiosior quam par sit genitus, & ex viscerum robore ad hanc imbecillā, ac decliuem partem pulsus; auxilio quoque huic malo fuere multa, variaque in rebus nonnaturalibus errata, potissimum verò in cibo, & potu, motu, & quiete; cur autem huiusmodi infernæ partes frequenter, facileque his malis sint obnoxia; est quia Artus à fonte caloris admòdum distant, suaque natura frigide, ac debiles sūt, & fluens humor grauis, & ponderosus est.

*Prasagium*

Cæterum cum huiusmodi affectus magnus sit, & dolores, & febres, aliaque non leuiora symptomata moueat, non vacat periculo; periculum enim imminet ne in perniciosum abscessum, si-

nuosum vlcus, & exitialem Gangrenam commutetur; quod si hæc euadat, morbum futurum esse longum credendum est, quoniā fit à materia in prædominio frigida, & crassa, licet in subdominio sit aliquantulum tenuis, quæ facile euanescit. Sunt tamen auxilia excogitanda, quæ quamprimū huiusmodi malum curandi facultatem habeant, potissimum verò, quæ respiciunt causam antecedentem proximam, & remotam. Quæ autem respiciunt causam remotā sunt cibi boni succi, quales sunt carnes pullorum, vitulorum, auiū montanarum, nempe perdicum, phasianorum, turturum, & huiusmodi. Quæ autem respiciunt causam antecedentem sunt catartica, que vna simul pituitam, & bilem educant, de quibus alias dictū est. Cæterū licet in legitimo œdemate venæ sectio locum non habeat, tamen in composito, & præsertim vbi viget febris, vt in casu nostro, potest sanguis mitti ante corporis purgationem. Tandem quæ respiciunt causam proximam, siue coniunctam, sunt lenientia, & digerentia, siue simplicia, siue composita, vt decoctum absynthij, chamœmillæ, anethi, hypericonis ne nufaris, & similia, è quibus cum farina hordei, milij, & seminis lini, ol. aneth. ros., &

*Curatio.*

chamœ-

chamœmillino variæ cataplasma-  
tū formulæ confici possunt; verū si  
resoluentibus non cedat, quinimò  
magis, ac magis dolores, & reli-  
qua accidentia intendantur, signū  
est quod ad suppurationem ten-  
dat; quoties enim pituitosus fuc-  
cus in loco calidiori est occlusus,  
vel cum alijs humoribus permi-  
stus, certum est quod in pus muta-  
tur, *vt 1. prognost. tex. 27.* notat  
*Hip.*, quare per medicamenta em-  
plastica est suppuratio promouē-  
da, de quorum materia, & forma  
alibi diximus; illud tamen verum  
est, quod si suppuratio appareat,  
non est permittendum, vt sponte  
aperiatur, quoniam tardè admo-  
dum, vel fortasse nunquam id cō-  
tingeret, quare priusquam in pu-  
tredinem, aut Gangrenam abeat  
candenti ferro apertio fiat, sic  
enim promptius, & tutius pus edu-  
citur; in puris autem euacuatio-  
ne illa sunt obseruanda præcepta,  
quæ *lib. 6. aph. tex. 27.*, & *7. aph.*  
*tex. 45. ab Hip.* traduntur; est etiā  
apertum foramen quousque re-  
purgatus fuerit abscessus, seruan-  
dum, simulque vlcus absterfum,  
& exiccatum; à causticis quibus  
vtuntur empirici prorsus abstine-  
rem, ne symptomatibus auctis  
deploratæ putrefactiones, subse-  
quantur, vt non semel factum fuis-  
se vidi à quibusdam medicalibus,  
non sine languentium clade; ex  
his enim speramus nostrum no-  
bilem ægrotum optatam sani-  
tatem consequuturum fore. Die  
decimo quinto mensis Iunij 1660

APPENDIX.

**D**icuntur autem pituitositu-  
mores, qui ex humoralis  
pituita procreantur, quamquam  
impropriè dicantur etiam illi, qui  
ex substantia aquosa, aut flutuosa  
producentur, siquidem hi maxi-  
mam cum pituita affinitatem ha-  
bent, ideò plerumque simul mi-  
sti obseruantur; inter hos primū  
locum obtinet œdema, sic à Græ-  
cis appellatum, à barbaris verò  
vndimia, & non ineptè quidem,  
quia dum tangitur, contenta ma-  
teria inundare videtur; & tandem  
à nostris phlegmaticus abscessus:  
Sed vt omnis æquiuocatio tolla-  
tur est sciendum, quod œdema, vt  
sic, apud *Hip.*, antiquioresque  
medicos omnem tumorē præter  
naturam significat, *vt 3. de off.*  
*med. 33.* & *4. aph. 14.* notauit *Gal.*;  
sed verum œdema non solum ab  
*Hip.* verum etiam à *Gal.* œdema  
molle appellatur. Est autem œde-  
ma sub hac significatione accep-  
tum ex *Gal. sententia 14. met. c. 4.* &  
*2. ad Glauc. c. 3.* tumor mollis, &  
laxus, indolens, præmenti digito  
cedens, ex pituitosa materia pro-  
ductus. Solent prorumpere œde-  
mata ad omnes corporis partes,  
corde, Iecore, & Thorace excep-  
tis, siquidem cum huiusmodi par-  
tes sint valdè robustæ calidæ, &  
densæ, vel pituituosum succū nō  
admittunt, vel dissoluunt, inquit  
*Rabimoises, sect. 3. aph. 1. 81.*, fre-  
quenter tamen ad pedes, crura,  
manus, scrotum, & caput assur-  
gunt;

Zz gunt;

gunt; quod si quandoque vniuersum habitum corporis occupauerit, ita vt per subiectas carnes dispergatur, producit illud vitium, quod leucophlegmatia Græcè appellatur. Verum si quis dicat, quod *Auic. & Gal. lib. 4. de praesagio expulsibus cap. 9.* de Iecoris curatione œdemata laborantis mentionem faciant, facilis est responsio, si dicamus quod Iecur potest laborare affectu œdematoso, non autem vero, & exquisito œdemate, vt *lib. 3. c. 10.* notauit *Alexander Massaria*.

Oedema vel est simplex, idest verum, & exquisitum, quod ex pituitæ influxu fit; vel est compositum, v3. quum ex humore pituitoso, cum aliquo alio humore permisto producitur; nam si cum sanguine phlegmonosum oedema, si cum bile œdema erysipelatosum fit: præterea, vel œdema erumpit primo & per se, & tunc morbus est, vel sequitur ad alias affectiones nempe ad tabem, vel ad hydropem, & tunc est symptoma, vt *2. ad Glau. loc. cit.* inquit *Gal.* œdematis causa proxima patet ex dictis, remota verò sunt crapulæ, immoderatus somnus, otiosa vita, alicuius euacuationis suppressio, casus, percussio, & àer frigidus, & humidus &c.; tandè antecedentes sunt Iecoris, ventriculi, cerebri frigida & humida intemperies, imbecillitas recipientis partitis, vel facultatis cōcoctricis, &c. œdematis notæ patent ex dictis, illud tamen addi potest, quod cū œdema fiat ex sanguine pituito-

so, indolens est, quia nullam excedentem qualitatem annexam habet, cuius causa dolores concitantur. Quod si *Hip.* scripsit *1. prog. 1. 25.* quod œdema in Hypochondrio durum, atque dolens pessimum est, non est loquutus de exquisito œdemate, sed de communi, siquidem omnis tumor, vt diximus appellatur œdema. œdema simplex, quod primò, & per se erumpit; licet nullum inferat vitæ discrimen, tamen non nisi difficillimè, & longiori tempore curatur; arguit enim viscera malè affecta, & caloris imbecillitatem, quare circa sexagesimum expectanda resolutio est, nulla interea superueniente febre, quæ si appareat suppurationem portendit, quæ pariter diuturna est, & perniciosa, vt *1. progn. 1. 35. & 37.* docet *Hip.*, nō enim semel has suppurationes in sinuosa, putrida ac exitialia vlcera commutatas vidi; quod si quandoque tenerè curètur, in nodos scyrrhososque tumores facilè etiam degenerant; œdemata tandem, quæ ad alios morbos sequuntur, numquam curantur, nisi morbi primarij sanentur, qui quoniam sunt inuincibiles tandem ad interitum terminantur.

Huius mali curatio omnibus illis auxilijs, quæ causas respiciunt absoluitur, quare àer calidus, & ficcus est eligendus, cibi calefacientes, & exiccantes quoque esse debent, est tamen parcè comedendum, atque bibendum, sic enim fit proba digestio, nam à calore

*Curandi modus.*

su-

superfluxæ humiditates absumuntur; somnus quoque brevis probatur, à venere est prorsus abstinendum, non enim in his malis locum habet *Hip.* sententia, dum 2. de morbis inquit; quod morbis à pituita Venus remedio est, quia ut in *com.* notauit *Gal.* corpus debet esse valde robustum, quod his malis correptis contingere nequit, semper enim qui his affectibus tentantur, exangues, ac debiles vires habent. Quibus ita institutis, præparatis humoribus, ac per clisteres apertis vijs, apparente cõcoctione phlegmagogis educantur, præsertim verò pilulis sine quibus, pilulis aureis, de hermodattolis, de ag. & huiusmodi; sed his omnibus efficaciores sunt pilulæ cochix Rasis, nã omne pituitæ Genus absque corporis agitatione, ac alteratione purgant, præsertim si cum masticinis permisceantur; post corporis purgationem, decocto spartæ perillæ, ligni Indici, Theriaca, mitridato, emplastris vtriusque Gallix corroborentur, atque corrigantur viscera; verum quia minera pituitæ est ventriculus, bonum est non semel prouocare vomitum.

Tandem ad causam coniunctã remouendam, non parum proficua sunt circa initia repellentia, non tamen valde frigida, ne sub his extinguatur calor, & Gangrena sequatur; sed moderatè, simulque adstringentia, & exiccantia, sicuti præsertim est oxicratum, medicamentum v3. quod constat ex aqua, & aceto, ita vt possit bibi;

huiusmodi enim auxilium repellendi, ac digerendi non paruam vim obtinet, *vi lib. de humidorum usu* docet *Hip.*, & eorum experientia quoque patet, qui in aquis versantur, in quorum manibus variè obseruantur rugæ, quæ propter euacuationem humoris spatia replentis, fiunt, admoueatur autè sponsa noua exceptum, & salis portiuncula vigoratum; Sed priusquam applicetur, affecta pars leuiter est fricanda, vt admoti medicamenti promptius, ac citius fiat penetratio, tandem, & arte ligetur membrum, semper enim ligaturæ initium ab inferna parte esse debet, ibique valentius arctetur, sic enim ab affecta parte facile exprimuntur humores, simulque dissipantur etiam illi, qui extra vasa existunt. Verum si maioris efficacix desideretur medicamentum, applicetur sponsa in aqua aluminosa imbuta, cui succus myrti quoque sit admixtus; quibus nisi remittatur, ad validiora digerentia est deueniendum, nempè ad decoctum foliorum myrthi, absynthij, camæmillæ, stecados; nucis cupressi, saluix, roris marini, aluminis rocchæ, & salis communis; non parum quoque commendatur oleum ros., cù aceto, sale, & sulfure combusto ad partes æquales, vel emplastrum ex rad. cucumeris Asinini, & far. hord. conflatum, huiusmodi enim radix à proprietate trahit, atque digerit pituitam. Quibus non iuuantibus adhuc ad validiora est confugiendum, vtputa ad spon-

*Curandi modus.*

ciam in lixiuio ex cineribus fici, ac vitis confecto, ac fortissimo acetato maceratam; vel etiam in aqua calcis; verum si accidat, ut ex his, vel ob aliam causam dolor suscitetur, aut quia sanguinis, vel bilis est particeps, ita ut ad suppurationem tendere videatur; tunc ea, quae suppurandi, ac concoquendi vim habent sunt approximanda, sed non in quolibet oedemate sunt opportuna; in illis enim, quae circa umbilicum, ac Ilij regionem assurgunt suppuratio non est expectanda, ut *1. prog. loc. cit.* inquit *Hip.*, nam ad suppurationem promouendam requiritur calor, qui ad has partes est satis imbecillis; inter suppurantia vero non infimum locum obtinet emplastrum ex succis lapatij, ebuli, sambuci cum althea decoctis, melle, oleo,

& butyro confectum. Quod si ex his sequatur suppuratio, quae ex *Celsi sententia lib. 6. c. 7.* vix dignosci potest, ignito ferro, ut diximus, aperiatur. dicunt etiam nonnulli quod Balneum naturale vulgo *delli Gurgitelli* appellatum, non parum confert pro oedematosis tumoribus curandis; tandem reliqua oedemata, quae ad cachexiam, aliosque morbos sequuntur, & symptomata appellantur, curarionem non admittunt, nisi per ablationem causae, ut alias diximus. verum si his peractis, ex voto succedat curatio, ubi pus exire disierit, tunc curetur, ut alia ulcera curantur, siquidem implendum est carne unguento de betonica, demum cicatrix inducatur, vel cerato diapalma, vel linamentis succis.

## CONSULTATIO XVI.

*De Abscessu dextri Articuli Tibiae, pro quadam Reuerenda Moniali.*

Ræter naturam affectus, à quo vehementer admodum hæc Reuerenda monialis affligitur ad dextrum Tibiæ Articulū, est illa inflatio, quam latini abscessum, Græci Apostema, & Arabes exituram appellant, non quidem in fieri, sed in facto esse; & satis euidenter, mostrant dolor penè sedatus, febris non parum remissa, pus sub digitis undans; ac tumentis loci mollis extube-

*Mali Signa.*

rantia, quæ omnia facti abscessus partus existunt, ut *2. aph. 1. 47.* expressit *Hip.*

Cuius inflationis causam proximam, atque immediatam esse purulentam materiam, non quidem perfecte concoctam, sed forsansemi crudam, cruentam, atque ichorosam est credendum; sicuti ex eiusdem inflationis forma, atque magnitudine, quia bifidus apparet & magnus, corporis cacochimia, affecti loci imbecillitate, ac accidentium prauitate, vnicuiusque fati

*Mali Causa.*

fatis perspectum esse credo. Efficientē verò esse calorē, nō quidē naturalē, nam ex hoc fit cōcoctio, & nutritio, neque prorsus præter naturam, ex quo fiunt putredines, & corruptelæ, sed calorem naturalem caloris præter naturę participem; nam triplex est actio naturæ in materiam extraneam, scilicet, vel naturæ vincentis, & dicitur coctio, seu resolutio, vel naturæ victæ, & dicitur putrefactio, vel medio modo se habēs, per quam pus gignitur, vt in abscessibus, & dicitur suppuratio. Causam verò remotam præter inflex rebus non naturalibus errata; esse mensium suppressionem, qua sex ab hinc mensibus est orbata, nemo est qui ambigit; illi enim prauī, atque excrementitij succi p̄ consuetas vias non educī, sed ad hanc articuli partem delati, hanc exituram efformarunt.

*Prasagium.* Qui quidem abscessus, quoniā secundum longitudinem, atque latitudinem magnus est, dum videmus quod præter vniuersum articulum, non minimā coxæ partem occupat, non caret periculo, præsertim mutilationis; facilē .n. ex materia, quæ non verè, & propriè humor est, sed ex humore potius producta; membranæ, ligamenta tendines, subiectæque partes corrumpuntur, quare non solum deformitatis, verum etiam vitæ discrimen impendet, vbi .n. tendines, nerui, caro vacua, & loca ossea sunt, ibi doloris, vigiliarum, conuulsionis, & delirij periculū istat scripsit *Gal. 4. meth. capite 6.*

Vt igitur à tot, ac tantis, quæ impendent malis, atque à concomitantibus hæc Reuerenda vindicetur, præstat vt collecta in parte affecta materia, quam citissimè educatur, crudos enim abscessus interdum priusquam ex toto in pus mutati sūt esse incidēdos *cap. 44. lib. 9.* præcipit *Paulus*, præsertim cum Articuli sunt vicini; non enim in casu nostræ Reuerendæ locum habere potest *Gal.* sententia *c. 5. lib. 13. meth.* descripta, vbi docet quod etiam si notabile pus in suppurante particula sit collectum, apertionem tentare nō debemus, sed prius exhalationem moliri, quia hæc *Gal.* sententia intelligenda est, cum pus est collectum in partibus carnosīs, non autem in Articulis; adde quod materia in casu nostro est multa, & praua, quare digerentibus nullo pacto cedere potest; exigua enim puris materiam esse oportet, vt digerentibus cedat, *com. 3. lib. Ars. Med.* notat *Argenterius*; cū igitur per digerentia educi, ac dissipari non possit, sequitur, vt ferro, vel igne, vel causticis illic aperiat, priusquam magis, ac magis proferpat sanies, cuniculos agat, & illa mala subsequantur à *Ioanne Tagaultio lib. de materia medica memorata.* Verum caustica non laudo, nam hæc diutius hominem torquent, augent febres, & vigilias, interim sanies magis penetrat, & malum fit insanabile, *vic. 90. lib. meth. med.* annotauit *Hieronymus Cardanus*; quare ferro aperiat, non quidem ignito nā hoc

Curandi modus.

hoc in locis neruosis propter metum conuulsionis, delirij, aliorūq; symptomatum vetant Authores nempè *Gal. 4. de Art. t. 48. Hip.*, *Celsus*, & *Albucasis lib. 1. cap. 38.* aperiat in loco maturiori, ac decliui, vt exitus purulentæ materiæ habilior reddatur; fiat etiam sectio quamcitissimè, sic. n. minori cum dolore perficitur; nõ debet tamen fieri nimis magna, ne cicatrix magna, & turpis relinquatur, & àer ambiens ingrediens partem alteret, & corrumpat; nec nimis parua ne grumosi, ac crassi puris exitus impediatur; quare tanta sit, quanta pro pure educendo sufficiat, sic enim compressione opus non habet, & dolores, & callositates, quæ fistularum causæ esse possunt euitantur: semper enim in abscessibus aperiendis *Albucasis* consilium sequi debemus, præcipit enim vt in paruis, paruam sectionem administremus, in magnis verò amplam, aut sectiones multas, per similitudinem magnitudinis apostematis. Illud tamen in casu nostræ Reuerendæ est etiam animaduertendū, vt post apertionem non vnica vice tota materia educatur, nam in magnis abscessibus hoc vetat *Hip.*; ne vna cum puræ spiritus dissipetur; siquidem in omni euacuatione natura multum laborat, quia multum resoluitur de instrumento virtutis, quare non mirum si animi defectus sepè sequantur, vt igitur hæc omnia euitentur, præstat, vt per plures vices materia educatur; Post sectionem, ac pu-

rulentæ materiæ euacuationem, probarem vt puluis mannae thuris admoueat, sequentique die digestiuū, cuius beneficio si quid adhuc coquendum restat, coquatur, vel abstergatur, pro vt peritissimo medico curanti magis opportunum videbitur, qui de toto etiã corpore illam prouidentiam habere poterit, quæ pro tanto malo curando erit necessaria, Dic 19. Februarij 1663.

## APPENDIX.

**A**bscessus ad Articulos aliquando sine dolore, & tumore fiūt textatur *Hip. 6. epid. sect. 1. t. 11.*

Curare expedit, vt Articulorū abscessus sine suppuratione soluantur, quia vlcera circa Articulos sunt valdè periculosa, notat *Vall. 6. epid. sect. 8. t. 37.*

In abscessibus ad Articulos esse expectandam vltimam maturationem, quæ cutem estenuat docet *Celsus lib. 7. cap. 1.* secus verò *Paulus*, præcipit enim crudos esse secandos; verum hæc difficultas facilè soluitur si dicamus, quod abscessus Articulorum, vel sunt profundi vel superficiales; si profundiores expectanda est vltima maturitas, quia sic euitantur neruorum membranarum, atq; ligamentorum incisiones, ad quas facilè sequuntur symptomata praua, & ita est intelligenda *Celsi* sententia; si in superficie constituti, subcrudi sunt secandi, priusquã collecta materia subiectas particulas

culas corrumpat, atque contaminet, & ita Pauli doctrina explicanda est, & Celsus, & Paulus qui videatur aduersari, conciliantur.

CONSULTATIO XVII.

De Tibia Articuli Atheromate, pro quodam Reuerendo Religioso.



Umorem præter naturam; quo septem ab hinc annis in destro tibiæ articulo admodum no-

ster Reuerendus detinetur, esse de genere eorum, quos toto genere præter naturam appellat Gal. 14. meth. cap. 18. & 19., satis euidenter indicant tumor specie, & figura oblongus, & aliquantulum sublatus, qui digitis cõpressus ob humoris crassitudinem tardè retrocedit, & amotis digitis tardè quoque reuertitur, lenta progressio de minima extumescèntia ad maiorem, & tandem eiusdè tumoris color, qui à naturali statu non est mutatus, & æqualis est temperiei; has autem esse proprias Atheromatis notas docet Aetius 4. Tretab. sermone 3. & 7.

Cuius mali causa remota, præter deprauatam viuèdi rationem, fuit longa ac assidua orandi ratio, quam singulis præsertim noctibus per plures annos flexis genibus exercebat; causa verò proxima non sunt excrementij humores, (vt quidam putarunt), sed alimentales, nutriendè parti dicati, & illi quidem crassi, viscidi, atq; tenaces, ibiq; ppter concoctricis, expultricisque facultatis imbecil-

litatem pedetentim collectis raro enim, aut nunquam per defluxum sunt atheromata, sed ferè semper per congestum, & patet quia ex paruulo incipiunt, paulatimque excrefcunt, & materia quæ colligitur, in quadam tunica, seu membrana cõtinetur, propterea nõ sine ratione abscessus cistici quoq; à quibusdam recentioribus appellantur; producitur autem huiusmodi cistis à calore agente supra crassum, viscidamque affectæ particulæ materiam, qui illa extrinsecus exiccando, atque vniendo densam solidamque reddit, tandiù quoque agendo, donec panniculi naturam acquirit.

Pro cuius abscessus curatione indicationes curatiuæ sunt, quæ alijs abscessibus sunt comunes, nempe emollire, digerere, suppurare, vel putrefacere, vel abscindere, quos scopos obtinere licet non sit impossibile, est tamè valdè difficile, quoniã quæ subest materia admodum est crassa, & lenta, quare nec emolliri, nec digeri, nec suppurari potest, idè, vel putrefacere, vel abscindere oportet; verum enim verò nec putrefactio caret periculo, cum per caustica medicamenta exercetur, hæc enim sine euidenti inflam-

Prognosticã.

flammationis, doloris, febris, & conuulsionis periculo nunquam admouentur; sectio quoque est periculi plena, quia cum ad locū neruofum, decliuem, & debilem fieri debet, timetur ne grauissimis concitatis fluxionibus, funesta, ac perniciofa mala subsequantur, nempe sanguinis profluuium, putrefactio, vel fistulosum vlcus, vel mutilatio propter neruosarū partium incisionem, aut punctiōnem, quæ non sunt exile malum; tamen quia habemus tumorem eleuatum, & ad motum, contractūque aliquo pacto expositum, de curatione non est diffidendum, eo magis quod noster Reuerēdus omnia subire est paratus, vt à tāto incōmodo vindicetur, adde quia non semel est obseruatum, atheromata, discutientibus, & suppurantibus curari; Quare priusquam ad maiora trāseamus, hæc omnia experiri licet, sicuti esse potest, quod recipit pulueris sulphuris, ammoniaci ana ꝑ 1., pyrethri. ꝑ 3., ladani ꝑ 2., terebintinæ ꝑ 1., picis. q. ꝑ 5. A. fiat emplastrum; valet etiam calx cum axungia suilla, sulphure, & oleo suuino mixta; quibus non conferentibus, præmissis vniuersalibus præsijs, purificato scilicet, ac optimè euacuato corpore, tamen per venæ sectionem, quā per purgantia, ad chirurgiam deueniendum esse ferè omnes conueniunt; cauendum tamen est, ne dum operatio fit, incidatur folliculus, nam obseruatum est, quod ex huius-

Cura di mo-  
dus.

modi incisione multa impendent mala; primò enim impeditur ex coriatio, totiusque cistis, ac collectæ materiæ extractio, secundò reuiuisceret malū, vel foedū, fistulosumque vlcus sequeretur. Quare vt hæc omnia vitentur, præstat primò cutem incidendam atramēto signare, deinde ipsam ad formā crucis incidere ad cistim vsq; tādem ex omni latere illam itā separare, vt integrè prorsus extrahatur; oportet enim, vt egrediatur cistis sana cum eo, quod est in ventre eius, inquit *Auic. l. 3. 4. c. de cura nodi*, alioquin reuerteretur malum, ideò ad hanc operationē faciendam scalpellus habens aciem exterius recuruatam laudatur, sic enim euitatur cistis incisio. Sunt etiam alij, qui primò paruū vulnus in cute ad cistim vsque faciunt, per quod crassum specillum in extremo rotundum, in medio cauum, inter cutem, & cistim immittunt, & ad radicem vsque circumducunt, hinc super eo cutem decussatim, quantum satis est, incidunt, & à cisti ab angulis versus extremum deducunt, & tumorem totū cum membrana abstrahunt, & nihil eius relinquunt, & si quid relictum fuerit causticis absumunt; alij oleum, & butyrum calidum admouent donec computrescat, nam putrefacta cistis per se egredietur. Verū in casu nostro laudarem priorem chirurgiam, vti tutiorem, & minus periculosā, sicut nō semel obseruauimus. Die 4. Ianuarij 1664.

CON-

CONSULTATIO XVIII.

*De Articulorum ulceribus pro quodam Magnifico viro,  
ex podagra.*



**H**eri Articulorum vitia ex grauioribus erroribus in cibo, & potu, venere, alijsque rebus nonnaturalibus commissis, sapiētissimè asserit medicæ facultatis Illustrator *Gal. 6. aph. com. 23.* & nunc quoque infelicis huius nostri patientis calamitate satis euidenter innotescit, qui quindecim ab hinc annis post multa errata, potissimum in crapula ac venere, primò ad pedis sinistri articulos, deindè etiam ad manuum sequissimis doloribus cæpit per interuallatentari, postea concitatis ex doloribus fluxionibus, tubercula quædam dura, lata, & non admodum acuminata exorta fuere, quæ nūquam vllis auxilijs potuerunt domari, nec sine ratione, quoniã ex his imbecilli reddito natiuo vetriculi calore, præsertim hoc ultimo ipsius senio Iecoris caliditate pollente, pituitosi generantur succi, & aliqua bilis portio, qui humores per venas transmissi ad hos articulos, suaptè natura imbecilliores detruduntur, ibique cõtinui solutione, ac intemperie induc̃ta huiusmodi mala concitarũt; quorum humorum miscellam, *lib. de internis affectibus* corruptum sanguinem appellauit *Hip.*, & iure quidem, quia est alterius naturæ, & generis, quam is qui phlegma-

nes, œdemata, erysipelata, & scyrrhos parit, idque patet quia nunquam ad suppurationem peruenit, quoniam, vt inquit *Aetius*, occultæ malignitatis est particeps; quare non mirum si nodosos tumores producat, qui tandem putrescens fordida, putrida, sinuosa, dolorosa, & maligna vlcera generat: neque est credendum vniuersam hanc materiam ex venis ad huiusmodi articulos deferri, quoniam aliqua ex parte etiam è capite fluit, vt constat ex dolore, & grauitate quam ad posteriorem capitis, & humerorum partem percipit, propterea totac tanta auxilia, quæ pro leniendis doloribus, arcendis fluxionibus, roborandis articulis, abstergendis, atque exiccandis vlceribus in cassum fuerunt admota, & nunc etiam sine fructu approximantur. si enim omnes articulorum affectiones ex communi medicorum *Prognosticũ* consensu insanabiles censentur, quid sperandum vbi tophi, & calli consistunt? in senili enim ætate superari nequeunt, vt *2. prædict. n. 15.* notauit *Hip.* quoniam sanguinis ipsorum massa à primaria naturæ bonitate quammaximè recedit, quare tantum abest vt curètur, vt potius deteriores fiant, & in alias deploratas calamitates degenerent; non ideo est noster pa-

A a a

tiens

Curatiue in-  
dications

riens sine auxilijs destituendus , sed omnia tentanda , vt tam dira symptomata remittantur ; vbi .n. sanitas penitus sperari nequit , incumbendum est vt saltē totū præferuetur , ne in peius decidat ; hæc igitur ratione fretus , vtilia præsidia ex animo proponam , præsertim verò quæ ex parte diætica eliciuntur , nam cum hæc magni sit momenti , est omnibus præferenda ; siquidem non est permitendum , vt Iecur cruda , maleque confecta alimenta cogatur per Mesaraicas venas attrahere , vel pulsa excipere ; ad cibum enim redeundum non est , nisi prioris perfecta sit in ventriculo facta concoctio , etenim primæ concoctionis vitium sequentes non emendat , vnde qui in victu , reliquisque rebus non naturalibus sunt negligentiores , continuè excruciantur , miserè viuunt , & miserè moriuntur . Quare probarē , vt noster Patiens vescatur cibus boni succi , & facilis concoctionis , potus sit ex aquis Tarsæ parillæ , & radicis chinæ , aut saltem vinū clarum , sed mediocrium virium , somnus sit moderatus , alioquin recrudesceret humor , vt lib. de flauibus aduertit Hip. , alius seruetur lubrica , & ventriculus corroboretur ; à sanguinis missione est prorsus abstinendum , tum quia corpus est senile , & debile , tum quia redundantes succi à natura sanguinis non parum recedunt , probarem tamen apertionem alterius Fōtici ad brachium dextrum , sic enim melius virus arthri,

cum educitur docet Pareus ; purgantia autem commendarem , ex his enim non paruæ vtilitates eliciuntur ; tamen quia nec virtus consistit , nec tempus est admodū opportunum , cum sit valdè frigidum , nec corpus est ad euacuationem dispositum , ob crassos succos quibus est refertum , ideo expectarem , vt vires reuocentur , humoresque extenuentur , deinde purgantia exhiberem , quæ redundantes , ac molestantes succos educendi vires obtineant , præparatis prius , dispositisque vijs ad purgationem , serapijs v3. ex corticibus cit. , infus. ros. rub. , rodomet. zuc. cum aq. buglos. , & bett. , iteretur quoque purgatio bis , terue iuxta exigentiam , ac virium robur ; post corporis euacuationem decenter factam , tanquam optimum salutareque præsidium commendarē priuata medicamenta , potissimū verò decoctum Tarsæ parillæ , in loco calido exhibendum , habet .n. maximam facultatem extenuandi , ac crassos succos dissoluendi .

De parte affecta nō minor prouidentia est habenda , præsertim verò de vlcerebus , quæ cum sordida , sinuosa , maligna , ac simul putrida sint , indicatio insurgit abstergendi , exiccandi , ac malignitatē remouendi ; sed ante omnia sinuositates sunt prorsus auferendæ , sic enim melius , & prōptius corruptæ vlcerebus partes ab omni putrilagine redduntur immunes , quare nulla interposita mora scalpello , vel consimilibus alijs instrumētis abscindantur , deinde

indè medicamenta applicentur , quæ his nuper dictis indicationibus satisfacere valeant ; has omnes dotes obtinet puluis mercurij præcipitati , aluminis rocchæ , àëris vsti , tutiæ præparatæ , calcanti rubri , & huiusmodi ; sed quæ parte vlcera fordida tantum videntur , tunc sat est applicare farinam hordei melle , & terebinthina exceptam , his vel consimilibus absterfis exiccantur , ac roborantur vino , melle , & myrrha ; balnea naturalia nempe Cantarelli , vel Gurgitelli non parum quoque probantur , sicuti & balneum Crucis , vel de subueni homini vulgo dictum . Verum quia dolores quæ maximè excruciant , idcirco sunt leniendi , vel oleo chamœmelino , & amigdalorum dulciû , in quibus bullierunt intestina arietum , vel quatuor anodinis in Hydrcleo decoctis , vel cataplasmate ex far. hordei sem. lini , tritici , oleo anethino , & iure pingui ad ignem confecto ; non est etiam contendendum oleum lapidis lazuli , quod leniendi , ac discutiendi humores in articulis collectos magnâ vim habet ; verum non sunt huiusmodi auxilia admouenda , nisi ad circumscitas vlcerum partes ; Empyrici summis laudibus extollunt vomitoria , quæ mouent sursum , & deorsum ; nec non quædam alia emplastra mercurialia , & similia , quæ non semel administrata vidimus sine fructu , & vt plurimum magnâ cû languentiû clade , quare ab his esse abstinendum puto .

APPENDIX.

**M**Orbus articularis , quo otiosi , & diuites præcipuè infestantur ad pedum regionem podagra dicitur , & hanc etiam Barbari Medici Guttam appellât , & non ineptè quidem , quia à fluxu quasi guttatim facto excitatur , sed si manuum vsum impediât , chiragra nuncupatur , & vtinâ dumtaxat manus , pedes , articulosque omnes infestaret . Sed malû heu deplorandum , plerumque etiam ipsum caput , ceruicem , iecur , & cor , inquit *Hieronimus Capinaceus consilio 226.* referunt etiâ alij , & membrum virile : Solet autem huiusmodi malum non esse continuum , sed per interualla affligere , nam sicuti per interualla materia accumulatur , ita etiam per interualla ad Articulos detruditur , in dies enim obseruatur Ægros per menses sex , sepè etiam per integrû annû ab hac labe nõ esse immunes ; temporis tamen progressu per breuiora interualla visceribus à calore labefactatis , humoribusque pluribus vitiosis accumulatis malum reddit , quod interdum per menses tres , non raro singulis mensibus , quandoque etiam nonnullos perpetuo affligere solet ; causa proxima huius vitij est continui solutio , quem inducit affluxus humorum acrim in partes membranofas circa articulos , eas vel distendendo , vel acrimonia simul pungendo , &

A a a 2 vel-

vellicando; illud tandem verum est quod bilis, pituita, sanguis, & melancolia huius mali prima causa non sunt, siquidem prima causa est humor serosus falsus, & acris, qui promptè ad articulos penetrat, & tendones, ligamenta, aliasque consimiles particulas afficit, & molestat, qui quoniam acris falsus vellicans, propterea partim sua falsedine, & acrimonia, partim verò copia, & substantia eas pungens, langinans, vel distendens artiticos excitat cruciatus. Podagra, & Chiragra periculosa affectiones non sunt, ex eo quia corpus per ipsas exoneratur, & ad partes ignobiliores sua excrementa deponit, licet verò vitam non tollant, eam tamè miseram, & infelicem reddunt. Vbi vero Artitis, vel eius fluxio superiores occupauerit partes, scilicet ceruicem, spatulas periculo non vacat, arguit enim Cerebrum, & vitalia viscera laborare, & à se ipsis longinqua loca noxiam materiam exturbare non valeant. Artitidis curatio duplex est, altera in parosismo actù infestante, altera verò extra parosismum. Prima

enim tota versatur, vt humor ad articulos illapsus discutatur, & euacuetur, pro quo assequendo primum locum obtinent proba victus ratio, & alius humida; Secundo verò sunt localia, quæ circa initia anodina debent esse, tum quia affectio valdè dolorosa existit, tum quia partem reddunt laxiorem, ad hoc vt facilius noxius humor extrinsecetur; verum in applicatione horum est notandù, quod si fluxio calida existit, tunc frigidiora erunt vsurpanda, & si vehementissimus fuerit dolor laudantur etiam Narcotica, & hæc in principio; In statu autem, & sine fluxionis habenda erit ratio vesalutionis materix, vel sensibilibiter, vel insensibiliter, pro qua assequenda laudantur herudines supra partem affectam, spiritus viui, ol. de lat., ol. de cranio, vel ossibus humanis, &c. Quo ad secundam intentionem circa præseruationem ab hoc diro cruciatu, assequemur, si tempore vernali, autumnalique præsidijs vtamur, quæ valeant expurgare materiam fluxionem excitantem, vt per belè notat Gal. in lib. de sangu. miss. cap. 7.

## CONSULTATIO XIX.

*De Ulcere Cacoetico malleoli, pro quodam nobilissimo viro.*

Mali Idea.



Orbi ideam, quæ semper primò consideranda occurrit, nullam aliam in casu huius nobilif-

simi patientis esse arbitror, quam vlcus cacoeticum, id est mali moris; idque satis euidentè denunciant curationis difficultas, & pertinacia, (audiuimus enim per plu-

plures menses, & annos à clarissimis medicis fuisse ex arte curatū, sed tamen sine fructu.) color vlcus ambiens liuidus, & non raro subruber, tenuis sanies quam eructat, eiusdem vlceris callosa labra, & tandem fucata sanatio, referunt enim quod iuxta cicatricem semper reuiuiscit; huiusmodi autem vlcera his notis referta, non solum cacoetica, maligna, malique moris; verum etiam dyfiata, dysepulosa, dolosa, malefica, contumacia, Ægreque sanabilia appellantur à *Gal. 4. met. cap. 5.*, & rebellia Chironia, & Telephia lib. de comp. med. per genera c. 18. *Mali Cause.* Causa autē cur huiusmodi vlcera non curantur sunt prauorum humorum confluxus qualitate, & quantitate peccantium, valida partis intemperies, siue æqualis, siue inæqualis, viscerum obstructio, & Hepatis durities, cum igitur omnes huiusmodi causę in nostri patientis corpore vigeant, nō mirum si sanitati nunquam sit restitutus. *Prefagium.* Cæterum cum huiusmodi vlcus utroque modo sic mali moris, nempe alimenti vitio, partisque vitiola habitualique qualitate etiam nobis occulta, adeo deterrimę conditionis esse puto, vt alimentum ad particulam veniens, quantumuis laudabile, corrumpatur, vel saltem alteretur, & vitietur, quare eius curationem esse valdē difficilem, ne dicam desperatam arbitror; sed quia etiam in angustiis, ac desperatis malis, præstat potius aliquod experiri remedium, quam in certam

desperationem Ægrum precipitē dare, idcirco ad indicationes curatiuas esse confugiendum censeo, præsertim vero primò ad eas quę respiciunt totum, deinde ad eas quę respiciunt partem; totum autem respiciunt illa tria medica instrumenta, nempe diætica pharmaceutica, & chirurgia. Quantum verò ad partem diæticiam, vitus ratio talis est istituenda, vt aduersetur succis in corpore redundantibus; sunt autem isti pituitosi, & melancholici, non quidem naturales, sed falsi, alterati, ac mala qualitate infecti, ideo eibi debent esse tales, vt his refragari valeant; interea humores iā in corpore geniti sanguinis missione, & catarticis, quę illos respiciant, apertis vijs, atque ad euacuationem dispositis, educantur. post quorum euacuationē ne amplius regenerentur, de ventriculo, & Hepate habēnda est prouidentia, exhibendo ea quę ventriculi imbecillitatem corrigunt, Hepatisque feruorem attemperant; verum quia vix potest prohiberi ne regenerentur, idcirco vt auertantur probarem apertionem fōticali ad crus sanum, & per interualla quoque sanguinis euacuationem ex venis pedicis; postea tandem ad viscera corrigenda, tanquā satis velle, quinimo summe necessarium, probarem longū vsum decocti Tarta parillæ, & radicis chinæ in sero parati. Quantum verò spectat ad ea quę affectam partem respiciunt, hæc possunt esse in duplici differ-

ren-

*Curative indicatione.*

rentia, nam quædam respiciunt vlcus, & quædam quæ sunt cum vlcere complicata, quoniam vero vlcus nequit curari, nisi quæ sunt impedimento remoueantur, idcirco primò illa sunt profuse extirpanda, præsertim verò callositas, quam *Gal. 4. meth. c. 2.* præcipit esse profus abscindendam, vel causticis exedendam; re vera tamen potius ferrum probarem, quoniam nulla citius, ac tutius callosa vlceris labia curandi via, quam forcipe, vel nouacula vsq; ad partem viuam præcidere inueniri potest, sic enim caro noui, laudabilisque nutrimenti aduentu præstantius nutritur, & durabilis cicatrix inducitur. intemperies quoque inæqualis, sed in prædominio calida, quæ circumscitas vlceris partes iamdiu occupauit, ijs esse remouendam censeo, quæ attemperandi, calorisque innati substantiam augendi facultatem obtinent, vt præsertim sunt cataplasmata alibi descripta. tandem ad exulceratam partem, tanquam valde proficua, probarem medicamenta, quæ citra mordicationem valenter siccant, roborant, atque digerunt, vt pulueres cort. aristolochie, aluminis, misij; àëris vsti, calcanti rubri malicorij, Gallarû, mercurij præcipitati, tutiæ, & litargirij, ex his enim cum oleo veteri liliorum alborum, & cera variaz vnguentorum formulæ confici possunt; horum enim vnguentorum beneficio, sordes abstergitur, caro mollis exiccatur, virus in vlceris parietibus existens euo-

catur, & educitur; verum vt huiusmodi medicamenta magis reddantur proficua, *Hip. cõsiliu in lib. de ulceribus* traditû sequi debemus, vbi inquit quod quammaximè confert, vt ex malignis, ac inueteratis vlceribus crebro sâguis educatur; tandem cum exulceratæ partes, sectis scalpello labijs satis exhaustiæ videntur, ad solutæ partis agglutinationem esse deueniendum, monet *Gal. 3. met. c. 2.* per illa medicamenta, quæ vitiatam carnem valeant extirpare, & nouam regenerare, demumque cicatricem inducere; atque sic putro esse procedendum pro huius vlceris curatione nostri nobilissimi patientis.

## APPENDIX.

**V**Lcera quæ Aegtè ad cicatricem deducuntur, ægrèque sanâtur sunt cacoetica, & maligna appellari iam diximus, quæ si longo tempore perdurant, vocantur etiam Chironia, & Telephia; quia optimos requirunt medicos, sicuti Chiron, & Telephus fuerunt; dignoscuntur autem huiusmodi vlcera, quia magna sunt, oras habent callosas ac tumentes, saniem non multam sed tenuem emittunt, nullum malum præbent odorem, neque dolorè excitant, neque magnam inflammationem mouent, non vehementer serpunt sed lentè, sunt vt plurimum circumcirca liuida, admodum difficile sanescunt, & si quandoque cicatrice obducantur, ipsa

cor-

corrofa reuiuifcunt; *velib. 5. c. 28.* refert *Celfus*; ex quibus colligitur, quod parum, aut nihil huiusmodi vlcera inter fe diftant. caufæ autem cur vix ad cicatricem deducuntur præter ea fupra ånotata, funt malus habitus totius corporis, varicum vicinia, offis corruptio, fcyrrhus Iecoris, vel lienis, vel mefenterij, alicuius euacuacionis fuppreffio, & curantium medicorum non femel imperitia; fed caufa magis proxima eft materia acris genita vel extra partem affectam, vel in ipfa læfa parte; extra partem affectam generantur Icor biliofus, pituita falfa, ferum falfum, nitrofum, & erodens, fimulque atrabilis, ifti autem humores tranfmiffi, vel attracti ad aliquam partem, illam contaminant, & exulcerant, in ipfa etiam parte acrimoniam acquirunt ob aliquam eiusdem intemperie, v3. cum pus ipfum concoctione, & mora in parte acrius euadit, & eo quidem acrius, quo humor è quo generatur acrior eft; ad partem autem vlceratam humores confluunt, vel à toto corpore, vel à parte aliqua vitiofos humores generante, & tunc natura, vel copia, vel humoris vitio ftimulata, illos expellit, ad partemque læfã deponit, vel cum pars ob dolorẽ, & calorẽ humores attrahit, vel ad partem decliuem fua fponde defluunt, vel tãquã ad partes ignobiles mouentur: Ceterũ curationis cõfiliũ fitũ eft primò in remotione caufarum, quare prauifucci, non tam per venæ fectionem, quã

per pharmaca educantur, idque in curandis malignis vlceribus eft perpetuo obferuandum; fiquidẽ eft impoffibile, vt in corpore quod diuturnũ paffum eft vlcus, non vigeat prauorũ, atque crafforũ fuccorũ apparatus, vt aduertit *Fallopius*. poftea vilcera malè affecta corrigenda funt illo curãdi modo, & ijs auxilijs, quæ in proprio capite de curatione fcyrrhi à clariffimis viris annotantur. de exulcerata quoq; parte magna habenda eft prouidentia, nam præter fupra memorata præfidia vtiliter quoque ad vlcus admoueri poteft medicamentum, quod recipit refinæ pini, picis græcæ, & terebinthinæ clarę venetæ ana ʒ 3., picis naualis ʒ 2., cerę citrinę ʒ 2., ol. rof. ʒ 1., ol. abietini ʒ 3., card. ftillati, fem. malu. ana ʒ 2., ter. fam. ter. figill. ana ʒ 1. aloes Hepaticæ ʒ 3. corallor. præparatorũ ʒ 6. f. ch. opt. ʒ 2., 5. A. f. vnguentum, huiusmodi enim auxilium præftat omnia quæ defiderantur, fouendi v3. natiuum calorem, & fine morfu exiccandi, nam quæ vlcus mordet, & exafperant, dolores concitant, inflammationes accerfunt humores commouendo, vnde maiorum malorum folent eſſe præludium, quare cautè eft procedendum. Illud tamen verum eft, quod non femper mitiora, ac mediocria funt opportuna, liquidem ad vlcera admodum pertinacia, & maligna, ficuti etiam ad corpora robuftiora, valentioribus eft vtendum, ad benigniora, mitioribus, ad mediocria, mediocribus;

ex

ex his enim satis euidenter patet quantum aberrant medicaſtri, qui vno eodemq; medicamento putant huiusmodi vlcera curare, & ad cicatricem perducere, vt notat *Gal. l. 4. de comp. med. per genera. c. 3.*, neque fortiora eſſe debent ne vlcera recrudescant, tunc veluti fordida apparent; idque cum non putetur fieri ex medicamentis, ſed ex confluentium ſuccorũ vitio, ad validiora iterum confugiunt medicamenta, quo fit vt deteriora vlcera fiant, vnde ſepè in maiora alia mala commutantur, nam tunc medicamentum optimũ cenſetur, cum citra mordicationẽ administratur, malũ verò iudicatur quãdo ex eius admotione carnes liqueſcũt, exacerbãtur, vel inflammãtur, doloresque ad multũ tempus perdurant, vlcera præte-

rea dilarantur, & maiora faciunt Illud quoquẽ omittendum nõ eſt, curationis initium numquam à leuioribus, ſed à fortioribus eſſe inchoandum, descendendo poſtea ad mediocria, & tandem ad imbecilliora præcipit *Gal. lib. 4. de comp. med. per gen. cap. 2.* verum ſi quis hanc curandi meth. ſimulque medicamenta contemnat, vel reprobare videatur, adeat *Gal.* qui pluribus in locis non obſcuris verbis ſcripſit, quod omne vlcus dũmodo ſimplex fuerit exiccari deſiderat, medicamento non aſpero, nec irritante, præter quam vbi malignum, & cum putrilagine fuerit, talia autem medicamenta expetit, quæ vires ignis habeant, quale eſt myſi, arſenicum, &c., & vbi hæc non ſufficiunt ipſo igne eſt vtendum.

## CONSULTATIO XX.

*De luxatione Tali, prò quadam Reuerenda Moniali.*



*Mali indicia* **V**od admodum noſtra Reuerenda Tali luxatione aſſiciatur, præter ocularem aſpectũ, indicant motus huius articuli abolitio, ingens dolor eiufdem artus, carnis liuor, eminentia, & cavitã infueta. Verum cum huiusmodi Articulus in exteriorem, interiorem, anteriorem, ac poſteriorem partem luxari poſſit, tamen in caſu huius noſtræ Reuerendæ eſſe in partem interiorem prolapſum, indicant protuberãntis

offis tumor in parte externa, & partis internæ cavitã, ima pedis pars quæ in exteriorem conuertitur, quod eſt præcipuum ſignum huius luxationis. Cuius cauſa fuit externa violentia, nempè caſus ab alto, cuius gratia os Tali, ſiue Aſtralagus, quod à cavitatibus imæ tibiæ, ac ſuræ recipitur, è proprio loco diſtractum eſt, & extra prolapſum.

*Mali cauſa.* Huius Articuli luxatio, & ſi nullum diſcrimen per ſe portendit, quia quemadmodum facilè hinc inde os prorumpit, facilè quo-

quoque reducitur , sed semper difficulter, propter ossium hunc Articulum componentium multitudinem, firmatur ; per accidens verò multa potest inferre mala, nempè febres, dolores, vigiliæ, inflammationem, & Gangrenam, præsertim cum ab ignavis restau- ratoribus repositio tentatur ; vt igitur accidentibus, quæ facillè superuenire possunt occurratur, in- cumbendum est vt quamcitissimè luxata ossa ex perito aliquo artifi- ce in propriam sedem restituâtur, hanc autem repositionem facillè consequemur, si debita extensio adhibeatur, quæ quoniam recès est manibus absolui potest, nem- pè à duobus ministris, quorum vnus pedem manibus apprehen- dat, alter Tibiam supra pedis Ar- ticulum arripiat, & extendat ; re- staurator vero in contrariam par- tem luxatum os impellat. verum si accidat, vt hæc repositio mani- bus absolui nequeat, ad habenas recurrendum, quæ ad pedem, ac tibiam supra Talum in parte te- nuiori administrari debent, vt 4. de Art. l. 52. & 1. de fracturis à tex. 39. vsque ad 60. notauit Hip.

Quibus peractis, ac restituti- onibus, in suisque naturalibus locis collocatis, idonea fascia ex arte ligetur Articulus, vt ossa in sua naturali sede contineantur, atque ita ligatus quiescat, sic ne- uuitatur periculum ne iterum la- bantur ; tandem per 20. dies sal- tem persistat in lectulo, quia Ta- lus totum corpus gestat; præterea ne ad affectam partem accurrant

humores, ibique infigantur ; alte- rentur, & putrescant, cataplasma refrigerans, atque adstringens est illicò apponendum, sicuti est quod conficitur ex pul. thuris, masti- ch. bol. arm., ter. sigill., ros. rub. myrtill, far. hord. tritici albumi- ne oui, & oleo rosaceo. A succo iusquiami, croco martis, pulue- ribus lapidis Hemathitis calcinati vitriolique loti à suo sale depura- ti; ac similibus, quibus indissolu- tè vtuntur empirici, abstinere, exhorumenim applicatione hor- renda symptomata sequuta vidi. Cæterum non sunt interea omit- tenda vniuersalia præsidia, quæ à perito medico curante præscri- benda reliquo. illud tamen omit- tendum non est, quod cataplasma, aut emplastrum quaternis, aut quinis quibusque diebus sunt mu- tanda, atque hæc breuiter erant dicenda pro salute huius nostræ Reuerendę. die 12. Martij 1664.

APPENDIX.

**I**Nter morbos qui ossibus per- vim, & violentiam superue- niunt, est luxatio, quæ etiam ex- harticulatio à latinis dicitur, à Græcis verò exarthrema, & à bar- baris dislocatio, quæ ex communi medicorum consensu non est ali- ud nisi capitis articuli è proprio sinu in alienam, atque insolidã sedem prolapsus, cuius causa vo- luntarius motus impeditur. luxa- tio etsi omnibus articulis accidat nullibi tamen frequentium, quam ad articulum pedis nempè Tali,

B b b

qui

qui ex *Cornelij Celsi* sententia tradita *lib. 8. capite 22.* in quatuor partes prolabi potest, nempe in partem exteriorem, interiorem, anteriorem, ac posteriorem, licet frequentius in exteriorem, siue perfectè, siue imperfectè luxari, ac subluxari possit; verum si luxetur in partem anteriorem, ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur, si in exteriorem contraria adsunt signa; si in priorem, ille robustus, ac latus tendo, qui à

posteriori parte est; calcis que ossi alligatus, durus, ac tensus redditur, pes minor, ac breuior apparet, ob articulum in priorem partem promotum, multamque pedis partem occupantem; si tandem in posteriorem calx pænè cõditur, quoniam ad calcem articulus est promotus; & pes longior visitur. hæc signa si manifesta appareant, perfectam luxationem indicant; si obscura imperfectam ostendunt.

## CONSULTATIO XXI.

*De Perionibus, pro quadam vobillissima Puella.*

Mali signa.

Ubercula quibus pluribus abhinc diebus ad amborum pedum Calcanea nobilissima Puellula detinetur, esse peculiarem illam inflammationis speciem, quã Periones nominant, indicant rubor, dolor satis molestus, exigua Pustulæ, & Ichor qui ex vlcusculis, siue disruptis Pustulis educitur, quæ, *vt lib. 5. c. 28. docet Celsus*, huius mali sunt soboles. quibus addi potest Ætas, quæ hisce malis est quammaximè obnoxia, & anni quoque tempus, nam huiusmodi vitia ad hiberna tempora dumtaxat assurgunt.

Mali causæ.

Quorum malorum proxima causa non sunt rores, siue sanguinis flores, aut sanguis sumptus pro quarta substantia, vt nonnullis visum est; sed sanguis sumptus pro massa sanguinea, idque

vlcera praua, crustosa, malique moris, quæ ferè semper ad hæc dolorosam affectionem sequuntur, ostendunt, quæ ex sanguine puro, eiusdemque rore fieri nequeunt; causa verò remota proculdubio est frigus immoderatum, quod *vt lib. 5. aph. tex. 20. notauit Hipp.* partibus exanguibus sepè exitio est; siquidem propter frigus, quod extremis partibus est valdè infensum, vehementes dolores concitantur, quapropter ad dolentes partes protinus sanguis accurrit, ibique tubercula quæ rubent, & liuent assurgunt; sanguis autem ob affectarum partium densitatem, frigorisque vehementiã exhalari non potest, quare putrescens suppurat, tenellas carnes exanguiesque partes exurit, atque exulcerat.

Cæterum non sunt contendenda huiusmodi vitia, nam licet per se

Prognosticū

se nullum portendant discrimen, per accidens verò multa possunt inferre mala dolorosa, v3. putrida, & serpentina vlcera, quandoque etiam Gangrenam, atque offiscariam, quam ex neglectis pernionibus se vidisse refert *Iulius Casar Arantius lib. de tumoribus præternatur. cap. 67.* Quare circa initia dum adhuc incipientes sūt idoneis præsijs sunt tractandi, quibus cito, tutè, & iucundè valeant superari, & affectæ partes ab imminentibus malis præseruari.

Sed quibus præsijs hisce indicationibus satisfieri possit, adhuc non constat; sunt enim ferè ignota inquit *Fallopius*, siquidè sunt qui calefacientibus hanc curationem esse absolendam putant, alij frigidis esse omninò cõtendunt: Verum vt verum dicam, in casu huius Ægrotantis Poellæ calidis auxilijs curationem esse absolendam arbitror, videmus enim materiam iam esse collectã, fluxionemque firmatam, ideo laudare vt affecta loca lacte dulci tepido foueantur, in quo folia saluix, vel rutæ, vel roris marini fuerint decocta, addito etiã oleo rosato, aut decocto Rapæ magnæ. Post lotum, ipsemet Rapæ coctæ, contusæ, & ad formam emplastri redactæ vtiliter admoueri possūt præsertim si vntio ex oleo rosato in Rapæ magna excauata feruefacto præcedat; huiusmodi autem remedij Genus non parum ab *Aetio lib. 14. commendatur.* Possumus etiam ad calidi cineris fotum re-

currere, quo solo remedio se à Pernionibus liberatum fuisse refert *Fallopius*, quibus singulis annis vehementer affligebatur; his enim calefacientibus auxilijs, vel cõsimilibus concreti frigore humores dissoluuntur, dissipantur, atque educuntur, qua ratione *Arist. 1. sect. problematiũ, problema 50. 55. & 56.* à calore sũmo curari perniones scripsit. quapropter tenellos Puerolos ab ambiète frigido semper, tam ad curandũ, quam ad præseruandam tueri nõ parum confert. Sunt quædam alia, quæ à proprietate perniones curant, vt cinis cancerorum fluuiialium cum melle cocto dissolutus, Puluis fellis leporis, cum adipe suillo mixtus &c., à venesectione, ac purgantibus abstinere, tum quia malum hoc non ita vrget, tum etiam quia sumus in tẽpore valde frigido, ac in ætate Puerili. Quare hanc forsã ob causam de his magnis præsijs pro curãdis pernionibus, nec verbum quidem fecerunt probati aucthores.

APPENDIX.

**P**erniones siue Chimecla, vt Græcè appellatur, extremarũ partium sunt affectus, præsertim vero digitorum manuum, & pedum inquit *Petrus Forestus lib. 5. chirurgicarum obseruationum obser. 15.* interdum etiam narium, & aurium quoque, sed maximè omniũ calcanei; propriæ autem sunt inflammationes parum eminentes sub

Curatiue indicationes.

sub cute existentes; oboriuntur autem hyeme propter frigora ingentia, à quibus extremæ partes facillè afficiuntur, & quamquam circa sui initia sub forma tumoris rubicundi oboriantur, postea tandem fiunt liuidi, nigri, & molles, & ad suppurationem vt plurimùm perueniunt, quæ ex se ipsa exulceratur absque sanie, & in vlcera praua, arida, & sicca sine vlla digestionem degenerant; aliquando etiam humor ex ijs stillat, qui puris, vel saniei substantiam repræsentat. Cæterum licet huiusmodi vitia æstiuo, & autumnali tempore euanescant, tamen circa hyemis initium reuertuntur, quare curatio præseruatiua est prius instituenda, quæ præsertim est petenda ex Balneo tepido, in quo manus, & pedes infundentur, ac perfricentur, sicuti est quod conficitur ex lupinis, lenticulis, baccarum hederæ, sem. cymini, flor. chamæmil., parum salis, & aqua pluuialis; præseruatiua quoq; sunt sal cum melle tritum, quo manus, & pedes perfricentur, vel succus citri cum adipe suillo ad formam vnguenti, quod est etiam curatiuum, vel frequens ablutio decocto raparum.

*Medicamēta  
Præseruati-  
ua.*

*Medicamēta  
Curatiua.*

Medicamenta autem curatiua circa sui initia sunt fots aquæ fri-

gidæ, & gelidæ maris, præsertim cum pars est admodum refrigerata, tunc enim non est igni admouenda, aut ei calida imponenda, ne atomis frigidis in affecta parte retentis ad penitiora detrusis, seuissimi dolores concitentur, & exitialia mala insequantur. fots quoque ex decocto lentium, & blitis non sunt reiciendi, potissimum si postea cataplasma ex farina lentium, hordei, oleo rosato, & myrthino administraretur, vel linimentum quod conficitur ex succo solani Plantaginis rosarum, oleo ros. incompleto, pulueribus litargirij, cerussæ, & parum aceti simul agitatis in mortario plumbeo, cum pastillo plumbeo. Verum si accidat, vt in vlcus degenerent, tunc vnguentum quod confirmatur ex oleo ros., melle medulla Tauri, pulueribus lytagirij, cancrorum flauialium, & buforis vtiliter applicari poterit. Sed ad exulceratos perniones nihil est præstantius vnguento de succis ex inuentione Arantij. Empirici autè aliter perniones curant, exponunt enim vlceratam partem ad fumum aquæ feruentis, postea admouent linteamina madefacta in illa prima aqua, quæ effluit per destillationem in retorta cum sit oleum resinæ Pini.

F I N I S.

# I N D E X

Omniū notatu digna in hoc Opere contenta, à  
Philosophiæ, & Medicinæ Doctore Tho-  
ma Morese Neapolitano, & Authori  
conſanguineo extractus.

Primus Numerus Paginam, Secundus Columnam demonstrat.

- A**bdominis descriptio. pag. 179.  
column. 1.  
Abdominis fistula difficulter curan-  
tur, & quare. 171. 2.  
Abdominis vulnera, vide vulnera ab-  
dominis.  
Abrasio in osse fieri debet usq; ad ve-  
stigium. 2. 1.  
Abscessus sunt morbi in repletionē.  
241. 2.  
Abscessus sciētis signa. 240. 1. &  
282. 2.  
Abscessus propè articulos subcrudi sūt  
secandi. 365. 2. & 366. 2.  
Abscessus propè articulos aliquādo si-  
ne dolore prorumpunt. 366. 2.  
Abscessus, qui in fine morbi absq; sym-  
ptomatiū remissione assurgunt, per-  
niciosi sunt existimandi. 129. 2.  
Abscessus retrò aures exorti, sēper sūt  
suspecti. 128. 1.  
Abscessus ano proximi, quomodo geno-  
rentur. 240. 2.  
Abscessus ano proximi, facili de causa  
in putredinem abeunt. 241. 1.  
Abscessus ani antè perfectam matura-  
tionem sunt aperiendi. 241. 2.  
Abscessus in factio esse signa. 364. 1.  
Abscessuum, quinam crudi sunt aperi-  
endi. 185. 2.  
Abstergentia qualia. 94. 2. & 337. 2.  
Alnus humida ab hemorrhoidis preser-  
uat. 252. 1.  
Ambiens valdè calidus, aut frigidus  
vulneribus capitis perniciosus. 8. 1.  
Ambustionis signa. 315. 1.  
Ambustionis curatio. 316. 1.  
Amputatio, quomodo molienda. 302.  
2. & 303. 2.  
Amputatio quibus in casibus nō com-  
petat. 320. 1.  
Aneurismatis signa. 283. 1.  
Anchylops quid. 58. 1. & 60. 2.  
Angina quid. 65. 1.  
Anginæ patognomonica signa. 61. 2.  
& 65. 1. & 66. 2.  
Anginæ malignæ, ac pestilentis signa.  
62. 1.  
Anginæ causa. 62. & 65. 2.  
Anginæ correptis cerebrum læsionem  
non patitur. 62. 1.  
Anginæ cur pueris familiaris. 62. 2.  
Anginæ etimologia, & differētia. 65. 1.  
Anginam sedantia à proprietate. 66. 2.  
Animus fortis ardua omnia vincit, &  
superat. 249. 2.  
Ani in regione cur ulcera facile orian-  
tur. 268. 1.  
Ani fistule, num curari debeant. 163.  
1. & 264. 1.

# I N D E X.

- Ani fistula, etiam si fecerint, non curantur.* 261. 1.
- Ani procedentia, quando incurabilis reddatur.* 244. 2.
- Ani procedentia est morbus in situ.* 243. 1.
- Ani procedentia, quomodo ariatur.* 242. 2.
- Ani procedentiae cause.* 242. & 244. 2.
- Ani speculum non probatur in ani vitij.* 269. 1.
- Anus quomodo propellatur.* 243. 2. & 244. 1.
- Apostemationis cerebri signa.* 9. 2.
- Apparitiij olei vires pro capitis, nervosarumq; partium vulneribus.* 7. 2.
- Aqua magistralis descriptio.* 60. 1.
- Aquosa hernia, vide hernia aquosa.*
- Aqua raro in scroto generatur.* 217. 1.
- Aqua, & acetum repellendi, & digerendi magnam obtinent vim.* 363.
- Articularis intemperies praestantius non agnoscit praesidium igne.* 198. 2. & 199. 2.
- Articulorum perniciosus est morbus ille, qui in coxa fit.* 199. 1.
- Articulorum vulnera non sunt contemnenda.* 278. 1. & 365. 1.
- Articularum vitia apud Medicos incurabilia censentur.* 369. 1.
- Argentum vivum humano corpori est valde insensum.* 271. 2.
- Articulorum abscessus ante perfectam maturationem sunt aperiendi.* 365. 2. & 366. 2.
- Atheromatosis signa.* 367. 1.
- Atheromata fere semper per congestionem fiunt.* 367. 2.
- B.
- B** *Alneum olei, & herbarum emollientium remedium est extreme aduersus faces induratas.* 165. 2.
- Bilis quot habet species, tot & Erysiptelas habet.* 111. 1.
- Bilis naturalis quid.* 111. 2.
- Bronchoceles quomodo generentur.* 131. 1.
- Bronchoceles quid.* 130. 1. & 133. 1.
- Bronchocelestis curatio, qua nam tutior sit.* 132. 2.
- Bronchoceles ab alijs gutturis tumorbust segregatio.* 133. 1.
- Bubonocelos quid.* 192. 1.
- Bubonocelos signa, & causa.* 292. 1. & 293. 1.
- Bubonocelos curationem non admittit, dummodo confirmatus existit, & ab eius curatione tetata multa mala superuenire consueuerunt.* 193. 1.
- Bubonocelos dum est corruptum curationem suscipit.* 193. 2.
- Bubo gallicus quid.* 161. 2.
- Bubonis gallici signa.* 162. 2.
- Bubones gallici ubi exoriatur.* 252. 1.
- Bubonis gallici generandi modus.* 161. 2.
- Bubonum differentia.* 161. 1.
- Bubonis nomenclatura abunde desumpta.* 161. 1.
- Bubonis gallici ab alijs bubonibus segregatio.* 161. 2.
- Bubones veneri, vel in glandulis, vel prope ipsas erumpunt.* 179. 2.
- Bubones gallici in glandulosa substantia geniti non perfecte maturantur, & prava gignunt lymphomata.* 180. 1.
- Bubones veneri non sunt resoluedi, & quare.* 180. 2.
- Bubones gallici sunt parius aperiendi causticis, quam ferra.* 181. 1.
- Bubones veneri quandoq; fiunt citra hepa-*

I N D E X

*hepatis infectionem, & hoc quando.* 182. 1.  
*Bubones gallici, quare difficulter sup-  
 purentur.* 182. 2.  
*Bubo gallicus in abscessum mutatus,  
 & dissectus uniuersum corpus ex-  
 purgat.* 183. 1. & 86. 1.  
*Bubo maturatiōis rebellis dolores, &  
 praua incommoda concitat.* 86. 1.  
*Bubonis gallici melior iudicatio, est per  
 suppurationem.* 180. 2.  
*Bubo gallicus quare non resoluedus.*  
 180. 2.  
*Bubo gallicus schyrrhi naturam sapit,*  
 180. 2.  
*Bubo gallicus quādoq; in principio ve-  
 nae sectionem, & purgationem exi-  
 git.* 181. 1.  
*Bubo gallicus in totum omnia digerenti-  
 tia, & repellentia pellit.* 183. 1.  
*Bubo venerens num sit crudus incidē-  
 dus.* 185. 2.  
*Bubone gallico disrupto post septem  
 dies conuenit uena sectio.* 184. 1.  
*Baxi oleum dentium dolorem mirifice  
 soluit.* 50. 2.

C

**C***acoetica ulcera fortiora in prin-  
 cipio, & mitiora deinde medica-  
 menta requirunt.* 375. 2.  
*Cacoetica, quanam sint appellanda  
 ulcera.* 374. 1.  
*Cacoetica ulcera cur difficulter curan-  
 tur.* 371. 1. & 374. 1.  
*Cacoetica ulceris signa.* 372. 1. &  
 374. 1.  
*Calor naturalis omnium operationum  
 naturalis est causa.* 87. 1. & 365. 1.  
*Callum remouētia.* 239. 2. & 240. 2.  
 & 260. 2.  
*Calli generationem prohibētia.* 341. 2.

*Calculi quomodo per Chirurgiam au-  
 ferantur.* 266. 1.  
*Calculi quomodo generantur.* 224. 2.  
*Callus quomodo generatur.* 149. 1.  
*Calcaris vitia, cur difficillimè inue-  
 niantur?* 8. 1.  
*Caluaria quamquam dura, adhuc ex-  
 ternis iniurijs subiacet.* 6. 1.  
*Calculum à tota substantia remouen-  
 tia.* 225. 2.  
*Cancerosi ulceris signa.* 321. 1. &  
 344. 1.  
*Cancerosa lingua curationis incapax  
 est.* 323. 1.  
*Cancro exulcerati, cur curationem non  
 suscipiant.* 347. 2.  
*Cancro exirpatio in mammis, redditur  
 impossibilis apud Galenū.* 145. 1.  
*Cancer quid.* 141. 1. & 81. 1.  
*Cancro exulcerati causa.* 145. 1.  
*Cancro exulcerati signa.* 144. 2.  
*Cancerosi tumores, & cancro, circa eo-  
 rum initia curationem suscipiunt.*  
 141. 2.  
*Cancerosi tumores, quales sint.* 141. 1.  
*Cancerositates, quae per interualla ge-  
 nerantur, per interualla euacuari  
 debent.* 253. 2.  
*Cancer occultus, qualis.* 81. 1.  
*Cancer dum exulceratur magis effera-  
 cit.* 81. 1.  
*Cancro linimentum optimum.* 80. 2.  
*Cancro curatio est valde operosa.* 89. 2.  
*Cancerosi tumoris signa.* 78. 1.  
*Cancro nam per ferream, & ignem de-  
 beant curari.* 81. 2.  
*Cancro dum in principio, & absq; pesti-  
 tioribus radicibus existunt, optime  
 per Chirurgiā possunt curari.* 82. 1.  
*Cancro à curatione citius mors conci-  
 tatur.* 82. 1.  
*Cancro ab incisione cancerum manife-  
 stum*

# I N D E X.

- Hum succedit.* 83. 1.
- Canis morsus venenositatem semper habet adiunctam.* 284. 2.
- Canis rabidi signa.* 287. 1.
- Canis rabidi morsibus, cur nausea aqua potus succedat.* 287. 2.
- Canis rabidi morsibus atrabilis sum- moperè redundat.* 288. 2.
- Canis rabidi morsibus auxilium præ- stantissimum.* 286. 2.
- Capilli quot modis decidant.* 115. 1.
- Capilli capitis, & barba, cur facilius cadant.* 115. 2.
- Capitis in vulneribus, quando cutis sit aperienda.* 107. 1.
- Capitis os corruptum, dum abraditur usq; ad duram meningem non est veniendum.* 292. 2.
- Capitis in vulneribus potest perforatio procrastinari; in illis verò in qui- bus os cerebrum comprimit, aut mè- branam pungit illicò est molienda.* 101. 2.
- Capitis in vulneribus signa demon- strantia pericula.* 101. 1.
- Capitis in vulneribus, cur febris in principio solet apparere.* 104. 2.
- Capitis in vulneribus symptomata in principio elucescentia magis salu- tares, quàm in statu.* 104. 2.
- Caro alba, & indolens à pituita effici- tur.* 13. 1.
- Carbunculus quid.* 122. 1.
- Carbunculi signa.* 119. 1. & 122. 2.
- Carbunculorum causa.* 119. 2. & 123. 1.
- Carbunculorum denominatio, unde sumpta.* 122. 1.
- Carbunculi quomodo generantur.* 123. 1.
- Carbunculi sunt valdè perniciosi, & ut plurimum lethales.* 120. 1. & 123. 1.
- Carbunculos sedantia à proprietate,* 121. 2.
- Caries gallica, quomodo inducatur?* 113. 1.
- Caries unde dicta.* 156. 1.
- Cariæ causa.* 154. 1. & 156. 2. & 157. 1.
- Cariæ malè curata, sæuissima subsequi solent incòmoda.* 154. 2. & 158. 1.
- Caries est propriè ossium.* 156. 2.
- Caries maligna, aut benigna, quomodo cognoscatur.* 156. 2.
- Caries ossis, quomodo curetur.* 292. 1. & 341. 2.
- Cariæ existente ulcus cicatricem nõ su- scipit.* 291. 1.
- Caro liuida, vitijati ossis signum præ- bet.* 291. 1.
- Carnosa Hernia; vide Hernia car- nosa.*
- Caruncularum signa.* 229. 1.
- Caruncularum curatio, qualis.* 230. 1. & 232. 1.
- Caruncularum extirpatio à sola arte provenit.* 231. 1.
- Caruncula sæpè Urinam supprimunt.* 231. 2.
- Carnem generantia.* 279. 2.
- Carnis regeneratio natura opus est.* 261. 1. & 341. 2.
- Cataractarum causa.* 165. 1. & 199. 1.
- Cataracta, unde nomèclaturam sum- psit.* 165. 1.
- Caustica dum applicantur refrige- rantia requirunt.* 292. 2.
- Oculus necessariò sequitur ubi humo- res sunt effusi à tunicis oculorum.* 88. 1.
- Cerebrum in coronali futura magis vi- get.* 101. 1.
- Cerebri incerta læsione, quamvis pessi- ma subsequantur symptomata,* sa-

## I N D E X.

*salutis fiducia adest.* 11. 1.  
*Cerebri apostemationis signa.* 9. 2.  
*Chirurgia indomitos quoque superat morbos.* 343. 1.  
*Chimosi quid.* 38. 1.  
*Cicatricem evitantia.* 91. 1.  
*Coctiones, & cruditates quid indicent.* 125. 1.  
*Color niger in inflammationibus est exitialis.* 63. 1.  
*Combusta ab igne non possunt amplius liquefieri.* 225. 1.  
*Compressio quid.* 102. 2.  
*Complicatorum morborum curandi modus.* 271. 1.  
*Coctiones naturae sunt opera.* 129. 2.  
*Concoquentia qualia.* 276. 1.  
*Conniloma quid.* 257. 1.  
*Consultationis quid primum considerandum.* 61. 1.  
*Contusio quid.* 10. 1. & 109. 1.  
*Contusionis signa.* 104. 1.  
*Corrupti ossis signa.* 291. 1.  
*Corruptio ossis usque ad medullam Chirurgia non indiget.* 292. 2.  
*Coxendici doloris causa.* 165. 1. & 199. 1.  
*Coxendici dolores cur curatu sunt difficiles.* 197. 1.  
*Coxendico dolori quando salus praesagiri potest.* 199. 1.  
*Coxendico à dolore quarum partes afficiantur.* 196. 2.  
*Cranei apertio quid faciet.* 105. 2.  
*Cranei contusi, & fracti signa.* 100. 1.  
*Crisis perfecta non fit per abscessum, sed per euacuationem.* 129. 2.  
*Crista quid.* 257. 2.  
*Cruditates unde oriuntur.* 168. 1.  
*Crurium vulnera medicamenta actu calida requirunt.* 276. 1.  
*Cruris vulneribus sectio quomodo fit*

*molenda.* 275. 2.  
*Cubiti descriptio.* 350. 2.  
*Curatio ab urgentiori sumenda est.* 155. 1.  
*Cute existente integra vulneribus capitum, melior est curatio per exiccantia, quam incisoria medicamenta.* 105. 1.  
*Cutis est receptaculum superflicati.* 23. 2.  
*Cutis depauperata ulcus curari nequit, nisi tota auferatur paupertas.* 240. 1.

## D

**D**entium dolores ex causa calida demonstrantia. 49. 1.  
*Dentium dolor omnium corporis dolorum maior.* 49. 2.  
*Dentium dolori, repellentia non conveniunt.* 10. 1.  
*Dentes magna cum cautione sunt extrahendi.* 50. 3.  
*Dentes euellentia.* 50. 2. & 54. 2.  
*Dentes molares, cur facilius doleant?* 51. 1.  
*Dentium doloris causa immediata qualis.* 51. 2.  
*Dentium dolor quomodo à gingivarti dolore segregetur.* 51. 2.  
*Dentium dolores cum stridore, & febre ardente lethales.* 51. 2.  
*Dentium vermes mirabiliter necat semen hyosciami.* 52. 2.  
*Dentium dolorem sedat oleum buxi.* 50. 2.  
*Deter sua qualia.* 274. 1.  
*Digerentia qualia.* 363. 2.  
*Diuretica valde competunt empiemati.* 75. 2.  
*Dolor quid.* 56. 2.  
*Dolor vehemens lenitiua exposcit.* 49. 2.

b Dolor

## I N D E X.

*Dolor non potest auferri, nisi causa tollatur.* 49. 2.  
*Dolores gallici, cur praesertim noctu affligant.* 83. 1.  
*Doloris causa.* 56. 2.  
*Dolorem sedantia.* 269. 2. & 121. 1.  
*Dolor tunc fit, quando soluitur continuum.* 212. 2.  
*Durities quomodo fiat.* 271. 1.

### E

**E** *Chymosis quid.* 38. 1.  
*Echymosis quomodo fiat.* 107. 1.  
*Electuarium mirabile aduersus botia.* 132. 1.  
*Empirici cur curationem eorum, qui propè morti videntur suscipiunt.* 336. 1.  
*Egylops quid.* 58. 1.  
*Emollientia qualia.* 358. 2.  
*Empiema quid.* 77. 2. & 343. 1.  
*Empiematis signa.* 74. 1. & 77. 2.  
*Empiematis causa.* 74. 2.  
*Empiemati exiccantia nō conueniunt.* 75. 1.  
*Empiematis sectio, quomodo sit mollienda.* 70. 2. & 343. 2.  
*Empiemati diuretica sunt valdè congrua.* 75. 2.  
*Empiema quid significet.* 77. 1.  
*Empiema verum, à pituita fieri non potest.* 77. 2.  
*Empiema certam portendit mortem.* 77. 2.  
*Epulis quid.* 47. 1.  
*Epulidis cause.* 47. 1.  
*Epulis magna solet concitare incommoda.* 47. 2.  
*Epulis difformitatē portendit.* 48. 2.  
*Erysipelas quid.* 110. 1.  
*Erysipelatis subiectum quale.* 111. 1.  
*Erysipelatis, edematosi, & aliorum*

*eryspelatum signa.* 360. 1. & 111. 1.  
*Erysipelas periculosum est incommodum, quia in prauos degenerare solet morbos.* 112. 2.  
*Erysipelatis curatio est causarum amotio.* 112. 2.  
*Erysipelas cur facillè caput petat.* 109. 2.  
*Erysipelati localia non conueniunt.* 110. 2.  
*Erodientium medicamentorum applicandi modus.* 277. 2.  
*Erodentis materiae signa.* 206. 2.  
*Euphorbium maxime valet ad cariē ossium.* 149. 2.  
*Exiccantia lenia, & valida.* 269. 2. & 292. 2.  
*Experientia in cognoscendis fracturis capitis est satis incerta, & fallax.* 8. 2.

### F

**F** *Acultas animalis dum feriat, organa suo non funguntur officio.* 100. 2.  
*Febris ardens quomodo curetur.* 121. 1.  
*Ferro nil praestantius in remotione putridarum carniū.* 108. 1.  
*Femur facilius luxatur in parte postica, quam antica.* 201. 2.  
*Femoris luxati signa.* 200. 1.  
*Femoris luxati repositio, quomodo mollienda.* 200. 2. & 201. 2.  
*Phlegmonosi erysipelatis signa.* 109. 1.  
*Fistula quid.* 261. 2.  
*Ficus quid.* 257. 2.  
*Fistulosa partis signa.* 262. 1.  
*Fistularum signa.* 58. 1. & 147. 1. 149. 1.  
*Fistularum penetrantium cognitio.* 147. 1.

Fistu-

## I N D E X.

- Fistularum causa.* 147. 2.  
*Fistulosi ulceris signa.* 238. 1.  
*Fistulae thoracis magis requirunt vomitum, quam purgum.* 148. 1.  
*Fistulae thoracis quoties ossis corruptionem habent difficillimè curantur.* 149. 2.  
*Fistularum medicamenta qualia esse debeant.* 148. 2.  
*Fistulae lacrimalis curatio, quomodo fieri debeat.* 59. 2.  
*Fistulae lacrimalis ex tardata curatione, cecitas facillè subsequi solet.* 59. 1.  
*Fistulae ani, cur difficilem habeant curationem.* 260. 1.  
*Fistulae ani nū curari debeant.* 263. 1.  
*Flatus quomodo generantur.* 219. 1.  
 & 221. 2.  
*Flatiosa materia, cito fit, & cito discutitur.* 221. 2.  
*Fluxionum causa.* 270. 2.  
*Fonticuli contra indicantia.* 168. 2.  
*Frigida medicamenta pudendis non sunt applicanda.* 228. 1.  
*Fronctis ulcera ex sui essentia sunt maligna.* 94. 1.  
*Fronctis ulceribus, neque actualis, neque potentialis competit ignis.* 95. 1.
- G**
- G***allica lues petit hepar, sicut virus Scorpionis principes partes.* 181. 2.  
*Gallica lues quare, ut plurimum gignat bubones.* 182. 1.  
*Gallica lues omnium malorum est principium.* 86. 1.  
*Gallicani saepe saepius in eclicam transeunt febrem.* 85. 1.  
*Gallici dolores, cur praesertim noctu affligunt.* 83. 1.  
*Gallicis pustulis curatio procrastinata damnosa.* 20. 2.  
*Gallica postula à fluxionibus concitantur, foveanturque.* 22. 2.  
*Gallicarum postularum ab alijs segregatio.* 20. 1.  
*Gallicarum postularum signa.* 19. 2.  
*Gallica ulcera frequentius pudenda infestant.* 226. 1.  
*Gallica caries quomodo inducatur.* 115. 1.  
*Gallicanam virulentiam duo praesidia tollunt.* 160. 2.  
*Genu luxati signa.* 202. 2.  
*Genu quot modis luxari possit.* 202. 2.  
*Genu luxationibus pronctissimum est.* 202. 1.  
*Genu repositio, quomodo sit tractanda.* 203. 1.  
*Genarum cicatrix ut evitetur, quid agendum.* 91. 1.  
*Gangrena citra ferrum, & ignem curari non potest.* 64. 2.  
*Gangrena quid.* 293. 1. & 295. 2.  
*Gangrenae signa.* 293. 2. & 318. 1.  
*Gangrenae cito sunt curandae.* 294. 1. & 318. 2.  
*Gangrenae curatio qualis.* 211. 2. & 294. 2. & 297. 2.  
*Gangrena num sit morbus contagiosus.* 296. 1.  
*Gangrena quando contagium adnexum habeat, quando vero non.* 297. 2.  
*Gangrenae curatio est sanguinis evacuationio.* 294. 2. & 298. 2. 319. 1.  
*Gangrenas ex siccitate nescit medicina curare.* 299. 2.  
*Glandulae omne excrementum suscipere valent.* 159. 2.  
*Gonorrhoea signa.* 232. 2. & 233. 1. & 234. 2.  
*Gonorrhoeae causa.* 27. 2. & 154. 2.

I N D E X.

- Gonorrhœa incipienti pharmaca exhiberi possunt.* 175. 2.  
*Gonorrhœa vetat sanguinis missionē ex brachio.* 207. 1.  
*Gonorrhœa contagiosa signa.* 208. 1. & 233. 1.  
*Gonorrhœa suppressa sanguinis missio prodest.* 211. 1.  
*Gonorrhœa vera, num verum semen eructet.* 232. 2.  
*Gonorrhœa cohiberi non debet.* 233. 2.  
*Gonorrhœa venerea in senibus redditur incurabilis.* 235. 1.  
*Gonorrhœa plures sunt species.* 234. 2.  
*Gonorrhœa excretio est adiuvanda.* 234. 1.  
*Gonorrhœa suppressa multa alia incommoda elucescunt.* 233. 2.  
*Gonorrhœe secretū expertum.* 235. 2.  
*Gutturis hernia, quomodo generetur.* 130. 1.
- H
- H** *Emorroides unde oriuntur.* 250. 1.  
*Hemorroidum signa.* 250. 2.  
*Hemorroidum ab alijs ani vitijs segregatio.* 258. 1.  
*Hemorroidum cura quando est ineunda.* 251. 2.  
*Hemorroidum differentia.* 250. 1.  
*Hemorroides apertæ, quinam morbus sint.* 247. 1. & 249. 2.  
*Hemorroidibus immodicè fluentibus hidrops sequitur.* 248. 1.  
*Hemorroides, cur sicca appellantur.* 245. 1.  
*Hemorroides, sicca sunt morbi partium instrumentalium.* 245. 1.  
*Hemorroidibus suppressis multa incommoda superuenire cōsueverunt.* 246. 2. & 247. 2. & 251. 1.
- Hemorroides quandoq; cur sanguinem non mittant.* 245. 2.  
*Hemorroidalis purgatio pulmonis inflammationē mirificè arcet.* 315. 1. & 321. 1.  
*Hemorroidibus secreta varia.* 247. 1. & 249. 2.  
*Hepar concoctricis facultatis est opifex.* 54. 1.  
*Hernia gutturis, quomodo excitetur.* 130. 1.  
*Herniarum quot sint species.* 194. 2.  
*Herniarum cause.* 195. 2. 1.  
*Hernia ventosa signa.* 219. 1.  
*Hernia aquosa quid, & unde trahat nomenclaturam.* 218. 2. & 219. 1.  
*Herniarum aquosarum nota.* 216. 1.  
*Hernia cuiusnam membri sit affectio.* 215. 2.  
*Herniarum situs.* 195. 1.  
*Hernia aquosa ferè semper sinistrum ledit testem.* 218. 1.  
*Hernijs aquosis cataplasma expertum.* 218. 1.  
*Herniarum aquosarum curatio, quomodo fieri debeat.* 218. 1.  
*Herniarum denominationes, unde sumantur.* 216. 1.  
*Hernia aquosa multiplex esse potest.* 216. 1.  
*Hernijs secretum mirabile.* 196. 1. & 214. 2. & 195. 2.  
*Herniarum carnosarum nota.* 213. 1.  
*Hernia carnosæ, ut plurimum ad dexterum oriuntur testiculum.* 213. 1.  
*Herniarū carnosarum species.* 213. 2. & 215. 2.  
*Herniarum curatio optimi Medici non est, sed solum symptomata arcere.* 195. 2.  
*Hernia inueteratæ incurabiles censentur.* 195. 2.

Her-

## I N D E X.

- Herpetici ulceris signa.* 280. 1. & 309. 1. & 311. 2.  
*Herpetem excitantia.* 280. 2. & 311. 2.  
*Herpetis miliaris signa.* 309. 1.  
*Herpete laborantibus, viscera quoque prava laborant affectione.* 281. 1.  
*Hepate intemperato ventriculus suo non fungitur munere.* 41. 2.  
*Hippocratis deceptio in fracturis capitis per suturas.* 8. 2.  
*Hippocratis aphorismi explanatio.* 41. 1.  
*Hirundines pro capitis affectionibus sunt valde auxiliares.* 94. 2.  
*Hydrocephalus quomodo cognoscatur.* 96. 1.  
*Homines cur magis, quam cetera animantia hernijs afficiantur.* 195. 1.  
*Humoribus existētibz pravis, revulsio non est tentanda.* 123. 1.  
*Humores quidam peculiari antipatia primario ledunt ossa, deinde verò carnes.* 291. 2 & 314. 1.  
*Humor ex se non fluit.* 172. 1.

### I

- I**ctus vehemens omnia prava symptomata in vulneribus capitis excitare est aptus. 10. 2.  
*Ignis cerebro insensus.* 18. 2.  
*Ignis unicum remedium est ad corruptelas.* 160. 1.  
*Ignis nervosis partibus est valde nocivus.* 286. 1.  
*Ignis omnem putredinem delet.* 211. 2. & 237. 2.  
*Ignis articulorum frigidam corrigit intemperiem.* 198. 2.  
*Indicantia vera sanguinis missionis.* 120. 1.

- Incantationes in vulneribus sunt fugienda.* 92. 2.  
*Inflammationis signa patognomonica.* 137. 1. & 210. 1. & 112. 2.  
*Inflammationes in mammis, quomodo oriuntur.* 137. 1. & 139. 2.  
*Inflammatio quomodo curetur.* 155. 1.  
*Inflammatio à puro, sinceroque sanguine excitatur.* 212. 1.  
*Inflammatio unde sumpsit nomenclaturam.* 212. 2.  
*Inflammatio quid.* 212. 1.  
*Inflammationum cause.* 210. 1. & 137. 1. & 139. 2.  
*Inflammationes pudendorum facile in gangrenas degenerant.* 210. 1.  
*Intestina dum sunt vacua facile compelluntur.* 193. 2. & 243. 2.  
*Intestina quomodo propellantur.* 193. 2. & 243. 2.  
*Intestini recti exulcerati signa.* 235. 1.  
*Intestini exulcerati cura.* 237. 2.  
*Intestina affecta pharmaca non requirunt, sed vomitoria.* 243. 2.  
*Iecur ab œdematosis tumoribus non affligitur.* 361. 2.  
*Irritatio à quibus causis fiat.* 172. 1.  
*Irritatio quibus præsidijs corrigenda.* 132. 2.

### L

- L**ætitia copia, aut vitiositas plurius morborum est causa. 142. 1.  
*Lac Asinum exiccandi, abstergendi, attemperandi, & attenuandi magnam habet vim.* 207. 1. & 191. 1.  
*Lapidem esse in vesica signa demonstrantia, & quomodo generetur lapis.* 224. 1.  
*Lapides dum sunt geniti, nō amplius possunt*

# I N D E X

- possunt liquari.* 225. 1.  
*Lapides quomodo extrahantur.* 226. 2  
*Lenientia qualia.* 352. 2. & 354. 1  
*Lienis vulnera signa.* 150. 1.  
*Lienis vulnera lethalia sunt.* 150. 2.  
*Lienis vulnera natura potius, quam  
 artis operibus egent.* 151. 1.  
*Lienis vulnera superficialia salutis  
 spem admittunt.* 151. 2.  
*Lienis situs.* 151. 2.  
*Lingua usus, & praestantia.* 327. 2.  
*Lingua continet sub se caavernulas  
 quasdam feculentibus succis reple-  
 tas.* 323. 1.  
*Lingua descriptio.* 324. 1.  
*Lues gallica quomodo contrahatur.*  
 181. 1.  
*Lues gallica forinsecus nullo existen-  
 te ulcere adhuc communicatur.*  
 185. 1.  
*Lues venerea cum delectatione acci-  
 pitur, & cum doloribus remoue-  
 tur.* 113. 1.  
*Lues inueterata melius est medi-  
 camento periculoso uti, quam insa-  
 nabilem malum relinquere.* 28. 2.  
*Lues aduersus medicamentum mira-  
 bile.* 28. 2.  
*Lues gallica non est morbus, neque  
 frigidus, neque siccus, neque cali-  
 dus, nec ullius intemperiei.* 29. 1. 2.  
*Lues gallica appellatur passio saturni-  
 na.* 32. 2.  
*Lues non est morbus in soluta uni-  
 tate, nec in aucta magnitudine,  
 nec compositus ex triplici genere  
 morborum.* 33. 1. & 2.  
*Lues non est symptoma, neque actio-  
 nis lesa, neque mutata, & neque  
 est morbus.* 33. 2. & 34. 1.  
*Lues non est morbus à tota substantia*  
 35. 1.  
*Lues solo osculo contrahi potest.* 112. 2.  
*Lues gallica est causa morbifica.* 352.  
*Lues est causa causarum morborum;*  
 36. 2.  
*Lues gallica cur non facile cognosca-  
 tur.* 37. 1.  
*Lues gallica quid.* 35. 2. & 37. 2.  
*vide quoque Gallica lues.*  
*Luxatio quid.* 377. 1.  
*Luxatarum maxillarum signa.* 117. 1.  
*Luxationes articularum, cur cito cal-  
 lum generent.* 350. 2.  
*Luxationis repositio quomodo est mo-  
 lienda.* 351. 1.  
*Luxationis signa.* 350. 1.
- M
- M** *Aciei causa.* 208. 1.  
**M** *Maciei iura consumpta val-  
 de proficiunt.* 209. 1.  
*Maciei somnum longum utilissimum  
 est.* 209. 2.  
*Maculas delentia.* 25. 1.  
*Macies gallica est incorrigibilis.* 85. 2.  
*Mammarum tubercula dura non re-  
 soluntur, nec suppurantur.* 142. 2.  
*Mammarum tuberculorum causa.*  
 142. 2.  
*Mamma ad superfluitates recipien-  
 das sunt valde parata.* 345. 1.  
 & 347. 1.  
*Mamma cancerosa, cur secari non  
 possint.* 345. 2.  
*Mamma, cur frequenter à cancerosis  
 tumoribus infestentur.* 347. 1.  
*Materia in Thoracis capacitatem col-  
 lecta, quomodo sit educenda.*  
 341. 1.  
*Materia in abscessibus quomodo per-  
 ficiatur.* 365. 1.  
*Materia dum magna in quantitate  
 existit digerentibus euinci non po-  
 test.*

# I N D E X

- rest. 365. 2.
- Materiei collectio in thoracis capacitate, quomodo cognoscatur.* 342. 1.
- Maxillarum luxatarū signa.* 117. 1.
- Marcida membra secantur, ut homo viuat.* 319. 2.
- Maxille luxata, quomodo reponi debeant.* 118. 1.
- Maxillis sauciatis aeger non debet loqui.* 91. 2.
- Medicus operari debet, ut saniem, quae sub cranio est collecta, vel sub meningilibus continetur, euocet.* 11. 1.
- Medici nulla excusatio in errore est admittenda, ubi ignorantia peperit ignorantiam.* 8. 1.
- Medicus debet adiuuare naturae pensiones.* 141. 2.
- Medicus valdè laborat in ossis corruptione.* 289. 2.
- Medicamenta post perforationē qualia esse debeant.* 3. 1.
- Medicus nō semper medetur ut sanet, sed etiā ut vitam producat.* 46. 2.
- Medicamenta agglutinantia qualia.* 92. 1.
- Medicamenta lenientia qualia.* 352. 2. & 354. 1.
- Medicamenta frigida pudendis non sunt applicanda.* 228. 1.
- Medicamentum carbunculos sedans à proprietate.* 121. 2.
- Medicamenta ad cariem ossis.* 341. 2.
- Medicamenta calida scyrrhis nō conueniunt.* 308. 1.
- Medicina donum, & medicamenta manus Dei sunt.* 313. 1.
- Medicamentum leniens omni tempore potest propinari.* 285. 2.
- Medicamenta oppiata utero infusa sterilitatem inducunt.* 274. 2.
- Medicamenta extrema, melius est omittere, quam incertam subire fortunam.* 214. 1.
- Medicus sine auxilijs egrum relinquere non debet.* 168. 2.
- Medicamēta fortiora in veflica affectibus damnantur.* 207. 2.
- Medicamēta scyrrho adnota non operantur.* 168. 1.
- Medicamentum purgans quando propinari debet.* 125. 1. & 334. 1.
- Medicamenta vera anodina qualia.* 57. 2.
- Medicamenta exiccantia.* 269. 2. & 292. 2.
- Medicamenta erodentia quomodo sunt applicanda.* 277. 2.
- Medicamēta excarotica qualia.* 341. 1.
- Medicamenta emollientia qualia.* 358. 2.
- Melliceridis signa.* 131. 1.
- Melancolici per partes infernas vtiliter purgantur.* 146. 1.
- Mel saturni medicamentum optimū pro vitijs vrinae, & veflica.* 208. 2.
- Melius est atrocem dolorē semel pati, quam sedum malum per multos annos circumferre.* 14. 1.
- Mensibus suppressis dolor cervicis concitatur.* 44. 1.
- Menses prouocantia.* 46. 1.
- Menstruis suppressis multa supernuere solent incommoda.* 280. 1.
- Menses mirificè prouocat sanguinis missio.* 141. 2. & 190. 1.
- Mercurius, quas offendat partes?* 184. 2.
- Mercurius praecipitatus multū valet aduersus ulcera gallica.* 158. 1.
- Mercurius pro lue non habet rationem alexipharmacī, sed medicamenti purgantis.* 171. 2.
- Mercurius viuus humano corpori est valdè*

# I N D E X.

*valde infensus.* 271. 2. & 184. 2.  
*Mercurij precipitati vires.* 278. 1.  
*Mesenterium ad crassos, malinconicosq; succos recipiendos est valde aptum.* 167. 2.  
*Mineralia humano corpori sunt infensa.* 341. 2.  
*Modus evitandi accidentia, imminetia, & vincendi presentia in fracturis capitis.* 6. 2.  
*Modus applicandi erodentia medicamenta.* 277. 2.  
*Morbis deploratis extrema experimenta sunt tentanda.* 223. 2.  
*Morbis magnis sanguinis missio competit.* 253. 2.  
*Morbi qui ab arte insanabiles putantur, quandoq; sanantur.* 301. 1.  
*Morbis omnibus causa effeetrice existente ab ea incoanda est curatio.* 277. 1. & 310. 1.  
*Morbi qui sine ferro curantur citius sanantur.* 11. 1.  
*Morborum à tota substantia probatio.* 34. 2.  
*Morbo alter si succedat periculosum.* 94. 1.  
*Motus vulneribus est infensus.* 69. 2.  
*Mulieres utero carentes ad coitum sunt apte.* 189. 2.  
*Mulieres absque utero vivere possunt.* 189. 2.  
*Mumia vite quid.* 120. 2.

## N

**N***arium ulcera, cur curatu sunt renitentia.* 17. 1.  
*Nasi in deligatione magna diligentia requiritur.* 90. 2.  
*Natura defectus ab arte supplentur.* 173. 2.  
*Natura semper ad cutem tentat deponere superfluitates.* 149. 1.

*Natura est Dei filia, & mundi anima.* 151. 1.  
*Natura est opifex omnium rerum naturalium.* 151. 1.  
*Natura sapè operatur, quae Medicis videntur impossibilia.* 208. 2.  
*Natura arte adiuta miracula interdum solet edere.* 376. 1.  
*Nervosae partes esse lasas signa.* 275. 1.

## O

**O***bstructionis causa.* 217. 1.  
*Oculorum doloribus medicamentum praestantissimum.* 89. 1.  
*Oculi cancerosi extirpatio.* 82. 2.  
*Oculorum substantia ut ad pristinum reducatur quid agendum.* 89. 1.  
*Oculi sauciati, à lumine mirabiliter leduntur.* 89. 2.  
*Oedema quid.* 361. 2.  
*Oedematosis tumoribus sanguinis missio non competit.* 360. 2.  
*Oedematosi tumores dum umbelicū, aut lienem occupant nunquam suppurantur.* 364. 1.  
*Oedemata, cur non doleant?* 96. 2.  
*Oedematum causa.* 96. 2.  
*Oedematosis tumor quid egeat.* 97. 2.  
*Oleosa medicamenta sapè corruptionis offis cause existunt.* 149. 2.  
*Olei rosacei ex immaturis oliuis vires.* 7. 1.  
*Oleosa medicamenta vulneribus sunt infensa.* 93. 2.  
*Oleum de terebentina non est consentiendū pro vulneribus capitis.* 7. 2.  
*Omensi lesi signa.* 167. 2.  
*Omentum crassos humores non suscipit.* 167. 2.  
*Ophthalmia etimologia.* 38. 1.  
*Ophthalmia species.* 38. 1.  
*Ophthalmia generatio.* 38. 2.

Ophthal-

# I N D E X.

- Ophthalmia multa, & prava incommoda portendit.* 38. 2.
- Ophthalmia dolorem sanguinis missio mulcet.* 39. 1.
- Ophthalmia topica medicamenta non sunt imponenda.* 39. 2.
- Ophthalmia curatio provenit ex causarum cognitione.* 40. 2.
- Ophthalmia medicamenta praestantissima.* 39. 2.
- Osculo solo lues contrahi potest.* 112. 2.
- Ossis in introessione, quid agendum.* 7. 1.
- Ossium depressorum curatio.* 101. 1.
- Os fractum absque vulnere, num conveniat ferris tractare.* 101. 2.
- Ossibus fractis, & è proprijs locis emotis, quid agendum.* 103. 1.
- Ossa absque rimulis introcedere nequeunt.* 102. 2.
- Ossa corrupta quandoq; nunquam à natura pelluntur, & quandoque in brevi tempore.* 148. 2.
- Ossium caries, quomodo gignatur.* 149. 1. & 289. 1.
- Ossa reponi non debent, nisi transactis fluxionibus.* 202. 2.
- Os esse ad sedem restitutum, quomodo percipiatur.* 203. 1. & 107. 1.
- Ossis corrupti signa.* 289. 1. & 291. 1.
- Ossis corruptio incipiat ne, è partibus mollis, an vero è duris.* 289. 2.
- Os corruptum quando ferreis instrumentis potest remoueri.* 290. 2. & 313. 2.
- Osse vitiato in ulceribus ulcus agglutinari non potest.* 291. 1.
- Ossis corruptio, quomodo curatur.* 292. 1.
- Ossa vi non debent extrahi.* 293. 1.
- Os esse descissurum, quomodo cognoscatur.* 293. 2.
- Ossa quoq; apostemantur.* 313. 1.
- Os quomodo sit cauterizandū.* 313. 2.
- Os capitis dum abraditur, usque ad duram meningem non est veniendum.* 292. 2.
- Ossis corruptio usque ad medullam chirurgia non indiget, sed naturæ operibus.* 292. 2.
- Oxicratum repellendi, & digerendi magnam habet vim.* 363. 1.
- Oxena cognitio.* 17. 1.
- Ozenæ etymologia.* 19. 1.
- Ozenæ ossis corruptionis causa.* 17. 2.
- Ozenam extirpantia.* 18. 1.
- Ozenæ curatio est admodum difficilis.* 17. 1.
- Ozenæ curatio.* 19. 1.

## P

- P***Anaricij signa patognomonica.* 351. 1.
- Parotis quid.* 127. 1.
- Parotidarum cognitio.* 128. 1.
- Parotidarum causa proxima, & efficiens.* 125. 1. & 127. 2.
- Parotidarum symptomaticarum signa patognomonica.* 124. 1.
- Parotides ante perfectam maturacionem aperiri debent.* 126. 2. & 130. 2.
- Parotides à quibus humeribus excidentur.* 127. 2.
- Parotides quando lethales.* 128. 1.
- Parotidarum criticarum generatio.* 119. 1.
- Perforatio, quibus in casibus conveniat.* 11. 2.
- Partes insensibiles sunt ampuandæ.* 320. 2.
- Percontationes, & susurra sunt fugienda à Medicis Christianis.* 93. 1.

d Per-

I. N. D. E. X.

- Pernionum signa, & cause.* 378. 1.  
*Peregrinatorpora in vulneribus quomodo sint extrahenda.* 331. 1.  
*Pernionum curatio, est varia apud Auctores.* 378. 2.  
*Perniones curantia à proprietate.* 379. 1.  
*Perforatione facta, quanam medicamenta conueniant.* 102. 1.  
*Perniones quid, & quibus partibus familiares.* 379. 2.  
*Pestis, ut dicatur talis, quid debet habere.* 62. 1.  
*Phlegmon quid significet.* 211. 2.  
*Phlegmon, lege inflammatio.*  
*Pimpinella magnas sub se continet facultates.* 286. 2.  
*Pituita nunquam propriam amicticam formam.* 308. 1.  
*Pituitosi, quinam dicantur tumores.* 361. 2.  
*Pleura inflammata signa.* 335. 2. & 337. 2.  
*Pleura è latione, quot mala prorumpant.* 343. 2.  
*Polypus quid.* 15. 1.  
*Podagra, quanam affectio sit.* 371. 2.  
*Podagra causa.* 372. 1.  
*Polipodium miram habet vim crassos educendi succos.* 20. 1.  
*Polypi cognitio.* 12. 1.  
*Polypi benigni, aut exitialis cognitio.* 13. 1.  
*Polypi curatio.* 13. 2. & 15. 2. & 16. 1.  
*Polypi affectio à manuali opere optime debellatur.* 14. 2.  
*Polypus facile in cancrum permittitur.* 15. 2.  
*Polypi etimologia.* 14. 2.  
*Præputij inflammatio, & clausura, quomodo curentur.* 158. 2. & 159. 2.
- Pudendorum ulcera magna, sola membri abscissione curantur.* 156. 1.  
*Pudendorum ulcera vexilla morbi gallici nuncupantur.* 156. 1.  
*Pudendorum ulcera semper pertinacia sunt.* 227. 2.  
*Pudendorum ulcera exiccantia, uehementia requirunt.* 228. 1.  
*Pudendis ulcera gallica frequentius oriuntur.* 226. 1.  
*Pudendis frigida non competunt medicamenta.* 228. 1.  
*Pueri citius periclitantur ex parotide, quam iuuenes.* 128. 2.  
*Purgans medicamentum, quando exhibendum.* 126. 1.  
*Purgantia non conueniunt in affectionibus intestinorum.* 243. 2.  
*Purgantia in vulneribus abdominis non sunt valde cura, sed potius clysteres.* 174. 2.  
*Pus diu in suppuratum abscessum retentum.*  
*Pustule gallicæ à fluxionibus concitantur, fouenturque.* 22. 2.  
*Putrefactio, quando succedat.* 365. 1.  
*Putridi ulceris signa.* 93. 1. & 273. 1. & 276. 1.  
*Putredo, quomodo excitetur.* 95. 2.  
*Putredinem remouentia.* 277. 2.

R

- R** *Abidi Canis morsus, vide Canis rabidi morsus.*  
*Ranularum quidditas.* 134. 1. & 135. 2.  
*Ranularum causa.* 134. 1. & 136. 1.  
*Ranularum extirpatio, quomodo fieri debet.* 137. 1.  
*Ranularum curatio est valde operosa.* 134. 2.

Ranu.

# I N D E X.

- Ranularum curatio eterogenea esse debet.* 136. 1.
- Renum situatio.* 153. 2.
- Renis vulnerati signa.* 152. 1. & 153. 2.
- Renum vulnera citam mortem portendunt.* 152. 1.
- Renibus vulneratis urina suppressa sequitur.* 153. 2.
- Resoluentia qualia.* 272. 1. & 283. 2.
- Rhagadum curatio.* 256. 1.
- Rigores, febris, bilisque vomitus, atq; alia accidentia, non semper in vulneribus capitis membranarum inflammationem portendunt.* 8. 2.
- Rosacei olei ex immaturis olivis vires.* 7. 1.
- Roseola saltantes quid.* 203. 2.
- Roseolarum saltantium signa.* 204. 1.
- Roseolis scarificatio est valde proficua.* 205. 2.
- Roseola difficilis sit curationis.* 204. 1.
- Roseole, cur in nocte facilius, quam in die molestant.* 204. 1.
- S**
- Salis spiritus miras habet vires.* 319. 2.
- Sanguinis missio corpus refrigerat.* 336. 2.
- Sanguinis missio morbis magnis competit.* 253. 2.
- Sanguis tantum ex humoribus est suppurabilis, ceteri vero comburantur, condensantur, atque in cinerem vertuntur.* 182. 2.
- Sanguis copiosus ad lasas partes delatus lethales inflammationes affert.* 7. 2.
- Sanguine deficiente, vita quoque deficit.* 331. 2.
- Sanguinis missionis vera indicantia.* 120. 2.
- Sanguinis missio prestantissimum auxilium est pro inflammationibus.* 138. 1. & 139. 2. & 243. 2.
- Sanguis quando dicatur non naturalis?* 112. 1.
- Sanguine multo euacuato dolor desinit.* 241. 2. & 243. 2.
- Sanguinis eruptiones moderata à multis præservant incommodis.* 248. 1. & 251. 1.
- Sanguinis fluxio è naribus est reuulsio mensium immodicorum.* 248. 2.
- Sanguinis fluxus quomodo excitetur.* 265. 1.
- Sanguinis immodica euacuatio multa portendit mala.* 264. 2.
- Sanguinis melancholici fluxus non est suppressendus.* 266. 1.
- Sanguinis missio, sanguinis fluxum cohibet.* 266. 2.
- Sanguinis fluxum sistentia, & quomodo sistatur.* 267. 1. & 331. 2.
- Sanguinis missio è pede pro iecore attemperando est valde proficua.* 282. 1. & 310. 1.
- Sanguis è capacitare Thoracis vulnerati, quomodo educatur.* 325. 2. & 338. 1. & 174. 1.
- Sanguis quot modis fluat.* 331. 2.
- Sanguinem sistentia, ac frenantia.* 279. 2.
- Sanguinis missionis vera indicantia.* 120. 1.
- Sanitas ex sanitate producitur.* 29. 2.
- Sanitas ubi sperari nequit, incumbendum est, ut præservetur, ne in peius decidat.* 370. 1.
- Sanies in abscessibus, quomodo fit.* 365. 1.
- Sanies dum magna in copia est, digerenti.*

# I N D E X

- rentibus non cedit.* 365. 2.  
*Sanies sita, & optima colloca-  
 educitur.* 99. 2.  
*Sanies à craneo, & meningibus, qui-  
 bus medicamentis educatur.* 12. 1.  
*Saniei euacuatio per quas vias pro-  
 curari potest.* 12. 2.  
*Sanies è meningibus, & craneo quot  
 modis educatur.* 11. 1.  
*Sarcomatis cognitio.* 140. 2.  
*Sarcotica qualia.* 274. 2.  
*Sclopetorum vulnera, vide vulnera  
 sclopetorum.*  
*Scientia acquiritur iudicio duce, ex-  
 perientia comite.* 8. 1.  
*Scyrrhus quid.* 308. 2. & 170. 1.  
*Scyrrhi generatio.* 168. 1.  
*Scyrrhi patognomonica signa.* 167. 1.  
 306. 1.  
*Scyrrhus exquisitus, cur sensu careat.*  
 167. 1.  
*Scyrrhi solo emollientium usu tra-  
 ctari debent.* 168. 1. & 307. 2.  
*Scyrrhi veri rarissime in mammis  
 oriuntur.* 141. 1.  
*Scyrrhi differentia.* 359. 1.  
*Scyrrhosi tumoris signa.* 357. 1.  
*Scyrrhi in quibus nam corporibus, ut  
 plurimum fiunt.* 170. 1.  
*Scyrrhi lapidosi insanabiles sunt,  
 & quare?* 170. 1.  
*Scyrrhi rari, & cum periculo suppu-  
 rantur.* 170. 2.  
*Scyrrhi remedia, qualia.* 271. 2.  
*Scyrrhi duplici via curantur.* 170. 2.  
*Scyrrhi qui aliqualem habent sensum  
 difficulter curantur.* 170. 2.  
*Scyrrhus curari debet remedijs cali-  
 dis, ut calefaciant quod est frigi-  
 dum, & emolliant quod est con-  
 cretum.* 169. 2.  
*Scyrrhus per obscure digerentia disti-  
 pari debet, quæ neque utiliter ad-  
 ministrari possunt, nisi prius emol-  
 lientia procedant, & quare emol-  
 lientia sunt prius administranda.*  
 169. 2.  
*Scrofularj unguenti descriptio.* 43. 2.  
*sectio in empiematicis quomodo fit fa-  
 cienda.* 343. 2.  
*sectio, quando fieri debet in masculo  
 temporali.* 4. 2.  
*sectio quibus in casibus non competat.*  
 320. 1.  
*sectio in calculosis, quomodo fieri  
 debeat.* 226. 1.  
*sectio in Sphacelis, quomodo molien-  
 da.* 302. 2. & 303. 2.  
*Secretum mirabile aduersus hernias.*  
 196. 1.  
*Semen liquantia.* 271. 2.  
*Setaceum in vulneribus est ausugien-  
 dum.* 333. 1.  
*Semen retentum quid faciat.* 270. 1.  
*Signa bona in capitis vulneribus.* 9. 2.  
*Sinuositate existente ulcus mundum  
 reddi non potest.* 121. 1.  
*Sinuosorum ulceru differentia.* 98. 2.  
*Sordes quomodo inducatur.* 95. 2.  
*Somnifera in amputatione sunt per-  
 niciofa.* 303. 1.  
*Sordida ulcera vitis adhibitis præsi-  
 dijs facile cadunt.* 95. 2.  
*Speculum ani non probatur in ani vi-  
 tijs.* 269. 1.  
*Spermaticis partibus scissis non am-  
 plius regenerantur.* 305. 1.  
*Sphacelus quid.* 293. 2. & 300. 1.  
*Sphaceli signa.* 300. 1.  
*Sphaceli curatio.* 299. 2. & 300. 1.  
*Sphacelus, quando blandis, & quando  
 validis sit curandus præsi-  
 dijs.*  
 302. 1.  
*Sphacelus dum membrum corripit non  
 potest*

# I N D E X

potest amplius sanitati restitui. 298. 1.  
*Sphacelus* sit ne blandis, vel validis auxiliis curandus. 301. 1. & 2.  
*Spiritus* non semper est signum penetrationis in vulneribus thoracis. 72. 1.  
*Spina ventosa* quid. 314. 1.  
*Spina ventose* signa. 312. 1.  
*Spina ventositas* fiat ne per affluxum, an vero per congestum. 312. 2.  
*Spina ventosa* laborantibus, sepe tabes sequitur. 313. 1.  
*Stomatium* signa. 131. 1.  
*Struma* quomodo generentur. 42. 1.  
*Strumarum* benignitas unde sumatur. 41. 1.  
*Struma* cur Hispanis suae familiaris. 42. 1.  
*Struma* inter hereditarios morbos depositantur. 42. 1.  
*Struma* caustico sunt aperienda. 43. 2.  
*Strumosi* fame sunt affligendi. 42. 2.  
*Stupor*, immobilitas, & febris laesi cerebri non sunt certa indicia. 10. 1.  
*Suppurationis* signa. 354. 2.  
*Suppurantia* qualia. 332. 2.  
*Suffumigia* pro veteri ulceribus pertinacibus, salici cum euentu applicantur. 191. 2.  
*Suffumigia* miram habent vim aduersus gallicam virulentiam. 87. 1.  
*Suffitus* aromatum menses prouocat. 141. 2.  
*Suffusiones* quomodo generentur. 163. 1. & 165. 1.  
*Suffusionum* cause. 165. 1.  
*Suffusionum* signa. 165. 1.  
*Suffusio* unde nomenclaturam sumpsit. 165. 1.  
*Suffusionibus* quando salutis fiducia adsit, & quando non. 163. 2. & 165. 2.

*Suffusionis* curatio in exsiccantibus consistit. 165. 2.  
*Suffusionem* esse curabilem, quomodo cognoscatur. 165. 2.  
*Suffusionis* curatio per Chirurgiam est valde periculosa. 166. 2.  
*Sutura* non in omnibus eodem in loco consistunt. 8. 2.  
*Susurra*, & percussiones sunt fugienda à Medicis Christianis. 93. 1.  
*Symphomata* praua in vulneribus capitis qualia. 9. 2.  
*Symphomata* septima die exorta in vulneribus capitis, quid significant. 8. 2.  
*Syncipitis* vulnera, sunt valde perniciosa. 5. 1.

## T.

**T** Alii luxati signa. 376. 1.  
**T** Alii repositio, quomodo fit molenda. 376. 2.  
*Talus* quot modis luxari possit. 377. 2.  
*Temporali* musculo non competit sectio. 1. 2.  
*Temporalis* musculi vulnera, sunt valde perniciosa. 1. 2.  
*Temporum* vulnera cõsui debent. 4. 1.  
*Temporali* musculo nullatenus conuenire sectionem obiectio. 2. 1.  
*Temporali* musculo sectio conuenit, & Galeni textus expositio. 2. 2. & 4. 1.  
*Temporali* musculo tutius est abrasio, aut perforatio citrà dolorem, quam nouum vulnus aperire. 3. 1.  
*Temporali* musculo, quando fieri debeat sectio. 4. 2.  
*De Temporalis* musculi sectione, quomodo sit intelligendus Hippocrates. 5. 1.  
*Thoracis* fistula, quoties ossis corruptione habet, difficillime curantur. 148. 2.

e Tho-

# I N D E X.

- Thoracis fistula magis requirunt vomitum, quam pharmacū* 148. 1.
- Thorax edematofus non suscipit affectiones.* 361. 2.
- Thoracis vulnera cur copiosum pus cumalēs, & sudēt quotidie.* 342. 2.
- Thoracis vulneribus, si diū curatio protrahatur, callus subsequitur.* 339. 1.
- Thoracis penitiora esse laesa signa.* 225. 1.
- Thoracis vulneribus situs patientis, valdē prodest.* 69. 1.
- Thoracis vulneribus purgantia nō cōveniunt in principio.* 70. 1.
- Thoracis vulnera non sunt consuetudina.* 73. 1.
- Thoracis vulneribus omnia sunt tentanda, ut penetratio inveniatur.* 71. 1.
- Thoracis in sectione vires debent esse robustae.* 77. 1.
- Thoracis vulneribus tubulum, artificiosē applicari debet.* 68. 2.
- Thoracis vulneribus sanies si retinetur lethale signum est.* 65. 1.
- Thoracis vulnera ex sua natura exitalia sunt.* 57. 2. & 92. 1.
- Thoracis in vulturbus signa demonstrāta penetrationē.* 67. 1. & 71. 1.
- Thoracis in vulneribus quid primum considerandum.* 67. 1.
- Thoracis vulneris penetratio difficilē cognoscitur.* 67. 1.
- Thymus quid.* 257. 2.
- Thymi unde dicantur.* 255. 2.
- Thymi absq; igne curari non possunt.* 255. 2. & 257. 1. & 259. 1.
- Thymi curationi semper ante ulcera superuenire solent.* 257. 1.
- Tinea est affectio valdē prina.* 23. 1.
- Tinea quomodo intelligenda.* 25. 2.
- Tinea est affectio contagiosa.* 26. 1.
- Tinea pueris est familiaris, & cur.* 26. 1.
- Tinea curationem Medici suscipere non debent.* 23. 2.
- Tinea difficultas circa curationē, unde oriatur.* 26. 2.
- Tuberculorum species triplex est in inguinibus.* 179. 1.
- Tumor edematofus, quomodo cognoscatur.* 96. 1.
- Tumores frigidi non sunt aperiendi, nisi perfectē sint maturi.* 43. 2.
- Tumores qui in gutture oriuntur, sunt vel de genere steotomati, vel atheromatium, vel melliceridis.* 130. 2.
- Tumorum ex puro sanguine signa.* 140. 2.
- Tumorum ex pituitoso sanguine cognitio.* 140. 2.
- Tumorum ex tartareo humore signa.* 140. 2.
- Tumores cancerosi, qui nam dicantur.* 141. 1.
- Tumores cancerosi circa initia curationem suscipiunt.* 141. 2.
- Tumoribus talidis frequenter succedit gangrena.* 318. 1.
- Tumores edematofsi, dum ileum, & umbelicum occupant, non veniunt ad suppurationem.* 364. 1.
- Tumores pituitosi, qui nam dicantur.* 361. 2.
- Turgente materia statim corpus purgare conuenit.* 63. 2.
- Tussis spiritales partes, nimis exagitat.* 68. 2.
- Tympanitis quomodo generetur.* 220. 1.

## V.

- V**ena sensu caret. 246. 1.
- V**enena bibita, vomitibus confusa.

I N D E X.

- Sumuntur. 287. 2.  
*Venenatorum vulnerum signa certa.* 287. 1.  
*Veneræ lues cum delectatione accipitur, sicut doloribus remouetur.* 113. 1.  
*Veneræ lues, vide lues veneræ.*  
*Vessicæ vitia difficiliora, quam renum vitia curantur.* 152. 2.  
*Vessicantia trahunt de centro ad circumferentias.* 198. 2.  
*Vessicæ colli exulcerati signa.* 206. 1. & 208. 1.  
*Vessicæ ulcera inueterata insanabilia redduntur, & quare.* 200. 2.  
*Vessicæ vitij vnguentum perutile.* 207. 2.  
*Vessicæ ulcera, & orinarij meatus facilius per syringam curantur.* 207. 2.  
*Vessicæ lapide laborantis signa.* 224. 1.  
*Vlcerati cancri signa.* 144. 1.  
*Vlceris fistulosi signa.* 238. 1.  
*Vlceris virubenti nota.* 267. 1.  
*Vlceris maligni signa.* 267. 1.  
*Vlceris cacœtici signa.* 372. 1. & 374. 1.  
*Vlceris cæceroxi signa.* 352. 1. & 322. 1. & 344. 1.  
*Vlceris putridi signa.* 107. 1.  
*Vlceris corrosiui signa.* 276. 2.  
*Vlceræ vesicæ, & meatus orinarij faciliè per syringam curantur.* 207. 2.  
*Vlceræ, quæ nam cacœtica sunt appellandæ.* 374. 1.  
*Vlceræ cacœtica cur. difficilem habeant curationem.* 372. 1. & 374. 1.  
*Vlceræ cicatricem non suscipiunt, dum adest caries.* 374. 2.  
*Vlceræ maligna ignoæ medicamēta in principio requirunt.* 375. 2.  
*Vlceræ omnia exiccationem postulant.* 310. 2.  
*Vlcus diuturnum viscera contaminat.* 264. 2.  
*Vlcus mundum reddi non potest, dum adest sinus.* 121. 1.  
*Vlceræ gallica frequentius pudenda infestant.* 226. 1.  
*Vlceribus frontis, neque actualis, neque potentialis competit ignis.* 95. 1.  
*Vlceræ sinuosa, quæ dicantur.* 98. 1.  
*Vlcerum prognosticum.* 99. 1.  
*Vlceræ pudendorum vexilla morbi gallici nuncupantur,* 165. 1.  
*Vlcus cauernosum sectione opus habet.* 99. 2. & 272. 2.  
*Vlceræ, quæ à medicamentis curari non possunt Chirurgia indigent.* 97. 2.  
*Vlceræ ex atrabile sunt incurabilia.* 86. 2.  
*Vlceræ frontis maligna sunt.* 94. 1.  
*Vlceræ non possunt uniri nisi fuerint exiccata.* 46. 2.  
*Vlceræ non nisi ab humore erodente concitantur.* 86. 2.  
*Vlceribus prius quam materia sinuet dilatio tentari debet.* 95. 1.  
*Vlceræ abdominis difficiliter sanantur, & quare.* 171. 2.  
*Vlceris sinuosi indicationes, & contra indicationes.* 172. 1.  
*Vlceræ in uteri collo quandoq; omnes partes circumadiacentes contaminant.* 190. 1.  
*Vlcus putridum quale.* 95. 2. & 252. 1. & 273. 1.  
*Vlcus sordidum quale.* 95. 1.  
*Vlcuscula in pudendis cum tuberculo in inguinibus, præbent euidentem signum tuberculū esse gallicū.* 179. 2.  
*Vita tamdiū perdurat, quamdiū sanguis, nec quantitate, nec qualitate peccat.* 318. 2.  
*Vitio, quomodo fiat in solutionibus?* 92. 1.  
*Vomitibus in fluxibus sanguinis non probatur.* 266. 2. *Vri-*

# I N D E X.

- Vrinae suppressio quomodo curetur.* 223. 1.
- Vrinae excretioni quanam concurrant?* 222. 1.
- Vrinae suppressio saepe à carunculis provenit.* 231. 2.
- Vrina retenta quanam mala excitet.* 223. 1.
- Visionis terminus qualis esse debeat.* 320. 2.
- Vterus est causa omnium morborum mulierum.* 140. 1.
- Vteri situs.* 167. 2.
- Vteri procedentia signa.* 355. 1.
- Vteri procedentia in senioribus, & diu vetusta existit curationem non suscipit.* 355. 1.
- Vteri prolapsus quomodo fit reponendus.* 356. 2.
- Vterus cur fit causa multorum morborum.* 78. 1. & 2.
- Vtero carentes vivere possunt.* 189. 2.
- Vteri totalis abscisus exemplum.* 189. 2.
- Vteri corrupti totaliter si fiat totalis abscisio, non est casus deploratus.* 189. 2.
- Vterus cum prolapsus est, & inflatione tentatur, non debetur arte Chirurgica in suum locum reponi.* 189. 2.
- Vulnera lienis sunt lethalia.* 150. 2.
- Vulnera renum citam mortem denunciant.* 152. 1.
- Vulnera Antii signa.* 152. 1. & 153. 2.
- Vulneribus renum urina suppressio sequitur.* 153. 2.
- Vulneribus thoracis si curatio praetrahatur, callus subsequitur.* 339. 1.
- Vulnera thoracis, vide thoracis vulnera.*
- Vulnera abdominis penetrantia, difficulter cognoscuntur.* 175. 2.
- Vulnerum in abdomen penetrantium signa.* 173. 1. & 175. 2.
- Vulnerum in abdomen penetrantium praesagia.* 173. 2.
- Vulnus in abdomen penetrans quomodo curetur.* 174. 1.
- Vulnera abdominis cur difficulter cognoscantur.* 175. 2.
- Vulnera abdominis penetrantia num sint suenda, an vero alia via curanda, & intentio authoris in hac re.* 176. 1. & 177. 2.
- Vulnera abdominis penetrantia, quomodo tractanda.* 178. 1.
- Vulnera abdominis non penetrantia quomodo curanda.* 176. 1.
- Vulneribus quid primum considerandum.* 91. 1.
- Vulnerum simplicium curatio.* 92. 1.
- Vulnera male curata in gravissimis ulceribus commutantur.* 93. 1.
- Vulneratorum viscerum curatio natura potius committenda est, quam arti.* 151. 1.
- Vulneris mali moris signa.* 284. 1.
- Vulnera à morsu excitata periculo sunt plena.* 285. 1.
- Vulnera sclopetorum Antiquis fuerunt incognita.* 326. 2.
- Vulnera sclopetorum esse ambusta, & venenata opinio.* 327. 1. & 2.
- Vulnera sclopeti tarent cum veneno, tunc ambustione.* 328. 1. & 329. 2.
- Vulnerum sclopeti curatio.* 330. 2. & 336. 1.
- Vulneratis calidae potiones non conveniunt.* 334. 2.
- Vulneris magni signa.* 275. 1.
- Vulneribus truris sectio quomodo est molienda.* 275. 2.

F I N I S.









